




3 1761 079995424 4





*Presented to the*  
LIBRARY of the  
UNIVERSITY OF TORONTO

THE STATE OF  
THE LIBRARY  
BENNETT





Ap. 13. 1820.

Jd.

H. Norwood







M. TULLII CICERONIS  
D E O F F I C I I S  
LIBRI TRES,

EX RECENSIONE

J. MICH. ET J. FRID. HEUSINGERORUM.

PA  
6296

DS

1811



M. TULLII CICERONIS  
DE OFFICIIS  
LIBRI TRES,

EX RECENSIONE

J. MICH. ET J. FRID. HEUSINGERORUM.

---


PATRUI MAJORIS ET PATRIS SUI ANIMADVERSIONES  
SCHOLARUM USIBUS  
ACCOMMODAVIT  
CONRADUS HEUSINGER.

---

ACCEDUNT  
NOTULÆ QUÆDAM EX SCHEDIS J. TOUPII  
DESCRIPTÆ ;  
NECNON  
INDEX RERUM ET VERBORUM.

---

OXONII,  
E TYPOGRAPHEO CLARENDO NIANO.  
MDCCXVI.



---

L. B.

S.

---

CRITICIS doctorum virorum, libros veteres emendantium, curis non aliena erat variarum lectionum congeries, quam Tulliano DE OFFICIIS operi, proximo anno a me edito, *Heusingeri duo* a se adhibitam subjecerant. Iisdem Viris, vere rem æstimantibus ingratum fortasse esse non potuit, quod interpretum meorum in nonnullis disfensum non suppresseram: rationes enim ab utroque expositæ doctum lectorem quasi judicem constituebant; quæ placerent, eligere jubebant, quæ displicerent, rejicere; ad caput et fontem cuiuslibet vel interpretationis vel emendationis veluti manu ducebant. Sed quæ juvare Viros poterat, de his aliisve Tullii libris editione curanda bene merituros, eadem animadversionum criticarum copia tironem legentem terrebit, tiro-

nes docentem impediet. Non igitur satisfacere nolui bibliopolæ, hortanti, ut librum in compendium missum, illorum usibus accommodarem. Eo consilio lectionis varietatem refecui ; criticam super ea disceptationem, nisi sicubi necessaria videretur, non admisi; ex controversis duumvirorum meorum sententiis elegi eam, quæ verum proprius accedere visa esset; exemplorum illustrantium numerum, ubi major esset, coercui; digessi, auxi, sicubi res poscebat; consules, philosophos aliosque claros viros ætatis additis factaque rerum gestarum et æqualium paucissimis mentione distinxii; denique excussum instar in fine libri Scipionum, Muciorum et Crassorum stemmata, Pighii Annales et Ernesti Clavem secutus, apposui. Indicem, quamvis abesse possit a libro, scholis destinato prætermittere nolebam; sed summa typographi alacritas non suffecit bibliopolæ (dum hæc scribo, Lipsiam prægressi) rationibus, quæ moram omnem prohibebant. Dabam Wolfenbuttelæ, a. d. V. idus Maias a.

MDCCLXXXIV.

CONRADUS HEUSINGER.

---

# M. TULLII CICERONIS DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM

LIBER PRIMUS.

---

I. QUAMQUAM te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, idque Athenis, abun-

*DE OFFICIIS.]* Ipse Cicero *de officiis* præscripsit, idque Epist. xi. libri xvi. ad Atticum testatum reliquit. "Quod de inscriptione quæris," inquit, "non dubito, quin *καθηκον* officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior *de officiis*: *προσφων* autem Ciceroni filio: visum est non *ἀναγνῶντος*." Unde et Ambrosius, Ciceronem imitatus, *de officiis* opus suum inscriptis, quod *vulgaris officiorum* vocat, lib. i. c. 7. et 47. extr.

*Officium* autem nominatur neque *κατ' ἀντίφεσιν*, quasi *minime officiat*, i. e. noceat; neque ab *efficiendo*, ut veteres putabant; neque ex *opificio* contrahitur: sed ab *obficere* est, quod significat apte, accom-

modate, decenter facere; ut *occasio*, quæ opportune accedit, ut *obedio*, *oblecto*, *obsequor*, *obtempero*, aliaque, quæ simplicium verborum actionem commodam, et ad aliquid attemperatam, exprimunt. Hinc fit, ut *officium* sæpe pro beneficio dicatur.

*AD MARCUM F.]* Qui tum annum agebat xxii. natus L. Julio Cæfare, C. Marcello Figulo cos. ab U. C. anno 689.

I. i. *Annū jam.*] Scribere cœpit Cicero C. Julio Cæfare quintum, M. Antonio cos. U. C. 709. ineunte æstate, Cæfare jam interfecto: perfecit vero extremis ejusdem anni mensibus. Filium Athenas misserat circa kalendas Apriles superioris anni.

B

dare oportet præceptis institutisque philosophiæ, propter summam et doctoris auctoritatem, et urbis; quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis: tamen, ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina con-

*Cratippum.] Philosophum Peripateticum, suæ ætatis principem, Mitylenis oriundum, ubi Pompeium ex acie Pharsalica fugientem consolatus est. Ciceroni in Ciliciam eunti primum visus est Ephesi, quo ejus salutandi causa venerat. Postea ab eodem Cicerone adjutus civitatem Romanam a Cæsare impetravit. Athenas veniens, admittente Cicerone, ab Areopagitis rogatus est, ut, quoniam civitati ornamen-  
tu futurus esset, instituendæ juventutis causa ibi maneret: quod et fecit. Scripsit de divinatione, somniorumque interpretatione. Ceterum nomen hujus philosophi analogiam non sequitur, qua scribendum esset *Cratippus* cum adspiratione: vel quod Æolicum est; (Mitylene enim Lesbi urbs, Lesbos vero ab Æolibus habitata fuit,) vel quod in compositis ex *πνεύσει* spiritus asperis ratio non semper habita est. Nam et *Alcippus*, *Aristippus*, *Leucippus*, *Lycippus* tenuem litteram retinent.*

*Abundare.] Non solum ab-  
unde audire præcepta philosophiæ, sed etiam frequenter et quotidie quasi exemplum aliquod vivendi in aliis intueri.  
Abundare præceptis non est, c-  
ruditum esse, sed copia præ-  
ceptorum circumfluere.*

*Præceptis institutisque philosophiæ.] Præcepta sunt, quæ vera, recta et honesta monstrant: instituta animum moresque ad præcepta conformant. Hæc quidem non aribus magis a magistro, quam oculis ingerebantur ab iis, qui tum Athenis recte vivendi exemplum præibant. Filium igitur non doctiorem modo esse vult; sed multo etiam meliorem, qui sciat non magis, quam probet ac sequatur optima.*

*Auctoritatem.] Quia et præceptorem habes, et in ea urbe agis, cuius summa est auctoritas. Est vero auctoritas vis ad agendum vel fine ratione impellens. Hanc urbi quoque tribuit, quæ viros ferebat unicuique adolescenti imitandos.*

*Augere.] Ad te doctrina et moribus ornandum plurimum conferre. Doctoris enim scientia, urbis exempla plurimum ad tuum profectum conferre possunt.*

*Ad meam utilitatem.] Præpositio ad h. l. eventum magis, quam scopum significat. Nec leve pondus accedebat adhortationi Ciceronis, quem adjiceret, quod filium suo exemplo facere juberet, id se non sine fructu atque emolumento suo fecisse.*

*Cum Græcis Latina conjunxi.] Cum Græcis Latina, cum*

junxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci; id tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis facultate. Quam quidem ad rem nos, ut vide-

Latinis Græca conjunxi. Non solum enim in philosophia Græce a magistris tradita Latine interpretatus sum, ut quæ Latine dici posse nemo antea putarat, nostro sermone explicarem: sed et in dicendi exercitatione, quæ Latina lingua contenta esse poterat, Græcos magistros adhibui, apud eos Græce declamavi, Græcos oratores imitatus, eorumque virtutes exprimere conatus sum. Vide Sueton. de Clar. Rhetor. c. 1. et 2. Ciceron. Brut. c. 90. lib. i. de Orat. c. 34.

*In dicendi exercitatione feci.]* Verbum feci sic etiam abundare videtur, lib. v. Tusc. c. 32. “An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere: nostrates philosophi facere non poterunt?” Infra lib. ii. c. i. 7. “Primum enim, ut stante republ. facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operæ ponemus: deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed aetiones nostras mandaremus, ut saepe fecimus.” Cornel. Nep. Chabr. iii. 3. “Neque vero solus ille aberat Athenis liberenter: sed omnes fere principes fecerunt idem.”

*Id tibi censeo faciendum.]* Et elegans est, et magniloquentiae invidia Ciceronem levat id, non idem. Idem respiceret ad priora ut ipse ad meam; id

pertinet ad sequentia *ut par sis*. Sæpe veteres post ut particulam *ita vel sic* subintelligendam omittunt. Cicero de Legib. ii. 6. “Sed, ut vir doctissimus fecit Plato, atque idem gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit, idemque separatim de legibus ejus, id mihi credo esse faciendum, ut prius quam ipsam legem recitem, de ejus legis laude dicam.” Infra cap. xlvi. 9. “Si satiata quæstu, vel contenta potius, ut saepe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit.”

*In utriusque orationis facultate.]* Utriusque orationis facultas referenda est ad forensem et philosophicam, quod sequitur, quam quidem ad rem nos magnum attulimus adjumentum hominibus nostris: quod non de Græca et Latina lingua, sed de utraque et in foro dicendi, et de philosophia disputandi facultate capiendum esse apparet.

*2. Ut videmur.]* Non nobis, sed aliis. Ita modestiae Ciceronis consulitur. Ita de Nat. Deor. i. 4. “Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur.” Ad Atticum Ep. v. 18. “Stamus animis, et quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu.”

mar, magnum attulimus adjumentum homini-  
bus nostris, ut non modo Græcarum literarum  
rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitren-  
tur adeptos et ad dicendum, et ad judicandum.  
Quam ob rem disces tu quidem a principe hu- 3  
jus ætatis philosophorum, et disces, quam diu  
voles; tam diu autem velle debebis, quoad te,  
quantum proficias, non pœnitibit. Sed tamen  
nostra legens, non multum a Peripateticis dis-

*Magnum attulimus adjumen-  
tum.] Vide hoc ipsum plenius  
exponentem lib. ii. de Divi-  
nat. c. 1. et 2.*

*Docti.] Ita Acad. Quæst. i.  
2. doctos appellat Cicero quos  
paullo ante Græcis doctrinis  
eruditos; indoctos vero, quos a  
Græcorum artibus et disciplinis  
abhorrentes dixerat.*

*Aliquantum.] Non aliquan-  
tulum. Magnum adjumentum vi-  
debatur civibus suis attulisse  
Cicero, eoque aliquantum, h. e.  
multum, se arbitrabantur ad-  
eptos. De hac significatione  
adverbii aliquantum consule e-  
ruditissimos Suetonii interpre-  
tes, Ernestum atque Ouden-  
dorpium, illum ad Cæf. c. 86.  
hunc ad Neron. c. 48.*

*3. Non pœnitibit.] Non pa-  
rum videbitur, interprete Ser-  
vio ad Virgil. Eclog. ii. 34. et  
lib. i. Aen. v. 552. Ita et Li-  
vium locutum lib. i. c. 8. extr.  
observatum est aliis.*

*Sed tamen nostra legens—ora-  
tionem autem L.] Orationem  
parenthesi interruptam suo mo-  
re contexit particula autem.  
Sic infra cap. xlivi. 6. “ Priu-*

cepsque omnium virtutum il-  
la sapientia, quam σοφίας Græ-  
ci vocant; (prudentiam enim,  
quam Græci φρόνησιν, aliam  
quamdam intelligimus, quæ  
est rerum expetendarum fu-  
giendarumque scientia) illa  
autem sapientia, quam prin-  
cipem dixi, rerum est divina-  
rum atque humanarum scien-  
tia.” Eamdem significationem  
habet sed cap. xxx. 3. et lib.  
ii. c. xxi. 6. Nec aliter ergo,  
igitur, verum usurpari, jam ob-  
servatum est aliis. Vide Horat.  
Tursell. de Particul. in ergo,  
igitur, sed, verum. Commune  
cum Græcis hoc habent La-  
tini. Ælian. lib. vi. Var. Hist.  
c. 10. Οἱ γὰς δύο παιδεῖς, οἵτινες  
ἡ την αὐτῷ, Πάραλός τε καὶ  
Εὔρυχπος, ἀλλὰ ὅτοι μὲν κατὰ  
τὴν νόσον τὴν δημοσίαν τῷ λαοῖς  
ἀτέλεαν. Suo itaque et com-  
muni politioris antiquitatis  
more Cicero post longam in-  
terpositionem priora verba,  
non ipsa quidem, sed, ut so-  
let, paullum immutata, repe-  
tit, (ut Philipp. ii. 31. 2.) nec  
in battologiam incidit, sed  
memoriæ juvandæ causa ita

fidentia, quoniam utriusque et Socrati et Platonici esse volumus; (de rebus ipsis utere tuo judicio, nihil enim impedio) orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorēm. Nec vero arroganter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium,

fententiam concludit, ut, quomodo cum primis postrema cohæreant, facilius intelligatur.

*Utrique et Socrati et Platonici esse volumus.]* Gronovius et Grævius utrique in utrumque mutant, et ad eos, qui sequuntur, referunt, quasi dicat, *volumus utrumque esse, et Socrati et Platonici.* De se solo eum loqui putant, non de se et Peripateticis. Cur autem *utrique* de Cicerone et Cratippo, vel, si mavis, de Academicis et Peripateticis, non capiatur, nulla sane ratio est. Cicero enim se a Cratippo, vel a Peripateticis, parum dissentiens adfirmans recte hoc argumento uti potuit, quod *utrique* (ipse Cicero et Peripateticus) velint esse et *Socrati et Platonici.* A Socrate enim sua habuit Plato, a Platone Aristoteles, Peripateticæ, et Xenocrates, Academicæ sectæ princeps. Peripatetici vero verbis tantum a Socratis, quibus de summo bono Stoici adsentiebantur; a Platonis minus etiam dissentiens videbantur multis. Qui vero in aliquo tertio convenient, inter se convenienter necesse est. Cicero et Cratippus, utrique et Socrati et Platonici esse vo-

lunt, sive idem de summo bono sentiunt, quod Socrates et Plato senserunt, qui in una virtute vitam beatam posuerunt, vel exclusis plane, vel adjunctis huic ceteris commodis, quibus omnia tribuit Epicurus. Vide lib. i. Tusc. Quæst. c. 6. Nam Ciceronem in his officiorum, quæ media vocantur, præceptis Academicam et Peripateticam de summo bono fententiam non plane rejicisse, apparet ex lib. iii. c. 4. extr. et ex ejusd. libri c. viii. 3. seq. Certe nec Stoicus, nec ita Academicus videri volebat, quin ex aliorum quorumcumque fontibus, quantum vellet, suo judicio hauriret. Vide lib. ii. cap. ii. 14. lib. iii. c. 3. et omnino infra iii. 9.

*Utere tuo judicio.]* Uteris, ipse judicabis, quid in re sit verissimum.

*Pleniorēm.]* Cum mea scripta leges, id in primis conqueris, ut ea, quæ a nemine antea Latine dicta sunt, explicare, et cum Græcis vocabulorum copia certare possis, intelligasque de Latinæ linguae inopia nullam esse querendi causam.

*4. Concedens multis.]* Etsi

apte, distincte, ornate dicere, quoniam in eo studio ætatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo jure quodam modo vindicare. Quam ob rem magno operè te hortor, mi Ci- 5 cero, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui jam illis fere æquarunt, studiose legas. Vis enim dicendi major est in illis, sed hoc quoque colendum est æquabile et temperatum orationis genus. Et 6 id quidem nemini video Græcorum adhuc con-

multis id laudis concedo, ut me subtilius philosophari putentur.

*Apte.] Vide quæ in persona Crassi disputat Cic. de Orat. iii. 10. et 14.*

*Videor id meo jure, quodam modo vindicare.] Pronomen *mihi*, quod in hac formula adjicere solent, hic eleganter ex prægresso *meo* intelligitur. Similiter *sibi* ex *suo* repetitur, de Orat. i. 10. “Ceterique suo jure physici vindicarent.” Ita ex antiquo libro emendavit Car. Langius ad Cic. Læl. c. 21. quum vulgo in *suo* genere legeretur. De syllepsi ita vide Cort. ad Cic. lib. iv. Ep. 13. n. 18.*

*Qui jam illis fere se æquarunt.] Pronomen *sc.* quod incerta sedes jam suspectum facit, antiquissimi codices expellunt. Usus verbi *æquare* absolute positi Cicerone indignus videri eo minus poterit, quod ille verbum *adæquare* simili ratione adhibuit lib. ii. ad Q. Fratr. Ep. 6. “Senotorum enim urna copiose absolvit,*

*equitum adæquavit, tribuni ærarii condemnarunt.” Conf. omnino Parei Lex. Crit. p. 52. seq. Alia verba a Cicerone et optimæ Latinitatis auctoribus absolute usurpata congesit Vechnerus in Hellenolæxia lib. i. part. i. cap. 6. De numero autem librorum, non de eorum præstantia, sermonem esse, recte a Grævio monitum est.*

*Æquabile.] Sibi per omnia simile, quod non variatur et interrupitur adfectibus.*

6. *Nemini video Græcorum adhuc contigisse.] Præstantissimis scriptoribus *nemo adhuc*, *adhuc non*, et similia, admodum usitata erant. Cicero ad Divers. lib. ii. Ep. 8. “Πολιτικώτερον enim te adhuc vidi neminem.” Cat. Maj. c. ix. 6. “Quod equidem adhuc non amisi.” Ibid. c. x. 6. “Itaque nemo adhuc convenire me voluit.” Parad. 6. 3. extr. “Nec eorum quisquam adhuc inventus est.” Cornel. Nep. in Fragm. Guelph. “Unum hoc genus Latinarum*

tigisse, ut idem utroque in genere elaboraret, sequereturque et illud forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus: nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens; dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum sit judicium: utrumque certe secuti sumus. Evidem et Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere;

litterarum adhuc non modo non respondere Græciæ."

*Sequereturque.]* Affectaret, operam illi daret. Sic n. 7. "Utrumque certe secuti sumus." Cap. xxxviii. 4. "In voce autem duo sequamur." Vide Buchner. ad Plin. lib. viii. epist. xviii. 8.

*Demetrius Phalereus.]* Omnes fere scripti *Phalerius*, sed vitiose. Græce enim Δημήτριος οὐ Φαλερέως dicitur, Latine *Phalereus*, tribus syllabis, male *Phaleréus*, pejus *Phaleræus*. De eo Cicer. in Bruto c. 9. "Phalereus successit eis senibus adolescentis, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque redidit: et suavis, sicut fuit, vi-

deri maluit, quam gravis; sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret, et tantum ut memoriam concinnitatis suæ, non (quemadmodum de Pericle scripsit Europolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus." Vitam ejus narrat Diog. Laërt. lib. v. 75. seqq. unde eum Athenis pulsum, in Ægyptum confugisse, ibique bibliothecæ præfectum, tandem a serpente istum periisse discimus.

*Theophrasti.]* Qui Platonis et Aristotelis fuerat auditor; Eresi in Lesbo natus, unde Eresius dicitur. Multa ejus scripta a Diogene Laërtio lib. v. 42. enumerata perierunt. Supersunt tamen ἡθικοὶ χαρακτῆρες, libri τρεῖς φυτῶν, et alii. Ciceronis judicio Brut. c. 31. nemo Theophrasto dulcior fuit. Vide eundem. in Orat. c. 19. lib. i. Acad. c. 9. et 10. Quintil. lib. x. c. i. 83.

et Demosthenem, si illa, quæ a Platone didicerat, tenuisset et pronuntiare voluisse, ornate splendideque facere potuisse. Eodemque modo de Aristotele et Isocrate judico: quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.

II. Sed cum statuissim scribere ad te aliquid 1. hoc tempore, multa posthac, ab eo ordiri volui maxime, quod et ætati tuæ esset aptissimum, et auctoritati meæ. Nam cum multa sint in phi- 2 losophia et gravia, et utilia accurate copioseque

8. *A Platone didicerat.]* Eum enim aliquamdiu audivit.

*Tenuisset*] Si in philosophiæ studio permanere, ac totum se ei tradere voluisse, nec viræ genus mutasset. Nam ad eloquentiam postea se contulit, Isocrate præceptore usus Cap. 31. pr. "Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed tamen propria." Non igitur oblivionem Demostheni exprobrat, sed mutationem in vitæ instituto fagam significat.

*Pronuntiare.]* Non modo dicendo explicare, ad oratorias exercitationes transferre, viva voce cum aliis communicare, sed scriptis etiam posteritati tradere. Hanc significacionem verbi *pronuntiare* defendi, quum vindicarem fragmenta Cornelii Nepotis Guelph. p. 346. ubi Cicero dicitur suisse "unus, qui potuerit, et etiam debuerit, historiam digna voce pronuntiare."

*Facere potuisse.]* Facere verbi

ex superioribus repetendi significationem obtinet, atque hic pro *dicere* ponitur. Lib. ii. c. 13. extr. "Qua ætate qui exercentur, laude adfici solent ea ætate L. Crassus ostendit, id se in foro optime jam face-re, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari." Vid. Bengel. ad lib. v. epist. 12. n. 6.

*Contempsit alterum.]* Subintellige *studium*, quod uterque posthabuit, neglexit, non præferendum suo studio putavit. Non despexit igitur et ineptum putavit, ut vulgus ea folet, quæ non intelligit: sed sibi id minus convenire putavit. Vid. c. xxx. 7.

II. 1. *Scribere ad te aliquid hoc tempore.]* Hunc verborum ordinem alibi Tullio placuisse video. Ut lib. vi. ad Divers. ep. 13. "Etsi tali tuo tempore me, aut consolandi aut juvandi tui caussâ, scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat."

a philosophis disputata : latissime patere videntur ea, quæ de officiis tradita ab illis et præcepta sunt. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus ; neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest : in eoque et colendo sita vitæ est honestas omnis, et in negligendo turpitudo. Atque hæc quidem quæstio communis est omnium philosophorum. Quis est enim, qui nullis officiis præceptis tradendis philosophum se au-deat dicere ? Sed sunt non nullæ disciplinæ, quæ propositis bonorum et malorum finibus,

2. *Latissime patere.]* Ad omnem vitæ genus, tempus ac munus pertinere.

*Et præcepta sunt.]* An tradita sunt ad quæstiones philosophorum θεωρητικὰς, præcepta vero ad genus παρατετικὸν respicere putandum est ? Vid. infra c. iii. 1. Quemadmodum hic tradere et præcipere, ita tradere et docere conjunxit Cic. de Orat. ii. 38. extr.

3. *Tecum agas.]* Si solus fu-  
eris, tibi agas, non aliis. Cap. xli. 8. “ Hique et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt.” Plaut. iii. Most. i. 24. “ Quid tute tecum ?” id est tacite, nemine audiente. Virgil. lib. i. Georg. 380.

*Et sola in sicca secum spatia-  
tur arena.*

Id. lib. iii. Georg. 465.

*Te, dulcis conjux, te solo in  
litore secum,*

*Te, veniente die, te, deceden-*

*te, canebat.*

4. *Quæstio.]* Argumentum, σκέψις, materia de qua in utramque partem disputari potest.

*Tradendis.]* Si nulla a se tradantur. Habet enim hoc participium præfentis significationem. Cap. 8. extr. “ Ac de inferenda quidem injuria satis dictum est.” Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. i. c. xv. 8.

5. *Discipline.]* Sectæ philosophorum, quarum princeps erat Epicurea, quæ malum in dolore, bonum in voluptate ponebat : ceteras cognosce ex n. 9. et lib. iii. c. 33. lib. iii. de Orat. c. 17. lib. ii. de Fin. c. 11. lib. v. Tusc. c. 30. Lat. et. lib. iii. c. 7.

*Propositis bonorum et malorum finibus.]* Positis constitutisque iis, quæ summi boni malive loco habeantur. De finibus bonorum vid. ad c. iii. 1.

officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute coniunctum, idque suis commodis, non honestate metitur; hic si sibi ipse consentiat et non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem. Fortis vero, dolorem summum malum judicans, aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certe nullo modo potest. Quæ quamquam ita sint in promptu,<sup>7</sup>

*Pervertunt.]* Evertunt, tollunt. Vid. ad Cornel. Nepot. Lys. ii. 2. et infra c. xxiv. 12.

*Suis commodis.]* Qui omnia sui commodi causa facit, ut Epicurei.

*Hic si.]* Eleganter hic adhibetur post *qui*, pro *is*. Sic lib. ii. Ep. i. 6. “Ut, quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.” Lib. iii. Ep. viii. 27. “Sin autem quem mea instituta in provincia non delectant, hunc ego amicum habere non curo.”

*Si sibi ipse consentiat.]* Si semper idem sentiat, in sententia sibi constare, et ad eam vitam suam praestare velit. Vid. n. 8. et lib. iii. c. 33.

*Et non.]* Non respuit hoc Cicero pro *nec*. Lib. ii. 22. 10. “Ut sit libera et non sollicita suæ rei cujusque custodia.” Vide quæ observavi ad Cornel. Nepot. Thras. c. 4. pr.

*Naturæ bonitate vincatur.]* Nisi veri ac recti sensu, quem naturæ beneficio fert acceptum, cogatur interdum ea

defendere, quæ principio juris naturæ ab ipso constituto repugnant. Dicit igitur Cicero, quæ Epicurus præclare de maximis virtutibus præceperit, et quæ præceptis illis congruerter egerit; ea ingenli, quo prædictus a natura fuerit, præstantiæ tribuenda, nec vero finibus bonorum et malorum ab ipso propositis consequentia esse. Ita contra eumdem Epicurum disputat de Fin. ii. 9. “Deinde, ubi erubuit, (vis enim est permagna naturæ) configuit illuc, ut neget, accedere quidquam posse ad voluptatem nihil dolentis.” Post Redit. in Sen. c. 10. “Quo tempore, quantam vim naturæ bonitas habeat, aut vera nobilitas, intelligere potuistis.”

*Nec justitiam nec liberalitatem.]* Stultus enim videretor, qui suas utilitates aliis concesserit. Vide Laclant. lib. v. cap. 16. Cicero infra lib. iii. c. 33. med.

*7. Quamquam ita sint in promptu.]* Coniunctio quamquam non ferre solum potest, sed ali-

ut res disputatione non egeat, tamen sunt a  
s nobis alio loco disputata. Hæ disciplinæ igi-  
tur si sibi consentaneæ velint esse, de officio ni-  
hil queant dicere. Neque ulla officii præcepta  
firma, stabilia, conjuncta naturæ tradi possunt,  
nisi aut ab iis, qui solam, aut ab iis, qui maxi-  
me honestatem propter se dicant expetendam.  
9 Ita propria est ea præceptio Stoicorum, Acade-  
micorum, Peripateticorum: quoniam Aristonis,  
Pyrrhonis, Herilli jam pridem explosa sententia

cubi blande admittit conjun-  
ctivum. Lib. iii. de Fin. c.  
15. "Sed quamquam negent,  
nec virtutes, nec vitia cresce-  
re: attamen," cet. Nepos xxv.  
13: 6. "Quamquam non nul-  
lis leve visum iri putem." Sal-  
lust. Jug. iii. 2. "Nam vi-  
quidem regere patriam, aut  
parentes, quamquam et possis,  
et delicta corrigas, tamen im-  
portunum est."

*Alio loco.]* Libris de Finibus  
Bonorum et Malorum, et li-  
bris postremis Tusc. Quæst.

8. *Conjuncta naturæ.]* Na-  
turæ convenientia, rationi con-  
sentanea.

*Qui solam.*] Solam honesta-  
tem propter se expetendam  
esse, Stoici adfirmabant, in  
eoque Socratem auctorem fe-  
qui volebant videri: eamdem  
maxime expetendam, Acade-  
mici et Peripatetici censebant.  
Vide supra ad c. i. 3. lib. iii.  
c. 3. et 7. lib. v. Tusc. c. 7. 8.  
et 12.

9. *Aristonis, Pyrrhonis, He-  
rilli.]* Quorum error in tollen-  
do omni veri ac falsi, boni

malique discrimine convenie-  
bat. Aristo Chius nihil bo-  
num esse dicebat, nisi quod  
rectum esset et honestum, ac  
præter virtutem ac vitia nihil  
in vita aut expetendum aut  
fugiendum. Quæ inter virtu-  
tem ac vitia interjecta essent,  
indifferentia dicebat, nec eo-  
rum aliud alii anteponendum,  
sed prout quodque occurreret,  
amplectendum. Hæc sapien-  
tem ne sentire quidem, vole-  
bat Pyrrho, Eliensis, in cete-  
ris ab Aristotle nihil discre-  
pans. Herillus, Carthaginien-  
sis, in sola cognitione et sapien-  
tia summum bonum pone-  
bat. Vide præter ea loca, quæ  
ad n. 5. indicavi, lib. ii. de  
Fin. c. 13. lib. iii. c. 3. lib.  
iv. c. 14. et 16. lib. i. de Leg.  
c. 13. et 21. Diogen. Laërt.  
lib. vii. 160. et 165. lib. ix.  
61.

*Explosa sententia est.]* Reje-  
cta tamquam absurdæ. *Explo-*  
*di* dicuntur histriones, cum  
a spectatoribus, quibus displi-  
cent, strepitu excipiuntur, et  
ejiciuntur. Paradox. iii. 2.

est: qui tamen haberent jus suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset. Se- 10 quimur igitur, hoc quidem tempore et hac in quæstione, potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quo- 11 niam omnis disputatio de officio futura est, ante definire, quid sit officium: quod a Panætio prætermissum esse miror. Omnis enim, quæ a 12 ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet

*"Histrio si paullum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est una syllaba brevior aut longior, exsibilatur et exploditur."*

*Rerum aliquem delectum.] Rerum nullum discrimen reliquerunt, dum paria omnia esse dixerunt.*

*10. Potissimum Stoicos.] Ita, ut aliquando a Peripateticis non dissentiat in iis, quæ commode ab iis dicta putat.*

*Interpretes.] Interpres non tantum est, qui Græca Latine convertit; sed et qui eadem lingua ab aliis dicta ita explicat, ut sententiae quidem nihil addat detrahatur, sed eam tamen aliis ac pluribus etiam verbis enarret. Vid. lib. ii. c. 17. extr.*

*Quantum quoque modo.] Quoquo modo est, quocumque modo: sed quoque modo, et eo, qui videbitur. E fontibus Stoicorum se aliqua, non omnia, hausturum, aliqua illorum præcepta admissurum, aliqua*

omissurum dicit, idque Academiæ licentia, in qua versabatur. Vide lib. ii. c. ii. 14.

*11. Ante definire.] Immetrito hic librariorum fides, aut vel ipsius Ciceronis negligentia accusatur, quasi promissi officiique sui immemor rei, quam tractet, definitionem prætermiserit. Neque enim definire poterat officium, quod unius generis non est, nisi, quam multiplex id esset, antea ostenderet. Id postquam satis declarasse sibi videtur, quæ cujusque generis sit descriptio, quantum ad rem intelligendam satis est, docet. Quod vero noster officii definitionem a partitione orditur, non magis id mirum videri debet, quam quod de Orat. iii. 29. ad definitionis disceptationes refert, cum res distribuitur in partes.*

*A Panætio.] Philosopho Stoico, Græco, de quo vide infra c. xxvi. 5. et lib. iii. c. ii. 8.*

*12. A ratione suscipitur.]*

a definitione proficiisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.

1. III. Omnis de officio duplex est quæstio. Unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum, quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes usus vitæ conformari possit. Superioris generis hujus modi exempla sunt; omniane officia perfecta sint; numquid

Scholia festes hunc locum sic exponit: Omnis institutio de aliqua re, *id est omnis tractatus, qui a ratione suscipitur, vel qui rationaliter ad tractandum sumitur.* Sæpe veteres præpos. ab ibi addiderunt, ubi nostris abundare videtur. Lucret. i. 942.

*Id quoque enim non ab nulla ratione videtur.*

Brutus ad Cic. lib. xi. ep. 10. “Tu enim a certo sensu et vero judicas de nobis.” Ipse Cic. lib. xiii. ep. 10. “Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more majorum.” Seneca Præf. Controvers. lib. x. (al. v.) “Horum nomina non me a nimio favore, sed a certo posuisse judicio scietis.” Ita restituendum est Nepoti xxi. 3. 3. “In custodia sacer generi periiit a morbo.”

*Proficiisci.]* Incipere, ordiri. Pro Leg. Manil. c. 2. “Atque ut inde oratio mea proficiatur, unde hæc omnis causa ducitur.” Lib. ix. ep. 14. “Ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profetum est.”

III. 1. *Ad finem bonorum.] Finis bonorum, ut jam dixi ad*

c. ii. 5. est summum bonum, omnium bonorum extremum, quo nullum aliud majus est. Ad hoc igitur constituendum pertinet primum genus, cum quæratur, quid sit id, cuius causa omnia agenda sint; quæ quæstio est θεωρητική. Alterum, quod ad πρᾶξιν potius dicit, est, quod de officiis in quacumque vitæ degendæ ratione agit, et est παραπομπικόν.

*In omnes partes usus vitæ conformari.]* Vulgo confirmari, sed parum docte. Vitæ usus non in omnes partes confirmatur, si viciosus præsertim fuerit, sicuti est; sed conformatur, id est, instituitur, componitur, et præceptis officii conformis redditur. Id fit, cum, quid in omni vita agenda deceat, præcipitur, talibusque præceptis tota vivendi et agendi ratio formatur, dirigitur, et ad quævis officia, in quacumque ætate fortuna et muneris functione præstanta, instruitur.

2. *Perfecta.* Vide ad n. 4.

*Numquid officium.]* Numquid est *an*, *fitne*, quod Cicero voluit, non *num quod*, id est, *aliquod*. Quid enim est, *num quod officium aliud alio majus sit?*

officium aliud alio majus sit, et quæ sunt generis ejusdem. Quorum autem officiorum præcepta traduntur, ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur: de quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium rectum, opinor, vocemus, quod Græci *κατόρθωμα*, hoc autem commune officium vocant. Atque ea sic

*Et quæ sunt generis ejusdem.]*  
Quæ non ad *officia* respicit, sed pronomen illud ad *exempla referendum* est.

*4. Medium.]* Ambros. lib. i. Offic. c. 11. "Hæc sunt media officia, quibus aliquid deficit." *Medium officium* ita vocari putabat Grævius, quia *medius* Latinis fit mediocris. *Rectius* Facciolatus ex ipso Cic. de Fin. iii. 17. colligit, *media officia* a Stoicis dicta esse, quæ nec in bonis ponebant, nec in malis.

*Perfectum officium rectum, opinor, vocemus.]* Rationem reddit, cur perfectum dixerit, quod Græcis est *κατόρθωμα*. Non inconveniens est, id officium *perfectum* a me vocari, quod alii *rectum*, Græci *κατόρθωμα* (*reelle factum*) appellant, eoque nomine mihi uti philosophi concedent. *Perfectum* primus Cicero dixisse videtur *τὸ κατόρθωμα*, quod *rectum* jam antea ab aliis quoque dictum fuerat. Lib. iii. 3. 11. "Illud autem, quod *rectum*

iidem (Stoici) appellant, perfectum atque absolutum est." Aut. ad Herenn. lib. iii. c. 2. "Rectum est, quod cum virtute et officio fit:" quæ *descriptio* est τὸ *κατόρθωματος*.

*Hoc autem commune officium vocant.]* Vocabulum *καθῆκον* haud scio an in nullo codice repertum sit. Sed ut largiamur, in vetere codice ita lectum fuisse, incommoda certe sententia sic legebatur. Non enim Stoici officium in *κατόρθωμα* et *καθῆκον* dividebant; sed ipsum *καθῆκον* duplex, alterum *κατόρθωμα*, alterum *καθῆκον μίσος* esse dicebant. In oppositione τῷ *κατόρθωματος* sæpe *μίσος*, suppressa voce *καθῆκον*, nec vero *καθῆκον*, omissione *μίσος*, appellare solent. Cicero *reelle factio* semper *officium medium*, nusquam *officium simpliciter* opponit, nec ea in definitionibus confundit. Vide de Fin. iii. 17. infra iii. 3. 10. Mihi igitur tutissimum visum est revocare scripturam codicium fortasse omnium: *Hoc*

definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant; medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiundi deliberatio. Nam

*autem commune officium vocant.* Locum vero totum ὃς ἐν τα-  
γερίσῃ possum atque ita ac-  
cipiendum esse crediderim : *Perfēctū officium, puto, vocare*  
*mīhi licebit illud, quod a Stoicis*  
*rectū, Græce κατέδωμα dici-*  
*tur: illud vero medii officii no-*  
*men communi officio ponunt. Hoc*  
ad remotius *medii officii no-*  
men refertur. Idque fieri so-  
lere, non in iis locis solum,  
ubi pronomen ille ad nomen  
propinquius referatur, sed eti-  
am ubi *hic* solitarium pona-  
tur, docuit Cortius ad Sallust.  
Jug. xviii. 9. Præterea *hoc*  
vocant explicō *illo nomine ap-*  
pellant. Ita noster de Fin. iii.  
6. “Primum est officium. Id  
enim appello καθῆκον,” i. e. eo  
nomine appello καθῆκον. Philipp. xiii. 10. “O Spartace!  
quem enim te potius appell-  
lem?” Ovid. Fast. ii. 24.

*Torrīda cum mīca farra vo-*  
*cantur idem.*

Adde Gronov. ad Senec. Ep. 93. Philosophis usitatam *me-*  
*dii officii* appellationem *com-*  
*munis officii* appellatione inter-  
pretatur Tullius. Eadem usus  
est de Fin. iii. 18. “Quidquid  
ita fit, aut dicitur, communi  
officio continetur.” Adde in-  
fra iii. 3. 10.

5. *Rectū quod sit.]* Quod  
rectū vulgo dicitur, id ita  
definiunt, ut *perfēctū offici-*

um esse dicant. Vid. lib. iii.  
e. iii. 11. Ambros. lib. i. de  
Offic. c. 11. “Hoc est igitur  
perfectum officium, quod κατ-  
έδωμα dixerunt Græci, quo  
corriguntur omnia, quæ ali-  
quot potuerunt lapsus habe-  
re.”

*Definiant.]* Non intolerabi-  
lis videri debet ταυτολογία ita  
definiunt, ut—*definiant.* Talia  
in scriptoribus bonis obser-  
vanda potius, quam interpo-  
landa sunt. Cic. de Or. iii.  
10. “Sed usitatis ita poterit  
uti, lectissimis ut utatur.” Sal-  
lуст. Catil. lli. 23. “Eo fit, ut  
impetus fiat in vacuam rem  
publicam.” Adde iii. 4. extr.

*Id esse dicant.]* Cum melio-  
ribus lege *id esse dicunt.* Mu-  
taverunt, qui verbum ad præ-  
gressam conjunctionem *ut re-*  
vocandum putabant. Sæpe  
vero Cicero in hunc modum  
variavit constructionem. De  
Or. i. 3. “Ut in ceteris id  
maxime excellat,—in dicendo  
autem vitium vel maximum  
est.” cet. Ibid. c. 35. “Sic  
evolavit oratio, ut—*asperxerim*  
—*et perspexi.*” Conf. Erne-  
stum V. C. de Or. ii. 72. adn.  
46. et supra ad c. 2. adn. 18.

6. *Consilii capiundi delibera-*  
*tio.]* A pleonastmi suspicione  
hoc genus loquendi liberavit  
Gronovius, ostenditque, aliud  
esse *deliberare*, aliud *consilium*

honestumne factu sit, an turpe, dubitant, id, quod in deliberationem cadit: in quo considerando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut anquirunt, aut <sup>7</sup> consultant, ad vitæ commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint juvare, et suos, conduceat id nec ne, de quo deliberant: quæ deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum <sup>8</sup>

*capere.* Prius deliberatur, utrum e duobus eligendum sit, quam consilium capitur. Vulgus diceret, *tripliciter deliberatur, vel triplex est deliberatio, quod consilium capiendum sit.*

*Dubitant.*] Cogitant, ambigunt, deliberant. *Dubitare* enim nihil est aliud, quam ex utraque parte rationes expendere, et dispicere, utrum aliquid faciendum sit, nec ne.

*Animi in contrarias sententias distrahuntur.*] Ut idem honestum aliis, aliis turpe videatur.

*7. Tum autem aut anquirunt aut consultant.*] Anquirere est, ex utraque parte rationes colligere; consultare, eas inter se comparare, et utræ præpondent, expendere.

*Ad vitæ commoditatem.*] An quid ad eam, quam cuique natura aut fortuna adsignavit, vitæ conditionem sit accommodatum.

*Jucunditatemque.*] Ad vitam voluptatibus animi maxime adfluentem. Nam quid corporis voluptatibus tribuat, ap-

paret ex lib. iii. c. 33. fere extr.

*Facultates rerum.*] Ad rem querendam, ad necessaria vivendi et agendi præsidia. His majores sunt *copiae*, quæ detractis necessariis sumtibus superant; *opes*, quæ ad amicos et clientes tuendos parantur; *potentia*, qua alii inviti opprimuntur. Læl. c. 6. “Ceteræ res, quæ expetuntur, opportuñæ sunt singulæ rebus singulis: divitiae, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudare.” Vide ad lib. ii. 19. 2.

*In rationem utilitatis cadit.*] Omnis hæc deliberatio versatur in subducendis utilitatis calculis, pertinet ad eam partem, quæ utilitatum rationes executit. Cap. xxii. 9. “Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit etiam bellicam.” Positum etiam rationem explicare partem. Cap. 7. pr. “De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitæ quasi communitas continetur.”

pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, sit, ut distrahitur in deliberando animus, afferatque <sup>9</sup>ancipitem curam cogitandi. Hac divisione, cum præterire aliquid maximum vitium in dividendo sit, duo prætermissa sunt. Nec enim solum, utrum honestum, an turpe sit, deliberari solet; sed etiam, duobus propositis honestis, utrum honestius; itemque, duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igi-

**8. Distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi.]** Videtur deesse id, quod curam adfert. Sed curatus loco considerato, satis commode explicari posse, video. Quæres, quis curam adferat? *Animum esse illum dico.* An sibi ipse adfert? Non sibi, sed ad rem deliberandam, dum in dubio est, utrum præferendum sit, honestum an utile. Lib. xii. Attic. ep. 38. (al. 37.) “Ut animalium vacuum ad res scribendas adferam.” Pro Milon. c. 1. “Me ad ejus causam partem animi magnitudinem adferre non posse.” Sic virtutes vel vitia, commoda vel incommoda, quæ quis in se habet, ea adferre perquam eleganter ille dicitur. Cicero de Orat. ii. 38. “Genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profuens.” Brut. c. §2. pr. “Qui” (Calvus, quem

c. 81. dixerat; “Quod verisimile, distursum fuisse, i. e. satis bonum oratorem futurum fuisse, si diutius vixisset”) “orator tuisset, cum litteris eruditior, quam Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi et exquisitus adferebat genus.”

**9. Duo prætermissa sunt.]** Sed optimo Panæti confilio, qui aliud alio esse honestius aut utilius, quod Stoici negant, non potuit concedere. Cicero vero tua præcepta, quæ hominibus non perfectis scripsit, non ad Stoicam illam in disputando subtilitatem exigit, sed ad eorum captum, quibuscum agit, accommodat.

**Utrum honestius.]** Utrum de duobus honestis sit honestius.

**10. Triplicem putavit esse rationem.]** Triplicem consilii capiendo deliberationem.

**Primum igitur est.]** Non primo, quo tempus potius, quam

tur est de honesto, sed dupliciter, tum pari ratione de utili, post de comparatione eorum differendum.

**IV. Principio generi animantium omni est a natura tributum,** ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur, **omniaque, quæ sint ad vivendum necessaria,** anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis ejusdem. **Commune autem animalium omnium est conjunctionis appetitus procreandi causa,** et cura quædam eorum, quæ procreata sunt. Sed inter hominem et beluam **hoc maxime interest,** quod hæc tantum, quan-

ordo significatur. *Conjunge autem, primum est differendum.*

**IV. i. Principio.]** Primum, ante omnia, quod primum constat. Sic cap. xxxv. 2. lib. iii. c. 5. pr. Ad rem ipsam, quæ hoc capite tractatur, pertinet lib. ii. de Finib. c. 14. lib. v. c. 9.

*A natura tributum.]* Tamquam proprium aliquod munus adsignatum. Lib. iv. de Fin. c. 7. “Primum ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.” Infra c. xxxi. 8. “Catoni autem cum incredibilem tribuisse natura gravitatem.”

*Tueatur.]* Vide ad n. 4.

*Omniaque quæ.]* Ciceronem non adeo sollicite hoc δύο φανερον evitasse video, ut hoc loco ferri nequeat. Dixit enim lib. iv. de Fin. c. 21. pr. “Omniaque quæ secundum natu-

ram sunt.” Lib. ii. de Offic. c. 9. “Alius quoque quidam aditus.” c. 17. “Omniaque quæ ad usum reipubl. pertinent.” Cat. Maj. c. 12. “Eaque simplex suaque cuique parti ætatis tempestivitas est data.” De Nat. Deor. iii. 7. “Omniaque, quæ a te nudius tertius dicta sunt.” Infra c. xii. 4. “Belloque queritur gloria.”

**2. Commune autem.]** *Commune pro communis,* dixit, more Græcorum. Simile est illud, “Omnium rerum mors extremum,” lib. vi. ep. 21. Vide Vechneri Hellenolex. p. m. 249. Particulas autem, sed, vero interdum pro deinde, præterea usurpari, infra ad cap. xxviii. 9. ostendam.

*Quæ procreata sunt.]* Ita locutus videtur, quod quorundam animalium, ut pisces et insectorum, cura in ovis nondum exclusis definit.

tum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque præsens est, se accommodat, paullum admodum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, caussas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit atque adnectit futuras; facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degen-

*3. Tantum, quantum sensu movetur.]* Non plus, quam quantum sensu movetur.

*Quod adest, quodque præsens ēt.] Adest, quod in proximo et in conspectu est: præsens ad tempus refertur, et præterito ac futuro opponitur.*

*Sé accommodat.]* Ad ea se applicat, se vitamque suam componit.

*Homo autem, quod rationis.]* Cum prioribus verbis, homo autem, cohærent postrema, facile totius vitæ cursum videt: quæ interposita sunt, quod vel qui rationis est particeps, usque ad futuras, rationem reddunt, quam nonnulli parenthesi includunt. Eadem fere scribit lib. ii. de Fin. c. 14. "Homines enim et si aliis multis, tamen hoc uno a bestiis plurimum differunt, quod rationem habent a natura datam, mentemque et acrem et vi-gentem, celerrimeque multa simul agitantem, et, ut ita dicam, sagacem: quæ et cau-sas rerum, et consecutiones videat, et similitudines trans-ferat, et disjuncta conjungat, et cum præsentibus futura co-

pulet, omnemque complectatur vitæ consequentis statum. Eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura et sermone et usu congruentem."

*Earumque progressus et quasi antecessiones.]* Maturantius ita interpretatur: "Non solum ipsas rerum causas videt, quæ plerumque manifestæ sunt, ut nimia aëris intemperies causa est pestilentiae: sed, si quid est, quod ipsas causas antecedat, ut cum ex signis quibusdam et prognosticis futuram percipit aëris intemperiem, quæ pestilentiae causa sit." *Causiarum progressus et quasi antecessiones non ignorat,* qui earum quasi γενελογίας quibusdam perspectas habet, causasque rerum persequens non a prioribus solum ad posteriores progredi, sed a posterioribus etiam ad priores reverti potest.

*Similitudines comparat.]* Similes inter se res comparat.

*Rebusque præsentibus adjungit atque adnectit futuras.]* Cum præsentibus futura copulat, ex præsentibus futura colligit.

dam præparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis, et ad vitæ societatem: ingeneraque in primis præcipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitque, ut hominum cœtus et celebrationes et esse, et a se obiri velit, ob easque caussas studeat parare ea, quæ suppeditent et ad cultum, et ad victimum; nec sibi soli, sed conjugi, liberis, ceterisque, quos caros habeat tuerique debeat. Quæ cura exfuscat etiam animos et majores ad rem ge-

*4. Et ad orationis et ad vitæ societatem.]* Natura, duce ratione, efficit, ut alterius colloquiū et convictū adpetat.

*Celebrationes.]* Nomen minus frequentatum. Tamen a Cicerone etiam pro celebritate usurpatur pro Sulla c. 26. et a Laetant lib. vi. c. xx. 34. qui iudorum celebrationes deorum festa esse dicit. Quæ hic celebrationes, alio nomine concilia et civitates vocat Cicero lib. iii. de Fin. c. 19, ubi ait: “ Itaque natura sumus apti ad cœtus, concilia, civitates.” *A se obiri velit* dicitur, pro obire velit. Catil. i. 2. 7. “ Cupio, P. C. me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis non disolutum videri.” Vide plura apud Heumannum ad Orat. pro Arch. v. 6.

*Suppeditent.]* Etiam Lucretius lib. i. 547.

*Materies ut suppeditet rebus reparandis.*

Plautus ii. Asin. iv. 17. “ Itaque jam hercle clamore ac

stomacho non queo labori suppeditare.” Non primus ergo Cicero suppeditare pro suppeditere dixit.

*Sed conjugi.]* Sed etiam conjugi. Vide, quæ dixi ad Cornel. Nep. Cim. c. 4. pr. infra ad c. 39. 3.

*Tuerique.]* Alere, sustentare. Columell. lib. vi. 3. 3. “ Minus commode tuemur armatum paleis.”

*Exfuscitat etiam animos.]* Quasi somno sopitos.

*Ad rem gerendam.]* Jo. Frid. Gronovius, Grævio non repugnante, mallet ad rem quærendam: quod rem gerere ad fortitudinem pertineat, de qua hic non sit sermo. Sed rem gerere latius patet, ad omnem, nou bellicam tantum, sed et domesticam industriam accommodatur, et actum rerum honestarum et utilium, operam amicis et reip. præstandam significat. Hoc vero præcipuum justitiae munus esse vult ipse Cicero cap. vi. 6. Quin et mercatores rem gerere

5 rendam facit. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avenius aliquid videre, audire, ac discere: cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad beathe vivendum necessariam ducebimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informa-

dicuntur ab eodem lib. ii. c. 11. ubi iis, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, justitiam ad rem gerendam necessariam esse scribit. Contra male rem gerentibus patribus bonis interdici ait Cat. Maj. c. 7. Supervacanea igitur est Gronovii suspicio.

5. *Veri inquisitio.*] Lib. ii. de Fin. c. 14. "Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi; quod facilime appareat, cum vacui curis, etiam quid in caelo fiat, scire avenus: his initisi industi omnia vera diligimus."

6. *Appetitio quaedam principatus.*] Lib. ii. de Fin. c. 14. "Eadem ratio habet in se quiddam amplum atque magnificum, ad imperandum magis, quam ad parendum, accommodatum."

*Animus bene a natura informatus.*] Non est metaphora a praceptoribus, sed a fabris, sta-

tuaris et aliis artificibus translata, qui, cum operibus suis formam induere incipiunt, ea informare dicuntur. Nihil enim aliud est *informare*, quam *formare*. Columell. lib. ii. 2. 10. "Sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem, quam solum fossae possit angustae, quasi accommodatam coartatamque, capere." Idem lib. xi. 3. 13. "Humus refossa in areas dividitur: quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiari partem latitudinis earum perveniant." Plinius lib. vii. ep. 9.

*Ut laus est ceræ, mollis ceden- que sequatur  
Si doctos digitos, jussaque fiat opus;  
Et nunc informet Martem, cas tamque Minervam,  
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.*

Est ergo *animus bene a natura informatus* nihil aliud, quam

tus velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis caussa juste et legitime imperanti: ex quo magnitudo animi existit humanarumque rerum contemtio. Nec vero illa parva vis naturæ est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit, quod deceat, in factis dictisque qui modus. Itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conser-

bene formatus, a benigna natura ingeneratus, nobilis: homo, cui, ut Juvenalis ait,

*Arte benigna  
De meliore luto finxit præcordia Titan.*

*Nisi præcipienti.]* Præcepta recte vivendi tradenti: docenti vero est, quæ vera sint, monstranti.

*Humanarum rerum contemtio.]* Quas hic humanas res dicit, externas vocat cap. xx. 1. ubi easdem paullo post n. 3. humanas appellat, docetque, primum esse ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur: deinde, quæ acerba in hominum vita fortunaque versantur. Sunt ergo, quæcumque in utramque partem homini accidunt. Earum contemtio sive despiciencia est animi æquitas in utraque fortuna. Vide cap. v. 5. xviii. 6.

*7. Qui modus.]* Interpunctio

variat: alii, *Quid sit, quod deceat in factis dictisque, qui modus.* Non improbo.

*Itaque eorum ipsorum.]* Ordo verborum est: *Itaque nullum aliud animal sentit pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium eorum ipsorum, [in iis ipfis] quæ aspectu sentiuntur.*

*8. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens.]* Similitudines transferre est, similia inter se comparare, quod in una re consenteum est, id ad similem alteram accommodare, eodemque modo de ea judicare. Vide ad n. 3. ibique locum Ciceronis ex ii. de Fin. c. 14. Quod igitur natura oculis sentit, id ad res, quæ mente tantum percipiuntur, transfert, et multo magis pulchritudinem, constantiam et ordinem in iis conservandum putat.

vanda putat, cavetque, ne quid indecore, effeminateve faciat; tum in omnibus et opinionibus et factis, ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod querimus honestum: quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit; quodque vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, natura esse laudabile.

I. V. Formam quidem ipsam, Marce fili, et tamquam faciem honesti vides: quae, si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, ex-

*Conseruanda putat.]* Nume-  
ro testium prævalet *conservan-  
dam*. Ita femininum, quam-  
vis substantivum masculini  
generis proxime prægrediatur,  
legimus apud Cic. lib. x. ad  
Divers. ep. 25. “Istamque o-  
peram tuam, navitatem, ani-  
mum in rem publicam cele-  
ritati præturæ *anteponendam*  
censeo.” Tamen aliis proba-  
tum illud *conseruanda* et fre-  
quens veterum usus, et non  
contemnendæ auctoritatis li-  
ibri magnopere commendant.  
Vide Cort. ad lib. vii. ep. 20.  
n. 4. et ad Sallust. Jug. xxxviii.  
8.

*Tum in omnibus et opinionibus  
et factis.]* Glossemata in his  
verbis doctissimi viri sagaciter  
odorati sunt. Evidem cre-  
diderim, genuina Ciceronis  
esse illa: “Cavetque, ne quid  
indecore effeminateve, ne quid  
libidinose aut faciat aut cogi-  
tet.”

*Libidinose.]* Ex libidine, quæ  
est temeraria cupiditas non

voluptatis tantum, sed et glo-  
riæ et pecuniae et vindictæ.  
Vide Cort. ad Sallust. Cat. ii.  
2.

9. *Quod querimus.]* De quo  
agimus. Vid. ad c. ii. 4.

*Nobilitatum.]* Etiam si *popu-  
lari fama gloriosum* non sit,  
nec *multitudinis rumore laude-  
tur*, ut ipse loquitur lib. ii. de  
Fin. c. 15. Infra ii. 7. 16.  
“Testis est Phalaris, cuius  
præter ceteros nobilitata cru-  
delitas.” *Nobilitata*, id est, di-  
vulgata, nota. Plinius lib. i.  
epist. viii. 14. “Sequi gloria,  
non adpeti debet: nec, si ca-  
su aliquo non sequatur, idcir-  
co, quod gloriam nieruit, mi-  
nus pulchrum est.” Hæc Epi-  
curi sententiae opposita esse,  
disces ex eo loco de Finibus,  
quem proxime indicavi.

V. 1. *Plato.]* In Phædro,  
his verbis: ‘*Ἡ φόνοις ἐχ ὁρα-  
ται δεινὲς γὰρ ἡν τῷ περιχει ἔρω-  
τας, εἰ τοιστὸν οὐτῆς ἴναργες  
ἴδωλον περιχει τοις ὄψιν ιον.*’  
Interpres est ipse Cicero lib. ii.

citaret sapientiæ. Sed omne, quod est honestum, id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum contractarum fide: aut in animi excelsi atque iuicii magnitudine ac labore: aut in omnium, quæ fiunt quæque dicuntur, ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia. Quæquatuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur. Velut ex ea parte, quæ prima descripta est, in qua sapientiam et pruden-

de Fin. c. 16. "Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videtur." *Sapientia*, honesti scientia. Hujus amor accenderetur, ante oculos proposita externa honesti forma ac specie.

Plato puellæ, cuius eximia species allicere procos multos possit, sapientiam comparat. Ponitur igitur nomen feminine personæ significandæ idoneum.

2. *Rerum contractarum fide.*] In servandis contractibus: quo vocabulo Cicero uti noluit. Itaque et c. 17. scribit: "Multisque cum multis res rationesque contractæ." Lib. ii. c. 11. "Qui contrahendis negotiis implicantur." Eod. lib. c. 18. "In omni re contrahenda, vendendo, emendo,

conducendo, locando." Lib. iii. c. 15. "Tollendum igitur ex rebus contrahendis omne mendacium." Eadem sunt *dia et conventa* hoc libro c. 7.

3. *Implicata.*] Hoc Ciceroni familiarius est, quam *implicita*.

*Velut ex ea parte.*] Ex hac, ea, aliqua, nulla, magna, dimidia parte dicitur, ubi nostri sermonis consuetudo in parte postulat; vel ubi, quod ad partem attinet, intelligitur. Vide Cortium ad Sallust. Jug. c. xcviij. 3. et Schwarzium ad Tursellin. de Particul. cap. lxxvii. n. 12. p. 305.

Quæ prima descripta est.] Posita, collocata, ordinata. Cap. vii. 3. "Similisque est privatarum possessionum descriptio." Cap. xxvii. 10. "Est autem ejus descriptio duplex:" id est, divisio. Cap. xliv. 9. "Servare leges, jura describere." Catil. i. 4. "Descriptisti urbis par-

tiam ponimus, inest indagatio atque inventio veri; ejusque virtutis hoc munus est proprium.  
**4** Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit, qui que acutissime et celerime potest et videre et explicare rationem; is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic, quasi materia, quam tractet et in qua versetur, subiecta est veritas. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositae sunt ad eas res parandas tuendasque,

tes ad incendia." Catil. ii. 6.  
 "Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta."

**4. Ut enim quisque maxime perspicit.]** Admodum hac formula delectatus est Cicero, atque in his maxime libris: Cap. 15. pr. "Colendum autem esse ita quemque, ut quisque maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus." Cap. 16. pr. "Optime autem societas hominum conjunctio que servabitur, si, ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benicitatis plurimum conseretur." Cap. 19. "Ut quisque animi magnitudine maxime excellit; ita vult maxime princeps omnium, vel potius solus esse." Læl. c. 9. "Ut enim quisque sibi plurimum confidit: et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in se ipso posita judicet: ita in amicitiis expetendis colendisque maxime excellit." Pro Cæcin. c. 2. extr. "Ut quæque res est turpissima; sic maxime et ma-

turissime judicanda est." Vide Cort. ad Sallust. Jug. xxxi. 14. Vides autem, aliis locis dici, *ut quisque, ita vel sic:* hic vero alteram particulam omitti, e- jusque locum pronomen *is* occupare. Id ideo factum, quod interveniente alio pronomine *quique*, cui *is* aptius respondet, quam particula *ita*, constructionis genus mutatur. Sic fere lib. x. ep. xxii. 2. "Quod ad me scriperas, de re agraria, si consultus senatus esset, ut quisque honorificentissime de te sententiam dixisset, eam secutus essem." Lib. v. de Fin. c. 20. "Itaque, ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus." Vide ad cap. 15. pr.

**5. Necessitates propositæ sunt.]** *Inopia atque indigentia humanae vitæ, ut loquitur Læl. c. viii. 3. et ix. 3. quam necessitatem vitæ vocat infra hoc libro c. xliv. 10.* Ea ita proposita est his virtutibus, ut ei subveni-

quibus actio vitae continetur; ut et societas hominum conjunctioque servetur; et animi excellentia magnitudoque, cum in augendis opibus utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis, eluceat. Ordo autem, et constantia, et moderatio, et ea, quae sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. His enim rebus, quae tractantur in vita, modum quemdam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

VI. Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur et

ant, easque res parent, sine quibus vita civilis commode agi non potest.

*Tuendaque.] Conservandas.*

*Societas hominum conjunctioque servetur.] Quod justitiae munus est.*

*Animi excellentia.] Fortitudinem significat.*

6. *Ordo autem.] Hæc temperantiae sunt propria.*

*In eo genere.] In iis rebus.*

*Mentis agitatio.] Cogitatio, consilium, animi cura. Vid. c. 6. extr.*

VI. 1. *Locus.] Partibus.* Quam enim paullo ante partem dixit, saepe locum vocat, ut lib. iii. cap. ii. 10. 11. et 13. Infra hoc libro c. 43. "Nam cum omnis honestas manet a partibus quatuor." Ibid. paullo

ante: "Sed ab iis partibus, quae sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur satis expositum videtur."

*Honesti naturam vimque.] Vis capi potest pro oportu. Vid. Cort. ad Sallust. Cat. i. 2. Ita natura et vis honesti nihil aliud erit, quam ipsum honestum. Licet tamen et ita interpretari: in quibus ex nostra divisione honestas suam naturam et vim exserit, et quid sit valeatque ostendit. Vide ad cap. 28. extr.*

*Naturam attingit humanam.] Naturæ maxime est conjunctus, aptus, consentaneus. Cap. ii. 8. "Officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ." Cap. 15. "Illæ virtutes virum bonum videntur*

ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. In hoc genere, et naturali et honesto, duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus: quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non neces-

potius attingere." Cap. 22. "Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit etiam bellicam." Cap. 44. "Nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, attingat cognitionem rerum." Lib. ii. cap. 21. "Partim ad universos pertinent, partim singulos attингunt."

2. *Trahimur et ducimur.*] *Ducimur* volentes, *trahimur* inviti. Cicero dicere videtur, cognitionis et scientiæ cupiditatem naturaliter ita nobis insitam esse, ut non modo *necessaria*, sed *jucunda* etiam nobis sit ista ad cognoscendum propensio. Pro Arch. c. 11. "Trahimur omnes laudis studio, et optimus quisque maxime gloria ducitur."

*Labi autem, errare, nescire, decipi.*] *Labitur*, judicio scilicet (lib. xv. epist. xxi. 12.) qui de aliqua re minus recte judicat: *errat*, qui falsa pro veris

probat: *nescit*, qui totius rei ignarus est: *decipitur*, qui stultitia sua aliis quæstum præbet.

3. *Affentiamus.*] Diomedes Grammaticus, lib. i. p. 377. Ciceroni utrumque *adsentio* et *adsentior* tribuit.

4. *Multamque operam.*] Intelligo *nimirum multam operam*. Posset adverbium ex præcedentibus repetere, nisi *multus* jam per se *nimirum* significacionem sustineret. Cornel. Nep. xxv. 13. 5. "Supellex modica, non multa." Cic. de Orat. ii. 71. "Sed hæc ipsa nimis mihi videor multa in genera descriptissime."

*Easdemque non necessarias.*] Id est, ac simul, pariter, præter id, non *necessarias*. Lib. iii. de Nat. Deor. c. 32. "Vir innocentissimus, idemque doctissimus." Cornel. Nep. Con. cap. 2. pr. "Contulit se ad Pharnabazum, satrapen Ioniae, eundemque generum regis et

farias. Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis et cognitione dignis operæ curæque ponetur, id jure laudabitur: ut in astrologia C. Sulpicium audimus, in geometria Sex. Pompeium.

propinquum." Justin. lib. xi. 9. 12. "Uxor eademque soror."

5. *Quod operæ curæque.*] Quantumcunque operæ. Rarius pronomen *quod* cum genitivo construitur, sæpius *quid, hoc, id,* et alia, de quibus Vechner. lib. i. Hellenolex. part. ii. c. 9. p. 200. *Hoc boni legas lib. ii. c. 1. pr.* Tamen et infra hoc libro c. 38. "Illiud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio." Lib. iii. 16. extr. "Quod vitii venditor non dixisset sciens." Lib. xiii. epist. 1. "Nam quod est molestiae, non sane multo levius est, cum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe, si vidisssem te, plus fuisse."

*Astrologia.*] Astrologiam vocat, quam *astronomiam* Seneca appellare maluit epist. xciv. p. 406. non divinatricem illam artem; sed quæ fiderum motus, ortus et occasus speculatorum. Hanc a Sulpicio cultam fuisse, ex iis, quæ de eo proxime dicam, appareat.

C. *Sulpicium.*] Repete operam curamque posuisse. Cicero enim non ipsum audavit, sed astronomiæ eum deditum fuisse, ex majoribus natu audivit. Nam C. Sulpicius Gallus Ciceronis ætate superior fuit, qui bello Macedonico, quod cum Perse gestum est, sub Æmilio Paullo tribunus mil. lunæ defectionem, eodem

die, quo pugnandum erat, futuram prædixit, et, ne ea ex improviso objecta milites terrentur, effecit. Consulatum gessit 16 annis post, a. U. C. 587.

*Audimus.*] Præsens verbi illius tempus sæpe legimus apud veteres, ubi sermo est de re, quæ non semel tantum auditafit, sed fama quoque ac plurimum sermone scriptisve celebretur. Noster de Or. i. 60. "Multi que oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Lælium, qui omnia sermone conicerent paullo intentiore." Lib. ii. c. 22. "Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt; non nulla Critiæ: de Theramene audimus." In Bruto c. 84. "Ut de Pericle audimus." Conf. viros doctos ad Livium xlvi. 22. 3. ibid. cap. 24. extr. Schwarziumque ad Plin. Panegyr. lix. 3.

*In geometria.*] Utramque, et astronomiam et geometriam, Ciceroni quoque cognitam fuisse, ipsius scripta, in quibus Aratus est, argumento sunt. Vide lib. v. Tuscul. c. 39. et Dial. de Oratoribus (quem falso Quintiliano adscribunt) c. 30.

*Sex. Pompeium.*] Cn. Pompeii Magni patrum, jureconsultum et geometram præstantem, oratorem vero mediocrem. Cicer. in Bruto c. 47.

peium ipsi cognovimus, multos in dialecticis, 6 plures in jure civili. Quæ omnes artes in veri investigatione versantur, cuius studio a rebus gerundis abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit: a qua tamen saepe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quæ numquam adquiescit, potest nos in studiis cogita-

*In dialecticis.]* Sic geometrica discere pro geometriam probat Gronov. Obs. ii. 2. p. 223.

*In jure civili.]* Vide lib. ii. cap. xix. 3. 4.

6. *Tum agitatio mentis.]* Tum hoc loco significat præterea, præcipue vero. Cic. ad Divers. epist. v. 13. 5. "Casus enim gladiatori similitudinesque hæ, tum rationes in ea disputacione a te collectæ, vetabant me rei p. penitus diffidere." Cœlius ad Cic. viii. 14. 7. "Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; tum caussam illam, non homines odi."

*In studiis cogitationis.]* Menti agitationem interpretor animi vigorem ac perpetuam invenerat, quam barbare activitatem dicunt. Ita Cicero de Divin. ii. 62. "Naturam autem eam dico, qua numquam animus infestans, agitatione et motu esse vacuus potest." Jam vero studia cogitationis esse existimo, quum sine colloquio alterius, sine lectione, sine scriptione, ipsi nobiscum aliquid commentamur. Ea vis hujus nominis conspicitur in locis, ubi cogitatio opponitur

scriptioni. De Orat. i. 33. "Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit." Intra iii. 1. 11. "Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamus, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus." Dicit autem Cicero, veri investigationi actionem haud posthabendam, sed utramque esse conjungendam. Idque fieri posse, duabus rationibus ostendit. Primum, quod ab actione saepe datur intermissio, ut otiosi ad studia redire atque aliquamdiu vacare his solis possimus. Deinde, quod ad veri investigationem non semper otium ac secessus requiritur, quodque animus noster, qui semper in motu atque actuosus est, quamvis rebus agendis occupati simus, vel inter ipsa negotia, quid honestum ac verum sit, delibere multaque cogitando consequi possit. "Cogitatio," enim, ut est apud Fabium Inst. Or. x. 6. pr. "quoties inter-

tionis, etiam sine opera nostra, continere. Omnis autem cogitatio motusque animi aut in consiliis capiundis de rebus honestis et pertinentibus ad bene beateque vivendum, aut in studiis scientiae cognitionisque versabitur. Ac de primo quidem officii fonte diximus.

VII. De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur: cuius partes duæ; justitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur: et huic conjuncta beneficentia, quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Sed justitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi laceratus injuria: deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut

missus est somnus, ipsius noctis tenebris adjuvatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid invent vacui, nec otium patitur."

*Sine opera nostra.]* Data opera agimus id, cui agendo, per aliquod tempus toti vacamus studiumque præcipuum impendimus. Ad Q. Fratr. lib. iii. ep. 4. "De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat."

7. *Versabitur.]* Est idem, quod *versari* debet. Infra c. 36. extr. "Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus."

VII. 1. *Ea ratio.]* Pars, locus, res: quæ omnia significat ratio Vid. ad c. iii. 7.

*Cuius partes duæ.]* Supple sunt. Sæpe librari invito Ciceroni hoc verbum obtruse-runt.

*Appellari licet.]* Licet appellari est, potest appellari: atque ita Cicero et ejus non dissimiles solent. Lib. iii. de Orat. c. 27. "In quibus de universo genere in utramque partem differi copiose licet." Lib. iii. epist. x. 29. "Ne cooptari quidem sacerdotem licebat." Epist. xi. 6. "Ne impune in quemvis declamari liceret." Varro lib. i. de R. R. c. 6. pr. "Ut multis locis licet videri."

2. *Pro communibus.]* Tamquam communibus, non ut

3 suis. Sunt autem privata nulla natura, sed aut vetere occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt; aut victoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, pactione, conditione, forte. Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicitur, Tusculanus Tusculanorum: similisque est 4 privatarum possessionum descriptio. Ex quo quia suum cujusque fit; eorum, quæ natura

suis. Communibus ita utatur, ne ea sibi vindicet soli, et eorumdem usu alios excludat. Vid. lib. iii. de Fin. cap. 20. *Communia* vocat non ea tantum, quæ omnium sunt, et proprie ita vocantur, ut aër, mare, litora: sed et publica, quæ vel totius populi sunt, ut flumina, portus, viæ; vel universitatis, ut fora, basilicæ, porticus, theatra, pascua, quæ plerumque a publicis distinguuntur.

3. *Privata nulla natura.*] Nullæ res natura, prima origine sua, lege naturæ, sunt privatæ possessionis. Videtur autem Tullius, vocabulo latius accepto, *privata* h. l. appellare propria, sive ea, quæ possidentur a singulis, non hominibus solum ac familiis, sed civitatibus etiam ac populis. Ita *ager Arpinas Arpinatum, Tusculanus Tusculanorum privatut* dici queat. Similiter *communia* paullo ante dicebantur non ea solum, quæ simpliciter, sed etiam quæ comparate communia essent. Paullo post Cicero angustiore, sed magis usitata significatione *possessiones privatas* appellat, quæ sunt

singulorum hominum.

*Ut qui quondam.*] Ut sunt eorum prædia, qui quondam in vacua venerunt, vel ea occuparunt, quæ communia fuerant. Male vulgo *aut qui.*

*Aut victoria.*] *Victoria* modum adquirendi ostendit, quo in *bello* aliqui hostium agris, oppidis, urbibus, cum ipsis hominibus, potiuntur.

*Conditione.*] Donatus ad *Trent.* Andr. i. 1. 52. " *Condition*," inquit, " *est pactio certam*" (i. e. peculiarem) " *le-gem in se continens.*"

*Ager Arpinas, Tusculanus.*] Campus omnis quo Arpinum, Latii municipium, Ciceronis patria, et Tusculum, ejusdem Latii oppidum, cinctum est. His exemplis utitur, quod ipse Arpinas erat, et in Tusculano villam habebat haud ignobilem.

*Arpinatum.*] Alii *Arpinatum.* Apud Livium atque alios *Antennatum, Capenatum, Fidenatum, Privernatum* et similia viris doctis sine controversia probantur.

4. *Suum cujusque fit.*] Ciceroni *suus* est, proprius: Cap. 31. pr. " *Admodum autem*

fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Eo si qui sibi plus appetet, violabit jus humanæ societatis. Sed quoniam, 5 ut præclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici; atque ut placet

tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed tamen propria." Paullo post: "Id enim maxime quemque decet, quod est cujusque suum maxime." Cap. xxxiii. 2. "Ad suam cujusque naturam consilium est omne revocandum." Lib. ii. c. 22. "Ut sit libera et non sollicita suæ rei cujusque custodia." Lib. iii. c. 12. extr. "Ut nihil suum cujusque sit." Lib. iii. de Fin. c. 20. "Non adversatur jus, quo minus suum quidque cujusque sit."

*Eo si qui sibi plus appetet.]* Si quis plus eo, eo non contentus, plus appetet.

5. *A Platone.]* Cujus verba epist. ix. ad Archytam hæc sunt: 'Αλλὰ κάκεινο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἔκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενίστεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ πατρὶς μεριζεται, τὸ δὲ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Eumdem locum ante oculos sibi propositum habuit Cicero, cum lib. ii. de Fin. c. 14. scripsit: "Atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur."

*Non nobis solum.]* Ita apud Platonem ἡ ψηφιστὴ μόνον et Demosthenem Περὶ Στρφ. p. 507. E. Wolf. Ἡγεῖτο γὰρ αὐ-

τῶν ἔκαστος, ἡχὶ τῷ πατρὶ ἐτῇ μητρὶ MONON γεγενηθεῖ, ἀλλὰ ἐ τῇ πατρίδι. Διαφέρει δὲ τι; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι MONON γεγενηθεῖ νομίζων, x. τ. λ.

*Ortusque nostri.]* Sed ortus nostri. Nam et, que, saepe adversativam vim habent. Ita Cornel. Nep. Pausan. c. iii. 7. "Non putabant, de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari; et (i. e. sed) exspectandum, dum se ipsa res aperiret." Cim. c. i. 4. "Elinice negavit, se passuram,— seque (se vero) Calliae nuptaram." Dion. c. iii. 2. "Eodemque tempore," pro, "sed eodem temp." Vide etiam infra c. xxvi. 9.

*Partem patria vindicat.]* Verba partem parentes, quæ ex Platone hic adjicienda censent, abesse possunt. Ut ita credam, facit illud, quod video, eamdem Platonis sententiam a Cicerone de Fin. ii. 14. simili modo contractam esse. Nec incommodo amicorum appellatione a Tullio comprehendendi etiam parentes potuisse considerantibus ista divini philosophi: Τὸ δὲ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ ΛΟΙΠΟΙ φίλοι.

*Ut placeat Stoicis.]* Vid. Cic. lib. iii. de Fin. c. 20. lib. ii. de Nat. Deor. c. 62. Particu-

Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari; homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodeesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiundo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus, devincire hominum inter homines societatem.

6 Fundamentum est autem justitiae fides, id est dictorum conventorumque constantia et veritas. Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verbâ sint ducta; credamusque, quia fit, quod dictum

lam ut delendam censem, quod infinitivi, qui sequuntur, a placet pendere aliter nequeant. Reperio autem, Ciceronem aliquando, quasi constructionis oblitum, quæ cum prioribus cohærent, ita cum postremis connectere. Lib. i. ad Q. F. epist. i. c. 13. "Neque ego hoc nunc contendeo, quod fortasse cum in omni natura; tum jam in nostra ætate difficile est, mutare animum, et, si quid est penitus insitum moribus, id subito evellere; sed te illud admoneo." Si hoc loco subintelliges atque ita est, ut placet Stoicis, plana erunt omnia.

*Mutatione officiorum.]* Refer hoc ad devincire. *Mutant officia,* qui alia pro aliis officia reddunt, et mercatores imitantur, qui pro iis, quibus ab-

undant, ea, quibus indigent, accipere solent.

*Tum artibus.]* De quibus vid. cap. 42.

6. *Dictorum.]* Promissorum. Vid. ad c. x. 6.

*Stoicos.]* Studiose hos in verborum origines inquirere solitos, ostendit Menagius ad Diog. Laërt. lib. vii. s. 147. et in Amoenit. Jur. c. 39. ubi et aliquas eorum ineptias notavit.

*Quia fit.]* Alii fiat, qui sibi persuaserant, in oratione indefinita conjunctivum semper requiri. Sæpius vero Latini, Græcorum fortasse exemplum fecuti, indicativo in talibus utuntur, eaque re orationi mirificam suavitatem et vim conciliant. Cic. de Invent. i. 54. pr. "Non vulgare neque factitatum esse—id maleficium, de quo agitur," De

est, appellatam fidem. Sed injustitiae genera 7 duo sunt: unum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si pos-  
sunt, non propulsant injuriam. Nam qui in- 8  
juste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus afferre videtur socio: qui autem non defendit,  
nec obſistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio,  
quam si parentes, [aut amicos] aut patriam de-  
ſerat. Atque illæ quidem injuriæ, quæ no- 9  
cendi cauſa de industria inferuntur, ſæpe a  
metu proficiſcuntur; cum is, qui nocere alteri  
cogitat, timet, ne, niſi id fecerit, ipſe aliquo  
afficiatur incommodo. Maximam autem par- 10

Or. i. 5. extr. "Aliis quibus-  
dam ſe id, quod expertunt,  
conſequi poſſe confidant." 1-  
bid. c. 7. extr. "Omnes in iis  
ſedibus, quæ erant ſub plati-  
no, conſediffe dicebat." Post.  
Red. ad Quir. c. 1. "Ipſa au-  
tem patria, dii immortales,  
dici vix potest, quid caritatis,  
quid voluptatis habet." Ad  
Attic. lib. vii. ep. 12. "Sin  
diſcedit, quo, aut qua, aut  
quid nobis agendum eſt, ne-  
ſcio."

8. Aut aliqua perturbatione.]  
Pearcius interpretatur alia qua,  
vel ulla alia.

*Manus videtur afferre.]* Ma-  
nus afferre vim significat.

*Tam eſt in vitio.]* In vitio  
eſſe dicitur, quod vitiosum eſt;  
ut in laude, quod laudabile.  
Cap. 19. pr. "Eam animi elationem, quæ justitia careat,  
in vitio eſſe," ait. Lib. v. de

Fin. c. 11. "Etsi hoc quidem  
eſt in vitio, diſsolutionem na-  
turæ tam valde perhorrefe-  
re." Sic, "In eadem injuſti-  
ta eſſe," cap. xiv. 3. "In  
officio eſſe," cap. xv. 3. pro,  
officio conveniens. Hic æque,  
vel in eodem genere peccare  
adſiſmat eum, qui injuriæ non  
obſiſtat, ac ſi parentem, ami-  
cos, patriam deſerat, eſi non  
æque graviter: niſi fortaffe ex  
Stoicorum ſenu hoc dixit,  
qui peccata æqualia eſſe ad-  
firmabant.

*Parentes, [aut amicos] aut  
patriam.]* Hic verborum ordo  
Cicerone indignus eſt. Verba  
aut amicos, etiam aliis ſuspecta,  
uncis inclusi.

10. Maximam autem par-  
tem.] Male vulgati quidam,  
maximam autem partem ad in-  
juriam faciendam aggrediuntur  
nonnulli. Hoc non voluit Ci-

tem ad injuriam faciundam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quæ concupiverunt: in quo vitio latissime patet avaritia.

I. VIII. Expetuntur autem divitiæ cum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluntates. In quibus autem major est animus, in iis pecuniae cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facultatem: ut nuper M. Crassus

cero, qui primum *sæpe*, nunc maximam partem dicit, plerisque potius, quam nonnullos intelligens. Maximam partem, subaudi homines, nihil aliud est, quam plerique. Infra lib.

ii. c. 21. pr. "Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant." Cæs. lib. iv. Gall. c. 1. "Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt." Cornel.

Nep. Attic. c. 7. "Nullum enim ab eo habebat ornementum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitisimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt." Gell. lib.

x. c. 13. pr. "Partim hominum venerunt," plerumque dicitur, quod significat, pars hominum venit, id est, quidam homines. Vide ad cap. v. 3. Vechnei Hellenolex. lib. i. part. ii. c. 16. p. 256. Sic ex maxima parte et ipsum Ciceronianum est. Lib. x. ad Divers. ep. 5. "Tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ temporibusque

tribuuntur."

*Latissime patet.]* Avaritia in hoc inferendæ injuriæ genere maximam vim habet, maxime eminet et plurimum sibi indulget.

VIII. 1. *Expetuntur autem.]* Sæpius autem iteratur. Sed id et alibi fieri animadverto, ut c. 13. extr. ac frequentius etiam c. 32. 33. et 34. atque aliis pluribus locis, ut Cicero id evitare noluisse credi debeat.

2. *Spectat.]* Tendit ad opes, eas sibi propositas habet.

*Opes.]* Vide ad c. iii. 7.

*Gratificandi facultatem.]* Ut ad benevolentiam aliorum animos allucere et beneficiis sibi devincire possint.

*M. Crassus.]* Paullo aliter Plinius lib. xxxiii. cap. 10. "M. Crassus negabat locupletem esse, nisi qui redditu annuo legionem tueri posset. In agris suis tertium cœlo cœlo possedit, Quiritium post Sullam ditissimum." Legio antiquitus quatuor circiter milibus constabat, postea etiam sex. De exercitu cum Cicerone, et hic, et in Paradox. vi. consentit Plutarchus in Crasso p. 544. Ἐξεῦν δὲ οὐ τὸ μη-

negabat, ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in re publica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. Dele- 3  
stant etiam magnifici apparatus, vitæque cul-  
tus cum elegantia et copia. Quibus rebus ef-  
fectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset.  
Nec vero rei familiaris amplificatio, nemini 4  
nocens, vituperanda est: sed fugienda semper

*δέσμην νομίζειν μηδὲ φάσκειν εἴναι πλάγιον, ὃς οὐ δύναται τρίφευτο τῆς θρίας σωτόπεδον.* In exercitu vel quatuor legiones erant, vel sex, si verus est numerus Paradox. vi. i. quibus tuendis Crassii bis mille H. S. nulla ratione suffecisset. Sunt enim bis millies centena millia septuaginta, centies centena millia florenorum, five, ut nos loquimur, decem miliones. Hujus pecuniæ semiæses usuræ annuæ sunt sexcenta millia florenorum. Exercitus vero stipendium, etiamsi xxiv. millia peditum, m.c.c. equites ei tantum dederis, sexcenta millia longe superat. Nam singuli pedites jam ante Cæsarem dictatorem denos dearios menstruos, tricenos e-quites accipiebant. Quid de centurionibus, tribunis, praefectis, legatis dicam? quid de imperatore, ex sua re familiaris exercitum ac se alente? Vere itaque id, quod vulgo creditur, de se jactare Crassus non potuit. *Mea itaque opinione his verbis ille non tam suas divitias ostentavit, quam tantas eas esse negavit, quantæ populi Rom. principi sufficerent.*

*Pecuniam.] Pecunia faculta-*

tes quascumque significat et fortunas, et, quidquid in prædiis etiam collocatum est, comprehendit. Vide ad Orat. pro Rosc. Am. c. 2.

*Fructibus.] Fructus est, quidquid ex quoque possessionum genere reddit, omnis ex agro proventus, vestigalia, usuræ.*

*3. Magnifici apparatus.] Apparatus id omne comprehendet, quo ad aliquid instruimur, quoque maxime ad advertendos hominum oculos utimur: qualis est pretiosa supellex.*

*Vitæque cultus.] Splendor in vietu, vestitu, familia, ceteris.*

*4. Nec vero.] Anteoccupatio. Non in ea tamen sum sententia, ut omnem rei familiaris amplificationem vituperem.*

*Vituperanda est,—injuria est.] Ne displiceat ejusdem verbi est in proximo commate iteratio. Ea Ciceroni ejusque æqualibus placuit. Pro Rosc. Am. c. 50. “Concedo: et quod animus æquus est, et quia necesse est.” Lib. v. Tusc. Quæst. c. 1. “Famula fortunæ est, nec tantarum virium est.” Ibid. c. 7 “Mathematicorum iste mos est; non est philosophorum.”*

5 *injuria est.* Maxime autem adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ cupiditatem inciderunt. Quod enim est apud Ennium,

*Nulla sancta societas, nec fides regni est;*  
 id latius patet. Nam quidquid ejusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo sit plerumque tanta contentio, ut difficillimum sit  
 7 *sanc&am servare societatem.* Declaravit id modo temeritas C. Cæsar, qui omnia jura divina atque humana pervertit propter eum, quem sibi  
 8 ipse opinionis errore finxerat, principatum. Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis, splendidissimisque ingeniiis plerumque existunt honoris, imperii, potentiae, gloriæ cupiditates. Quo magis cavendum est, ne  
 9 quid in eo genere peccetur. Sed in omni in-justitia permultum interest, utrum perturbatio-

6. *Ennium.]* Incertum, qua ejus tragœdia.

*Nulla sancta societas.]* Si re-  
ete habet vulgata scriptura,  
crediderim, esse pedes quinque  
cum dimidio versus trochaici  
tetrametri, quem Cicero Tusc.  
i. 44. *septenarium*, scilicet hy-  
percataleum, vocat.

*Id latius patet.]* Ad plures  
res accommodari potest, in aliis etiam rebus fit.

7. *Modo temeritas C. Cæsa-  
ris.]* Qui paucis ante mensi-  
bus interierat. Vide ad cap.

14. pr.

8. *In maximis animis splen-  
didissimisque ingeniis.]* In iis

plerumque hominibus, qui magno animo et excellenti ingenio ceteros praestant, principatus et regni cupiditas exsistere, apparere ac se ostendere solet. Nam humiles animi et mediocria ingenia ne ad scelera quidem aliqua insigniavent, nedum ad virtutes. At *κακίας μεγάλους, ὥσπερ ἀρ-  
τᾶς, οἱ μεγάλαι φύσεις ἵπποις*, ut ait Plato lib. vi. de Re-  
publ. et apud Plutarch. in Demetr. pr. p. 889. Id in Alci-  
biade, Cæfare, Augusto, aliisque apparet.

9. *Perturbatione aliqua.]* Quod Græcis *τάρασσειν*, id Cice-

ne aliqua animi, quæ plerumque brevis est et ad tempus, an consulto et cogitata fiat injuria. Le- 10 viora enim sunt ea, quæ repentina aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem injuria satis dictum est.

IX. Prætermittendæ autem defensionis, de- 1 ferendique officii plures solent esse caussæ. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt; aut etiam negligentia, pigri-

roni perturbatio animi dicitur. Lib. iv. Tusc. c. 5. "Quæ Græci  $\tau\acute{α}\delta\eta$  vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos." Hic *iram* maxime intelligit. Vide c. vii. 8.

*Consulto et cogitata.]* Adiectivum post adverbium additur; quod Cicero et æquales non refugerunt. Infra cap. xxxviii. 3. "Ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus." Lib. vii. ad Divers. epist. 22. "Bene potus sero que redieram." Conf. Drakenb. ad Liv. iii. 50. 6. et xxxvi. 23. 4.

10. *Meditata.]* Passive, ut alibi. Vide Vechneri Hellenolex. lib. i. part. ii. cap. 9. p. 107. Præsenti quoque passivo usus est Minuc. Fel. cap. xxv. 12. "Ubi magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra, conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur?"

*De inferenda injuria.]* De injuria, non quæ inferenda est, sed quæ infertur, de illatione

injuriæ. Vide ad c. ii. 4.

IX. 1. *Nolunt.]* Subaudi: homines. Vide Cat. Maj. c. vi. 17. Vechneri Hellenolex. lib. i. part. ii. 3. p. 119.

*Aut etiam negligentia, pigritia, inertia.]* Negligens est, cui cura et diligentia deest, piger natura ad laborem tardus, inertes in quo nihil artis et virtutis. Infra c. 38. pr. *pigritiam et ignaviam* conjungit. *Laborem suscipere* et *ii aliquando nolunt*, qui alioqui segnes et inertes non sunt: quod eum inutilem aut parum necessarium putant. Ne dicas, hæc verba suspecta esse, quod non dicatur, *impediri negligentia, inertia*. Sæpe ununi verbum pluribus nominibus aptatur, quorum uni tantum convenit: ut cum Cornel. Nepos Hannib. c. 8. dicit, "Alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum scriptum reliquerunt." Nec tamen video, cur *inertia vel negligentia impediri suspectum esse* debeat. Sunt enim vitia, vel *morbi animi*, quibus utique impediuntur. Ci-

tia, inertia; aut suis studiis quibusdam occupationibus sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Itaque videndum est, ne nou satis sit id, quod apud Platonem est in philosophos dictum: quod in veri investigatione versentur, quodque ea, quæ

cer. lib. i. de Fin. cap. 18.  
“ Quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri necesse est?” Lib. iii. in Vert. c. 25.  
“ Lollius ætate et morbo impeditus ad testimonium dicendum venire non potuit.” Plin. lib. vi. epist. xxix. 6. “ Nec vero Isocrati, quo minus haberetur summus orator, offecit, quod infirmitate vocis, mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur.”

2. *Itaque videndum est, ne non satis sit.*] Concludit e prioribus: quia officium deseritur, non excusandi sunt, qui philosophiae studio a republ. capeſſenda abhorrent. *Videndum est* recte interpretantur, verendum est. Cicero lib. v. epist. 4. extr. “ Vide, ne, cum velis revocare tempus omnium reservandorum, cum, qui servetur, non erit, non possis.” Lib. xiv. epist. 14. “ Reliquum est, quod ipsæ optime considerabis, vestri. similes feminæ sintne Romæ. Si enim non sunt, videndum est, ut honeste vos esse possitis.” Lib. xvi. ep. 26. pr. “ Non potes effugere hujus culpæ pœnam te patrono; Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus com-

mentata oratione, vide, ut probare possit, te non peccasse.” Vide ad c. xiv. 2.

*In philosophos dictum.*] Non contra philosophos, sed in defensionem et laudem eorum, de philosophis. Cicer. lib. i. de Legibus, c. 19. “ Quod item ad contrariam laudem in virtutem dici potest.” Sueton. Tiber. c. 20. “ Hi quoque, qui tecum fuerunt, omnes confitentur, versum illum in te posse dici:

*Unus homo nobis vigilando refituit rem.*

Plaut. Moſt. i. 3. 82.

*Si quid tu in illum bene voles logui, id loqui licebit.*

Cicer. Brut. c. 44. “ Mihi quidem a pueritia quasi magistra fuit, inquam, illa in legem Cæpionis oratio.” Platoniſ autem ſententiam magis, quam verba, e libro vi. de Republ. ut quidam putant, ac potius e libro vii. refert: ubi haud longe a principio eos, qui de principatu contendunt, civitatem perdere, ideoque magistratus hominibus minime cupidis deferendos esse, philosophus docet. Tales cum ſoli fint illi, qui, relictis omnibus, in studio cognitionis versentur; eos, tanquam juſtissimos, ad rempubl. regendam vocandos esse, adfirmat.

plerique vehementer expetunt, de quibus inter se digladiari solent, contemnunt et pro nihilo putent, propterea justos esse. Nam alterum<sup>3</sup> iustitiae genus assequuntur, in inferunda ne cui noceant injuria; in alterum incident. Dis-<sup>4</sup> cendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Itaque eos ad rem publicam ne accessuros quidem putat, nisi coactos. Aequius autem erat, id voluntate fieri. Nam hoc ipsum ita justum est, quod recte fit, si est volun-

*Pro nihilo putent.]* Idem, quod ducant. Infra c. xxi. 5. “Quod gloriam contemnunt et pro nihilo putent.” De Fin. v. 24. “Nec pro nihilo putare ea, quae secundum naturam illi ipsi gloriofi esse fabebantur.”

*3. In inferunda.]* Præpositionem omnes vetusti tuentur. Pro Ligar. c. 11. “In Q. Ligario conservando multis quidem gratum facies necessariis tuis.” Lib. ii. ad Div. ep. 5. “Nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare posset.” Cæsar. Gall. v. 19. “In agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur.”

*In alterum incident.]* Verbum incident cum Ernesto in Clave Ciceroniana explicò offendunt, violant. Potuit metaphora duci ab iis, qui colliduntur, aut adversarium improvissum nanciscuntur. Pro Planc. c. 7. “Evidem, si quando, ut fit, jactor in turba,

non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit.” Pro Rosc. Am. c. 52. “Solent hoc boni imperatores facere, cum prælium committunt, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent; in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incident.” Lib. ix. ad Divers. epist. 2. “Ego incidi in competitorem nobilem, et nobilis agentem.”

*4. Putat.]* Plato intelligitur, quem id putasse utique legitimus. Respicere Tullius videtur ad ista Platonis lib. i. de Republ. p. 378. ed Hopper. Διῆ δὲ αὐτοῖς ἀνάγκην προσέναι καὶ γρμίαν, εἰ μέλλουσι ἔθεται ἄρχειν. Οὐεν κινδυνεύει, τὸ ἐκόντα ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἔναι, ἀλλὰ μὴ ἀνάγκη, αἰσχρὸν νεομίσθει.

*Aequius autem erat.]* Nos diceremus esset: veteres vero indicativum malebant.

*Voluntate.]* Sponte.

5 tarium. Sunt etiam, qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam videantur injuriam: qui altero injustitiæ genere vacant, in alterum incurrint. Deserunt enim vitæ societatem, quia nihil conferunt in eam studii, nihil operæ, nihil facultatum.  
 6 Quoniam igitur duobus generibus injustitiæ propositis, adjunximus caussas utriusque generis, easque res ante constituimus, quibus justitia contineretur: facile, quod cujusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipos valde amabimus, judicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum. Quamquam Terentianus

5. *Odio quodam hominum.]*  
Vide Læl. c. 23. med.

6. *Cujusque temporis.]* Tempus est rerum status, conditio, fortuna, in quibus quisque versatur. Vide c. xviii. 1.

*Nisi nosmetipos valde amabimus.]* Quod justitiæ erga alios officium sit, quid aliis alio tempore præstare jubeat, facile per nos judicare poterimus: nisi ex eorum numero erimus, qui omnia ad se referunt, sumusque utilitatem, quietem et voluptatem aliorum saluti longe anteponunt. Hoc enim hominum genus nihil ad se pertinere putat, quæ aliis incommoda et acerba accidentunt. Difficillima illi est rerum alienarum cura, nihilque molestius, quam suo incommodo, labore et periculo opis indigentes juvare.

7. *Est enim difficilis cura re-*

*rum alienarum.]* Si quidem nos nimirum amamus, nosque solos beatos esse volumus, quod plerique faciunt.

*Quamquam Terentianus ille Chremes.]* Etsi Chremes ille apud Terentium minime se indignum putat, aliena curare negotia: qui Heautontim. aet. i. sc. 1. quærenti Menedemo,

*Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi,  
Aliena ut-cures, eaque, nihil quæ ad te attinent?*  
respondet hoc versu, quem Cicero in animo habuit:

*Homo sum, humani nihil a me alienum puto.*  
Vulgus hoc versu utitur, ubi neminem ab erroribus, neminem a fortunæ injuriis immunem esse adfirmat: Terentius vero nihil ab homine alienum esse dicit, quod sit humanum, id est, quod boni malive aliis

ille Chremes humani nihil a se alienum putat. Sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quæ ceteris, quæ quasi longo intervallo interjecto videmus : aliter de illis, ac de nobis, judicamus. Quocirca 8 bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites, æquum fit, an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationem significat injuriæ.

### X. Sed incidentur sæpe tempora, cum ea, quæ 1

accidat. Ita certe et hic eum Cicero intellexit, et lib. i. de Leg. c. 12. ubi ait: "Quod si, quomodo est natura, sic iudicio, homines humani, ut ait poëta, nihil a se alienum putarent, coleretur jus æque ab hominibus." Seneca quoque Epist. 95. "Iste versus, inquit, et in pectore, et in ore fit :

*Homo sum, humani nihil a me alienum puto.*

Habemus in commune, quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est : quæ casura, nisi in vicem obstant, hoc ipso sustinetur."

*Sed tamen.]* Hæc particula cum superiori periodo hanc connectit, ubi dixit, *difficilem esse curam rerum alienarum.*

*Aliter de illis.]* Illorum bonis invidemus, nostra virtuti ac meritis nostris deberi credimus : illis merito accidere mala, nos indigna ferre putamus. Hinc aliter nostris, ali-

ter alienis adficiuntur.

8. *Quocirca.]* Quia nos ipsis nimis amamus, et in alios facile nobis indulgemus, quæ in nos aliis licita esse nolumus.

*Vetant quidquam agere, quod dubites.]* Plinius lib. i. epist. 18. "Si tutius putas illud cautissimi cujusque præceptum, quod dubitas ne feceris, id ipsum rescribe."

*Lucet ipsa per se.]* Pronomen *ipsa* hoc loco otiosum esse, ideoque excludendum videtur. Pro Sext. cap. 28. "Splendetque [virtus] per se semper, neque alienis umquam fordibus obfolecit."

*Cogitationem—injuriae.]* Id ipsum, quod incertus est, an æquum sit, quod facturus est, satis arguit, esse ei animum nocendi. Nam qui deliberat, id sibi licitum esse cupit, de quo deliberat ; si cupit, jam animo peccavit. Vide lib. iii. c. 8. *exit.*

maxime videntur digna esse justo homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur fiuntque contraria. Ut, reddere depositum, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non servare fit justum. Referri enim decet ad ea, quæ posui principio, fundamenta justitiæ : primum, ut ne cui noceatur ; deinde, ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, et non semper est idem. Potest enim accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel

**X. 1. Commutantur.]** Turpia fiunt, quæ per se honesta erant, et contra.

**Ea migrare.]** Migrare est mutare. Lib. iii. de Fin. c. 20. "Migrare jus," dixit: lib. iii. de Leg. c. 4. extr. "Quod quis earum migrasset, noxiæ pena par esto." Lib. i. de Divin. c. 5. "Ne communia jura migrare videatur." Duxi plura ad Vechneri Hellenolex. p. 85.

**Ut,—fit justum.]** Exemplis illustrat Cicero præceptum, quod posuerat, generalius. Cf. infra iii. 25. 8.

**2. Referri enim decet.]** Ut cap. 7. pr. "Eamdem benignitatem appellari licet."

**Quæ posui.]** Quæ constitui, antea esse dixi. Lib. i. ad Di-vers. ep. 9. "Quam ob rem, ut paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima; tamen in re p. non aliud esset, atque nunc sum." Tuscul. Quæst. iii. 6. "Sed de omni

animi, ut ego posui, perturbatione, morbo, ut Græci volunt, explicabo."

**3. Ea cum tempore commutantur.]** Pronomen *ea* respicit ad proxime præcedentia *nemini nocere* et *communi utilitati servire*. Occurrit Grævius, hæc numquam mutari. Sunt ea quidem immutabilia, quatenus sunt fundamenta justitiæ : sed eadem respectu rerum, quas vir bonus præstandas recepit, utique sunt mutabilia, et sæpe temporibus fiunt contraria.

**Potest enim accidere promissum aliquod, ut.]** Ita cap. 45. "Non potest accidere tempus, ut interficit reipubl. quidquam illorum facere sapientem." Item lib. iii. epist. viii. 25. "Quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, aut ut gravius diceretur, aut in plures." His locis *accidere* est, ita cadere, hunc casum habere,

ei, cui promissum sit, vel ei, qui promiserit. Nam si, ut in fabulis est, Neptunus, quod Theseo 4 promiserat, non fecisset, Theseus Hippolyto filio non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo imperato, in maximos luctus incidit. Nec pro 5 missa igitur servanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia: nec si plus tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris, contra officium est, majus anteponi minori. Ut, si 6

4. *In fabulis est.*] In tragœdiis, qualis est Euripidis Hippolytus. Hygin. fab. 47. “Phædra, Minois filia, Thesei uxor, Hippolytum privignum suum adamavit. Quem cum non potuissest ad suam perducere voluntatem, tabellas scriptas [litteras] ad suum virum misit, se ab Hippolyto compretiam esse, seque ipsa suspendio necavit. Theseus, re audita, filium suum mœnibus exceldere jussit, et optavit a Neptuno patre filio suo extium. Itaque cum Hippolytus equis junctis veheretur: repente e mari taurus [sphocas] apparuit, cujus mugitu equi expavescisti Hippolytum distracterunt, vitaque privarunt.” Vide infra lib. iii. c. 25. et Ovid. lib. xv. Metamorph. ver. 497.

*Ex tribus optatis.*] Schol. Euripidis ad Hippolyt. ver. 1349. Εἰσὶ δὲ αἱ τύχαι Θησέως ὡραῖς Ποσειδῶνα, πρέσις ἀράτον ἐνελθοῦσι ἵξεις, δεύτερον ἐν λα-

ευγένειᾳ, τρίτον Ἰππολύτῳ θάνατος. Tria a Neptuno optavit Theseus: primum ut ab inferis rediret, deinde ut e Labyrintho exiret, denique ut Hippolytus interiret. Adeas etiam Senecam in Hippolyto.

*In maximos luctus incidit.*] Nam et filium, Hippolytum, et conjugem, Phædram, amisit, quam vel superstite adhuc Hippolyto suspendio vitam finisse, vel, eo discepto, fraudis et injuriæ poenitentia ferro incubuisse fingunt.

5. *Majus anteponi minori.*] In vulgatis est: nec si plus tibi noceant, quam illi profint, cui promiseris. Hinc quasi nova sententia incipit: *Contra officium est, majus damnum anteponi minori.* Interpunctione mutata factum est, ut verba *contra officium est, majus anteponi minori* ad praecedentia, a quibus temere avulsa erant, revertantur. Ita interpretor. Et si promissa tibi plus noceant, quam profint illi, cui

constitueris, cuiquam te advacatum in rem præsentem esse venturum, atque interim gravior ægrotare filius cœperit, non sit contra officium, non facere, quod dixeris; magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Jam illis promissis standum non esse, quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit? Quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur, non nulla legibus. Existunt etiam sœpe injuriæ calumnia

promiseris: non est contra officium, majus officium anteponi minori.

6. *Si constitueris.*] In certum scilicet diem, quo venturus sis. Cicer. pro Cæcin. c. 7. "Placuit Cæcinæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniret."

*In rem præsentem.*] In locum, in rem, de qua controversia est, et de qua arbiter aliquis cognoscit. Seneca lib. iv. de Benef. c. 35. "Promisi advocatione: postea apparuit, per illam causam præjudicium in patrem meum quæri. In rem præsentem venturus fui: sed æger filius, sed puerpera uxor tenet."

*Quod dixeris.*] Quod promiseris. Supra c. vii. 6. "Dilectorum conventorumque constantia." Vid. adnot. ad Cornel. Nep. Milt. c. 2. extr.

7. *Illis promissis.*] Vide lib. iii. c. 16. extr.

*Jam illis promissis standum non esse.*] Alii jam in illis. Haud absurde. Ad Attic. lib.

ii. ep. 4. "Si in eo, quod ostenderat, non stat." Discant hinc tirones, *stare promissis ac similia per ellipsis præpositio-*nis dicta, neque in Cicerone aut ejus æqualibus casu tertio accipienda esse. Conf. Drakenb. ad Liv. xxi. 19. 4.

*Jure prætorio liberantur.*] Rescinduntur, eorumque obligatio tollitur prætorum editio: quod *jus honorarium* dicitur, et legibus opponitur, quæ populi suffragiis latæ erant. His non magis, quam prætorum editio, dissolvantur, quæ quis metu coactus, vel dolo deceptus promiserat. Pærius singulorum prætorum sententias in quaque causa latas, et in unum corpus collectas intelligit.

*Legibus.*] Legibus XII. tabularum, Lætoria et Aquillia. Vid. lib. iii. c. 14. extr. c. 15. pr. lib. iii. de Nat. Deor. c. 29.

8. *Calumnia.*] Quæ est malitiosa juris interpretatio, legislatoris mēnti contraria, ut ipse Cicero interpretatur.

quadam et nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione. Ex quo illud, *summum jus, summa injuria*, factum est jam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam in republica 9 multa peccantur: ut ille, qui, cum triginta dierum essent cum hoste indutiæ factæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium indutiæ. Ne noster quidem pro- 10 bandus, si verum est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis et Neapolitanis de fi-

*Sed malitiosa.]* Sæpe apud Latinos conjunctio sed, quemadmodum apud Græcos ἀλλα auget sententiam, et vicem particularum immo vero, quin etiam, et quidem fustinet. Plaut. Cas. iii. 5. 50. “Etiamne habet—gladium? Habet, sed duos.” Cic. iii. ad Attic. ep. 15. “Hic mihi primum meum consilium defuit, sed etiam obfuit.” Ovid. Met. xiv. 384.

*Læsaque quid faciat, quid amans, quid femina, disces Rebus, ait: sed amans, et læsa, et femina Circe.*  
Phædrus iv. 17. 19.

*Odore canibus anum, sed multo replent.*

*Summum jus.]* Terent. iv. Heaut. v. 48. “Jus summum sæpe summa est malitia.” Columell. lib. i. c. 7. “Summum jus antiqui summam putabant crucem.” Græci illud ἄκρωδίκαιον et ἄκρατος δικαιοσύνη vocant.

*9. In republ.]* In rebus ad

rempubl. pertinentibus, in administranda republ.

*Ut ille.]* Græcus genere, Cleomenes, Lacedæmonius, cuius fraus narratur a Plutarcho in Lacon. Apophth. p. 223. Non dissimile factum fuit Thracum, adversus Bœotios bellum gerentium, auctore Strabone lib. ix. unde proverbium, Θρακια παρενθετις, Thracium commentum, de quo Erasmus in Adag.

*Cum hoste indutiæ factæ—es- sent pactæ.]* Cicero variare solet orationem. *Paṭṭæ* passive. Lib. iii. c. 29. “Pactum pro capite pretium.”

*10. Q. Fabium Labeonem.]* Q. Fabius Q. F. Q. N. Labeo post duas repulsas cos. factus est cum M. Claudio Marcelllo anno U. C. 570. proximo ante Æmilium Paullum Macedonicum.

*Nihil enim præter auditum habeo.]* Vide Valer. Max. lib. vii. c. 3. n. 4.

nibus a senatu datum, cum ad locum venisset,  
cum utrisque separatim locutum, ut ne cupide  
quid agerent, ne appetenter; atque ut regredi,  
11 quam progredi malent. Id cum utriusque fe-  
cissent, aliquantum agri in medio relictum est.  
Itaque illorum fines sic, ut ipsi dixerant, termi-  
navit; in medio relictum quod erat, populo  
12 Romano adjudicavit. Decipere hoc quidem  
est, non judicare. Quocirca in omni re fugi-  
enda est talis follertia.

I. XI. Sunt autem quædam officia etiam ad-  
versus eos servanda, a quibus injuriam acce-  
peris. Est enim ulciscendi et puniendi modus.  
Atque haud scio, an satis sit, eum, qui lacefie-

*Ne appetenter.]* Est ne quid  
appeterent, ne quid cupide et  
improbe peterent. Ciceronem  
talia adverbia non refugisse,  
*furenter, profluenter* et alia de-  
clarant.

*Regredi, quam progredi.]* Ut  
sui agri parte aliqua finitimis  
cedere, quam inde aliquid sibi  
appetere malent.

11. *Sic, ut ipsi dixerant.]*  
Dixerant pro constituerant, vel  
demonstraverant, terminaverant:  
quibus verbis in hac ipsa re  
usus est Valer. Max. lib. iii.  
3. 4. Nam dico est a δέκω  
unde δευτύω, ostendo. Terent.  
iv. Phorm. iii. 31.

*Nam sat scio,*  
*Si tu aliquam partem æqui*  
*bonique dixeris,*  
*Ut ille est bonus vir, tria non*  
*commutabitis*  
*Verba hodie inter vos.*  
Hic partem dicere est, indicere,

præfinire. Sallust. lib. ii. Hist.  
p. 958. "Cum exercitu pro-  
fectus in Dardaniam, quibus  
potuit modis dictas pecunias  
coegerit." *Dictas* est, *indictas*.

XI. i. *Adversus.]* Erga. Cap.  
13. "Adversus infimos justi-  
tiā esse servandam." Cap.  
xxviii. 6. "Adhibenda est re-  
verentia adversus homines."

*Atque haud scio, an satis sit.]*  
Ea est hujus formulæ natura,  
ut neque adfirmet, neque ne-  
get, sed dubie de re aliqua  
pronuntiet: Ciceroni tamen  
semper id fere est, quod *for-  
taſſe*, et modeſte adſfirmat po-  
tius, quam negat. Exemplis  
nihil opus est, quæ plurima  
collecta sunt. *Injuriæ ſuę po-  
nitere* ſignificare arbitror, ſen-  
tire injuriam non eſſe impuni-  
tam, ea poena adfectum dole-  
re; cujus et memoria ipsum,  
qui peccavit, a peccando re-

rit, injuriæ suæ pœnitere ; ut et ipse ne quid tale posthac, et ceteri sint ad injuriam tardiores. Atque in re publica maxime conservanda 2 sunt jura belli. Nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim ; cumque illud proprium sit hominis, hoc beluarum : confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda 3 quidem bella sunt ob eam caussam, ut sine injuria in pace vivatur : parta autem victoria, conservandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. Ut majores nostri Tuscula- 4 nos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ci-

vocet, et exemplum alios de-  
terreat. *Pœnitentia* enim a Latinis nihil aliud dicitur, quam dolor ex temeritatis et improbitatis pœna perceptus ; non qualiscumque pœnitentiæ simulatio, et veniæ postulatio.

*Ut et ipse ne quid tale posthac.]* Subintellige committat. Sollemne est in his formulis verba omittere : quales sunt ne quid temere c. 24. pr. ne quid nimis Terent. si umquam posthac Cicer. pro Ligar. c. 10. med. posthac si quidquam Terrent. i. Phorm. ii. 92.

**2. Jura belli.**] Diversa hæc sunt a jure militari, quod nos dicimus. Hæc privati juris, ad milites accommodati, species est : *jura belli* omnium gentium publica consuetudine servanda sunt.

*Per disceptationem.]* Verborum contentionem.

**3. Non immanes.]** Immane

est, quidquid justum modum, natura, moribus, legibus præscriptum excedit ; quidquid barbarum, belluinum, detestabile est. Veteres enim manum ac potius mane dicebant bonum : unde mane, manes et immanis, quod nimium quantum a bono distat. Vide Sanctii Minerv. lib. iv. c. 16. n. 1. ibique Perizon. Infra c. xxiii. 7. “ Temere autem in acie versari, et manu cum hoste configere, immane quidam et belluarum simile est.”

**4. Tusculanos, Æquos, &c.]** *Tusculani* civitate donati sunt a. U. C. 373. a Camillo. *Sabini*, partim Romanis juncti T. Tatii foedere, unam civitatem ex duabus fecerunt, et omnia sua Romam transtulerunt, partim vieti a M. Curio Dentato ac civitate donati a. U. C. 463. *Hernici* a Q. Marcio Tremulo in ditionem

vitatem etiam acceperunt: at Carthaginem et  
5 Numantiam funditus sustulerunt. Nollem Co-  
rinthum: sed credo aliquid fecutos, opportu-  
nitatem loci maxime, ne possit aliquando ad

accepti anno 447. Aldus Ma-  
nutius *Æquos Volscosque*, quos  
Florus lib. i. c. 11. *pervica-  
cissimos et quotidianos hostes ap-  
pellat*, nusquam in civitatem  
receptos se legisse ait. *Volscos*  
nominat Cic. iterum pro Bal-  
bo c. 13. fin. Partem eorum  
cum Latinis in facrorum com-  
munionem admissam a Tar-  
quinio Superbo, affirmsat Dio-  
nys. Halicarn. lib. iv. c. 56.  
*Privernates* etiam, Volscorum  
populus, recepti sunt a. 424.  
per C. Plautium Decianum  
cos. Reliquos autem Volscos  
*Æquosque* aut funditus a Ro-  
manis esse deletos, aut si qui  
tot bellis supersuerint, uno La-  
tinorum et jure et nomine de-  
victos putat Sigan. de anti-  
quo jure Italiæ l. i. cap. 5. p.  
135. Hi igitur una cum co-  
loniis eo missis Latique popu-  
lis civitatem adepti sunt lege  
Julia L. Cæfaris consulis,  
quam tulit a. 662. quo sociale  
bellum exarserat.

*Carthaginem.*] Poenorum ur-  
bem in Africa a Scipione A-  
fricano Minore, aliis dissua-  
dentibus, senatu vero tandem  
in Catonis sententiam conce-  
dente, eversam. Ea Ciceronis  
ætate nondum restituta erat:  
quippe quam Augustus de-  
num deducta colonia frequen-  
tavit. Vid. Cellar. ad Eutrop.  
iv. 9.

*Numantium.*] Celtiberorum  
in Hispania munitissimum op-

pidum, ab eodem Scipione  
expugnatum, solo exæquat-  
um, nec umquam postea re-  
natum. De Celtiberis vid. in-  
fra c. xii. 5.

5. *Nollem Corinthum.*] Non  
satis justam Corinthi delendæ  
causam Romanis fuisse signifi-  
cat; quæ Achaiæ urbs erat  
celeberrima atque opulentissi-  
ma, in isthmo inter duo ma-  
ria, Ægæum et Ionum, vel  
inter sinum Corinthiacum et  
Saronicum, sita. Florus lib.  
ii. c. 16. pr. "Corinthus (fa-  
cinus indignum) ante oppressa  
est, quam in numerum certo-  
rum hostium referretur." Ex-  
cusat tamen majores suos, et  
crudelitati eorum hanc ever-  
sionem tribuendam esse negat;  
quæ demandata fuit L. Mum-  
mio, lib. ii. c. 22. lib. iii. c.  
11. pr. Orat. ii. Agrar. in  
Rull. c. 32.

*Aliquid fecutos.*] Est aliud  
quid spectasse. De Orat. ii. 40.  
"Simulasse te et aliquid quæ-  
fisse, perspicuum est." Vide  
supra ad c. vii. 8.

*Opportunitatem loci.*] Quia  
inter duo maria interjecta in  
orientem et occidentem naves  
dimittere, commeatus et auxi-  
lia recipere, et a Græcia pari-  
ter et a Peloponneso adiri pot-  
erat: unde duabus classibus  
et duobus fortassis exercitibus  
terrestribus ad eam obsiden-  
dam opus erat.

## DE OFFICIIS

bellum faciendum locus ipse adhortari. Mea 6 quidem sententia, paci quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi esset obtemperatum, si non optimam, aliquam rem publicam, quæ nunc nulla est, haberemus. Et cum iis, quos vi deviceris, con- 7 sulendum est; tum ii, qui, armis positis, ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percusserit, recipiendi [sunt]. In 8 quo tanto opere apud nostros justitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more

6. *Paci consulendum.*] Con-silia referenda sunt ad pacem. Vid. Cort. ad Sallust. Cat. li.

7.

*Si mihi esset obtemperatum.]* Si ortis inter Pompeium et Cæsarem dissidiis meum con-filium sequi voluisset Pompei-us primum et pars senatus, quæ cum eo consentiebat; tum etiam Cæsar, et qui ejus potentiae favebant. Utrisque enim Cicero pacis et concor-diae auctor fuit. Vide lib. iv. epist. 1. 2. et 3. lib. vi. epist. 1. 6. et 21. lib. vii. epist. 3. lib. xvi. epist. 11. et 12.

*Aliquam rem publicam.]* Par-ticulam at subintellige, ut lib. xvi. ad Divers. ep. 24. "A Flamma si non potes omne, partem aliquam velim extor-queas."

*Quæ nunc nulla est.]* Dum Cæsaris tyrannidem, Cæsare interfecto, Antonius instaurat. Lib. ii. cap. i. 10. "Cum au-tem respubl. nulla esset omni-

no." Cap. viii. 14. "Rem-publicam penitus amisimus."

7. *Consulendum est.]* Ab in-teritu conservandi sunt, par-cendum est victis.

*Quamvis murum aries per-cusserit.]* Cæs. lib. ii. Gall. c. 32. "Cæsar respondit, [Adua-ticis] fe magis consuetudine sua, quam merito eorum, ci-vitatem conservaturum, si pri-us, quam aries murum atti-gisset, se dedidissent." Hoc fieri solebat jure Romanorum fetiali, quo in fidem recipie-bantur, qui se ante admotos muris arietes dedebant: sin minus, vitam aut libertatem amittebant. Cicero vero hanc legeni humanitate temperan-dam censet.

8. *Earum patroni essent.]* Ita-que Afrorum patro[ni] suere Scipiones, Macedonum Æmili-i Pauli, Siculorum Marcelli, Allobrogum Fabii, Cyprio-rum Cato.

9 majorum. Ac belli quidem æquitas sanctissime fetiali populi Romani jure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut 10 denunciatum ante sit, et indictum. Popillius imperator tenebat provinciam, in cuius exerci-

9. *Fetiali populi R. jure.]* Fétiale jus Rom. bellicas cærimonias continebat, quo ritu bella indicenda, gerenda, et compositis fœderibus finienda essent: quod ab Æquicolis, bellicosa gente, acceptum An̄cus Marcius, Numæ nepos, constituerat. Id fétiales, quod sacerdotum erat genus, habebant, et religiose observandum curabant: ex quibus unus, quem patrem patratum faciebant, tamquam populi Rom. legatus, res repetebat, bella rite indicebat, et fœderum leges recitabat. Vide Liv. lib. i. c. 24. et 32. Dion. Halicarn. lib. ii. c. 72.

*Aut rebus repetitis—aut.]* Disjunctiva particula aut offendit. Sed alterutrum fortasse satis fuit ad bellum juste gerendum. *Rebus repetendis* fétiales mittebantur, nequidquam *repetitis* bellum gerebatur. *Res repetere* est, non tantum vindicare, quæ per vim aut fraudem erpta sunt, homines, pecora, vestes et alia; sed et jus suum percipi, poenas a nocentibus exposcere, iisque ut dedantur postulare, de *satisfactione*, ut vulgo loquuntur, agere. Vide Liv. lib. xxxviii. 45.

*Denunciatum et indictum.]*

Non quocumque modo denunciatum, sed etiam follemni ritu per fétiales indicatum.

10. *Popillius.]* Scribitur etiam *Popilius*. Utrumque est in vetustis lapidibus, in Græcis Ποπίλιος, vel Ποπίλος. Cognomen ei erat *Lænas*. Prænomen incertum est: multi tamen *Mareum* intelligi malunt, qui cos. fuit a. 580. et in Liguribus rem prospere gessit. Ejus frater, *Caius Popillius*, proximo inde anno consulatum obtinuit: uterque paullo ante bellum Macedonicum, in quo Cato militasse hic dicitur, rempubl. tenuit. Id vero non Popillius gessit, sed Æmilius Paullus, in cuius exercitu Catonem filium fuisse, Plutarchus auctor est in Catone Maj. p. 348. Hanc ob causam alii Ciceronem memoria lapsum, alii nomen hoc a librariis corruptum putant. Tuttissima videtur eorum ratio, qui Catonis filium in exercitu, M. Popillii Lænatis, contra Ligures profecti, tironem fuisse, eundemque quinquennio post sub Æmilio Paullo in Macedonia militasse, atque ab utroque imperatore missum factum esse existimat.

tu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Popillio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum amore pugnandi 11 in exercitu remansisset, Cato ad Popillum scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget [inilitiae] sacramento: quia, priore amissio jure, cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat observatio in bello movendo. Marci quidem Catonis senis 12

*Catonis filius.]* Catonis Majoris, Censorii filius, de cuius virtute, præter Plutarchum, vide Justin. lib. xxxiii. 2. Frontin. Strateg. lib. iv. 5. 17.

*Unam dimittere legionem.]* Crediderim, Popillum hanc legionem dimisisse, quum post deditio[n]em Ligurum, quam narrat Liv. xlvi. 8. debellata videretur ea gens, quæ tamen sequente anno rursus arma movit.

*Secundo.] Secundo sacramento obligari* dicitur miles, qui priori sacramento solitus novo adstringitur. Desierat enim miles esse, qui missus fuerat, ideoque cum hoste pugnandi jus amiserat.

*11. Obliget.]* Hoc tempus non mutandum, quainvis præcedat pateretur. Sallust. Catilin. xxxiv. 1. “Si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant.” Vid. ibi Cortius.

*Militiae.]* Vox suspecta; et commode abefie potest.

*Poterat.]* Notum est, apud Ciceronem et æquales posse dici de eo, qui jure, honeste,

salvave dignitate, facere possit. Vid. Manut. ad lib. ii. ad Attic. ep. 9.

*Summa observatio in bello movendo.]* Dicit, bella apud maiores non temere ac pro cuiusque lubitu gesta, sed in bellis inferendis gerendisque certas leges sanctissime observatas esse. Similem vim nominis *observatio* videoas in illis de Clar. Orator. c. 8. “Verum tamen natura magis tum, casuque non numquam, quam aut ratione aliqua, aut observatione fiebat.” *Movere bellum* non solum est concitare, sed etiam inferre et gerere bellum. Liv. iv. 58. 6. “Veiens bellum motum, ob superbū responsum Veientis senatus.” Idem viii. 6. 5. “Dii piū movere bellum.” Adde Virg. Georg. i. 509. Horat. Od. iv. 1. 2. Ovid. Am. iii. 12. 4. Athenis hanc elegantiam fortasse reportaverunt Romani. Thucydides vi. 34. Διέμενος δὲ ὁρος χατὰ τάχος βοηθεῖν, καὶ τὸν ἐκτὸν πόλεμον κινεῖν.

est epistola ad Marcum filium, in qua scribit, se audisse, eum missum factum esse a consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset. Monet igitur, ut caveat, ne prælium ineat. Negat enim, jus esse, qui miles non sit, cum hoste pugnare.

**I**XII. Evidem illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is

**12. Est epistola.]** Exstat. Catonis epistolam, nisi fallor, dicit eamdem, cuius mentionem facit Plutarch. in Cat. Maj. Καὶ Κάτωνος αὐτῷ φίρεται τις ἐπισόλη πρὸς τὸν οἰδή, ὑπερφυῖς ἐπινέγκτος τὴν περὶ τὸ ζῆτος φιλοτιμίαν αὐτῷ καὶ σπεδίν.

**Eum missum factum esse.]** Fortasse Paullus Æmilius missum fecerat Catonis filium propter infirmam, qua utebatur, valetudinem et propter vulnera, quæ fortissime pugnans plurima acceperat. Vid. Plutarch. in vita Æmilii Pauli, in Cat. Maj. Justin. xxxiii. 2. 4. et Frontin. Strateg. iv. 17.

**Bello Persico.]** Est hoc bellum Macedonicum secundum, quod cum Perse, Macedoniae ultimo rege gestum est. A Perses, Πέρσης vel Περσῖς, proprius ad analogiam fit Πέρσεος, Persesus, non Persæus, ut quidam volunt: sed tamen, ut a βασιλίης est βασιλικός, a Φαληρίῳ Φαληρικός, et alia: ita et Persicus non sine ratione formatur a Περσῖς. In fastis quoque Capitolinis ita illud adnotatum est: BELLUM PER-SICUM.

**Jus est.]** Supple, non ei,

sed eum, ante infinitivum pugnare.

**Pugnare.]** Nos diceremus pugnandi: sed ita sæpius Cicero et alibi. Nam jus est nihil aliud significat, quam licet, fas est. Lib. iii. 10. 7. “ Alteri deripere jus non est.” Plaut. i. Pers. iii. 25. “ Pernam quidem jus est apponi frigidam postridie.”

**XII. 1. Evidem animadverto.]** Evidem a Cicérone primæ tantum personæ accommodatur: ea vero loca, quæ repugnant, (quæ non multa, et jam dubia sunt) corrupta et ad regulam revocanda sunt. Nam in iis evidem semper scriptum est pro quidem vel et quidem. Ita c. xiv. 4. falso: “ Sunt autem multi evidem cupidi splendoris.” Sed non opus est pluribus exemplis, quorum copiam suppeditat thesaurus Gesneri. Nec magis plurali numero evidem aptari debet, quam secundæ aut tertiae personæ singularis. Male in quibusdam legitur supra c. vi. extr. “ Ac de primo evidem officii fonte diximus.”

**Animadverto, quod.]** Construe: Animadverto lenitate

hostis vocaretur, lenitate verbi rei tristitiam mitigatam. Hostis enim apud maiores nostros **is** dicebatur, quem nunc peregrinum [dicimus]. Indicant duodecim, ut, **STATUS DIES CUM 2 HOSTE**: itemque, **ADVERSUS HOSTEM AETERNA AUCTORITAS**. Quid ad hanc manu-**3**  
fuetudinem addi potest, eum, qui cum bella

*verbi rei tristitiam mitigatam* [*esse*], *quod, qui, &c.* Ita *quod* causale fit, nec quidquam cum animadverto conjuncti habet. Ne credas, Ciceronem barbare loqui, eoque auctore recte dici, *audio, video, dico, credo, existimo, puto, quod aliquid sit.* Ille certe aliis pluribus locis huic ceterisque ejus generis verbis infinitivum adjungit; aut, si quando illud *quod* admittit, cum indicativo id copulat, non cum conjunctivo. Lib. ii. c. xx. 8. “Videndumque illud item, quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno aut forte in liberis ejus manet gratia.”

*Perduellis.*] *Perduellis* dicitur, qui pertinaci bello rempubl. turbat. Nam *duellum* olim nihil erat aliud, quam *bellum*: ut *Duellona pro Bellona, duonus pro bonus, duis probis.*

*Hostis.*] Qui nunc *peregrinus*, olim *hostis* dicebatur. Varro lib. iv. de L. L. pr. “Multa verba aliud nunc offendunt, aliud ante significabant, ut *hostis*. Nam tum eo verbo dicebant *peregrinum*, qui suis legibus uteretur: nunc dicunt *eum*, quem tum dicebant *perduellum*.” Non recte igitur *ho-*

*stis* quisque a nobis vocatur, qui inimicus et privati hominis adversarius est, civis praesertim et vel consanguineus.

*Quem nunc peregrinum dicimus.*] Optimus liber MS. verbuni *dicimus* eleganter excludit. Commodo illud ex praegresso *dicebatur* intelligere possis.

*2. Indicant duodecim.*] Non sine exemplo *tabulae* omittitur.

*Ut, status dies.*] *Ut, id est, exempli causa, Festus* p. 194. “*Status dies* vocatur, qui iudicii causa est constitutus cum *hoste*, id est, peregrino. Ejus enim generis ab antiquis *hostes* appellabantur, quod erant pari jure cum populo Romano.” Scilicet Festo *hostis* dictus videtur, quasi *par*: unde *hostire*, par pari reddere, aequare, pensare.

*Adversus hostem aeterna auctoritas.*] *Auctoritas* est, dominii et vindicandae rei jus certum et perpetuum, quod civi Romano adversus peregrinum semper manet salvum, ita ut nulla temporis diuturnitate a peregrino aliquid usu capiatur, ejusque esse desinat, qui legitimus fuit possessio.

*3. Eum, qui cum bella geras.*] Ad hanc mansuetudi-

geras, tam molli nomine appellari? Quamquam id nomen durius jam effecit vetustas. A peregrino enim recessit et proprie in eo, qui  
 4 armia contra ferret, remansit. Cum vero de imperio decertatur, belloque quæritur gloria, caussas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paullo ante justas caussas esse bellorum. Sed ea bella, quibus imperii gloria pro-  
 5 posita est, minus acerbe gerenda sunt. Ut enim cum civi aliter contendimus, si est inimicus, aliter, si competitor; cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famæ: sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis, gerebatur, uter esset, non uter imperaret; cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicâ-

nem, ut is, cum quo bella ge-  
 reras, tam molli nomine appelle-  
 letur.

4. *Caussas omnino subesse ta-  
 men.*] Eleganter adhibetur *ta-  
 men*, non præcedente *et si*. Pro Rosc. Am. c. 53. “ Illam pri-  
 orem, quæ facta est, in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere no-  
 luit.” Pro P. Sulla, principio: “ Sed, quoniam ita tulit ca-  
 fus infestus, ut amplissimo in honore—éverteretur, et in his pristinæ fortunæ reliquiis mi-  
 seris et afflictis, tamen habe-  
 ret quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satia-  
 re posset.” Conf. Ernestum in clave Cic. voc. *Tamen*.

*Quas dixi.*] Cap. xi. 2.

5. *Cum altero certamen.*] Cum altero, qui est competitor, certamen honoris et dignitatis est: cum altero, qui ini-  
 mice se gerit, capitis et famæ certamen. Sæpe ita *alter*, *al-  
 ter* inverso ordine superioribus respondet. Lib. vi. epist. 11. pr. “ Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere, malim. Alterum [*po-  
 sterius*] non desidero: alterum [*prius*] vere facere poteris.”

*Cum Celtiberis.*] Quorum urbs fuerat Numantia, de qua cap. xi. 4. Vid. Flor. lib. ii. 17. 9. et 13. cap. xviii. 2.

*Uter effet.*] Vivet. Vid. Vechneri Hellenolex. lib. ii. c. 5. p. 491.

batur. Pœni fœdifragi, crudelis Hannibal, reliqui justiores. Pyrrhi quidem de captivis redendis illa præclara :

*Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis ;  
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,  
Ferro, non auro, vitam cernamus utriusque.  
Vosne velit, an me regnare bera, quidve ferat,  
Fors,  
Virtute experiamur. Et hoc simul accipite dictum :*

*Fœdifragi.]* Hoc pro fœderifragi dici, observat Gellius lib. xix. 7. 5. et rarioribus vocabulis adnumerat.

*6. Illa præclara.]* Sunt Ennii versus ex v. Annali, et ex oratione quidem Pyrrhi ad Fabricium, cum magno auri pondere ad se missum, quo captivos redimeret. Ei Pyrrhus confirmat, se non mangonum more cum Romanis negotiari, sed de gloria atque imperio dimicare. Itaque sine ullo pretio captivos Fabricio reddidit.

*Dederitis.]* Penultima a priscis poëtis in hujus temporis verbis producitur saepius.

*Cauponantes bellum.]* Caupones sunt, qui vendendo vino quæstum faciunt. Hinc cauponari est, lucrum ex quacumque re captare : *bellum cauponari*, turpis quæstus causa bellum gerere, captivos vendere. Ita Æschylus in fabula *Septem ad Thebas Καπηλεύειν μάχην* dicit; Herodianus lib. vi. 7. 22. *Καπηλεύειν εἰρήνην χειροῖς*, auro pacem cauponari, id est, vendere.

*Vitam cernamus.]* De vita decernamus, vitam in periculum et dimicationem conjiciamus. Idem Ennius in Medea, ex Euripide,

*Ter sub armis malim vitam cernere,  
Quam semel modo parere.*  
Id Euripides dixerat in Med. ver. 250.

— ‘Ως τρὶς ἀν πτω’ ασπίδα  
Στῆναι θέλομ’ ἀν μᾶλλον, οὐ  
τεκεῖν ἄπαξ.

*Hera.]* Heros vocabant deos. Catull. ad Manlium ver. 74.  
— *Nondum cum sanguine  
sacra  
Hostia cœlestes pacificasset heros.*

Ibid. ver. 77.

*Quod temere invitis suscipiantur heris.*

Hic Fortunæ id nominis tribuit, quæ in bello dominari maxime creditur. Plaut. iii. Merc. iv. 12. “Divum atque hominum quæ spectatrix, atque hera eadem es hominibus.” Conjungo autem hera Fors, quæ est *Fortuna domina*.

*Accipite dictum.]* Tres legati

*Quorum virtuti belli fortuna pepercit,  
Eorumdem me libertati parcere certum est.  
Dono, ducite, doque volentibus cum magnis dīs.  
7 Regalis sane, et digna Æacidarum genere sententia.*

Romanorum ad Pyrrhum venerunt, eosque ille pariter adloquitur. *Acpite pronuntietur, ut surp̄ite apud Horat. ii. Sat. iii. 283. porgite apud Virg. viii. Aen. 274.* Potuisset etiam dicere *accipe*, saepe enim legatis, etiam pluribus, ita respondeatur, ut, tamquam una persona, singulari numero compellentur. *Liv. v. 16. 9. "Romane, aquam Albanam cave lacu contineri."* Nec sine insigni suavitate huic orationis generi pluralis admiscetur. Ita Latinus *Aeneæ* legatis apud Virgil. *Aen. vii. 260.* respondet :

— *Dabitur, Trojane,  
quod optas,  
Munera nec sperno. Non vo-  
bis rege Latino  
Divitis uber agri Trojæve  
opulentia deerit.*

Ovidius etiam Metam. xv. 637. Apollinem legatis Romanorum ita respondentem facit :

*Quod petis hinc, propiore lo-  
co, Romane, petisses.*

*Et pete nunc propiore loco.*

*Nec Apolline vobis,  
Qui minuat luētus, opus est.*

*Eorumdem.]* Apud veteres non raro est trisyllabum, per synecphonesin.

*Certum est.]* Mihi constitutum, decretum est. Lib. ii. 8. 19. “Certum igitur hoc sit,—

familiaritates habere fidias a- mantium nos amicorum.” Pro Rosc. Am. c. 11. “Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.” Terent. ii. Andr. i. 11. “Omnia experiri certum est prius, quam pereo.”

*Dono, ducite.]* Distincte hæc duo verba legenda censeant, ut *dono* *doque* cohæreant : alii *dono ducite* interpretantur, dono accipite, muneri datos abducite, ut in Plaut. Pseud. iv. 6. 13. “Habeto mulierem dono tibi.”

*Volentibus cum magnis dīs.]* Formula bene precandi et omnandi, non tantum comicis familiaris. Cato c. 141. “Cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi, Mani.”

*7. Æacidarum genere.]* Æacus, unde genus ducebat Pyrrhus, animo magnus justitiaque clarissimus fuisse dicebatur, ‘Ελλήνων ὁσιώτατος Plutarcho in Theseo. Eum Jupiter, a se genitum, inferorum postea judicem constituit. Cicero, nisi fallor, ipsum Pyrrhum Æacidarum genus appellavit, quemadmodum Virgil. *Aen. vi. 840.* Persen genus armipotentis Achilli, et Horat. Sat. ii. 5. 63. Augustum ab alto demissum genus *Aenea* dicit. Alii pro genere, exhibent gen-

XIII. Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserunt, est in eo ipso fides conservanda. Ut primo Punico bello Regulus captus a Pœnisi, cum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetque se redditum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit: deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam astrictos misit jure jurando se reddituros esse, nisi ne redimendis iis, qui capti erant, impetrassent; eos omnes, censores, quoad quif-

*te;* et *Æacidarum gens æque ac genus Æacidarum,* de solo Pyrrho accipi queat. Ita Virg. *Æn.* x. 228. “Vigilasne, deum gens, Ænea?” Hanc nominem *genus* et *gens* significationem si quis putat poëta, quam Cicerone dignorem esse, is meminerit, nostrum, in narrandis poëtarum fabulis, hominum poëticis appellacionibus uti solere. Ita Tusc. *Quæst.* iii. 12. *Thyestes Tantaloprognatus, Pelope nanus* dicitur, atque ibidein *Æetem filium Solis* vocat.

XIII. 1. *Temporibus adducti.*] Adversis rebus, periculis, necessitatibus.

2. *Regulus captus a Pœnisi.*] M. Attilius Regulus, primo bello Punico in Africam cum exercitu missus, multa ibi Pœnorum castella expugnavit et vastavit, in iis Clupeam; Car-

thaginem ipsam oppugnavit. Hunc Xanthippus, Carthaginensibus a Lacedæmoniis auxilio missus, prælio tandem superatum, vivum cepit. Vide lib. iii. c. 27.

*Censuit.]* Non quasi senator, quem amissa libertate se non esse putavit. Vide lib. iii. c. 27.

3. *Secundo autem Punico bello.*] Cicero lib. iii. c. 22. et 32. eisdem exemplis utitur. Idem fecit in historia Reguli, in disturbance Corinthi, in Theseo. Vide supra n. 2. et lib. iii. 26. 7. lib. i. 11. 5. et iii. 11. 1. lib. i. 10. 4. et iii. 25. 3.

*Jure jurando se reddituros esse.]* Dictum est, quemadmodum illud ii. 6. extr. “Aut spe, fibi id utile futurum.” Vide quæ adnotabimus ad ii. 24. 9.

que eorum vixit, qui pejerassent, in ærariis reliquerunt. Nec minus illum, qui juris jurandi *fraude culpam invenerat*. Cum enim Hannibal permissu exisset de castris, rediit paullo post, quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus e castris, jure jurando se solutum putabat. Et erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est justitiae in hostem a majoribus nostris constitutum, cum a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi daturum, [et eum necaturum]. Senatus et C. Fabricius perfugam

*In ærariis reliquerunt.*] Gravissima nota, quæ civi Romano a Cenff. infligi poterat, qua eum ultimæ classi adscriptum et gravi tributo obnoxium privabant jure suffragii, voluntatem testandi, honores et hæreditates adeundi, et militandi etiam.

*Qui juris jurandi fraude culpam invenerat.*] Hæc depravata esse, facile appareat. Puto, Ciceronem scripsisse *qui juris jurandi fraudiculam invenerat*. Deminutiva sæpe turpitudinem rei notare, tralatitium est. Quanto opere deminutivis Cicero delectatus fit, argumento sunt *ædificatiuncula, commotiuncula, conciliatiuncula, concluſiuncula, contractiuncula, interrogatiuncula, poffetiuncula, fedecula, feſſiuncula, ſipulariuncula, tonſtricula*, et si qua sunt his similia, quæ Latinitatis jus soli debent Ciceroni.

6. *Quid senseris, non quid ai-*

*xeris cogitandum.*] Quæ Cicero hic de fide præcipit, plane consentiunt cum iis, quæ infra iii. 29. 15. seqq. de jure jurando disputat. *Quid senseris*, est quid ex animi sententia promiseris, quid mens tua conceperit, præstari oportere. *Non quid dixeris*, interpretor, non quid lingua tua pronuntiaverit, quidque ex verbis tuis callida et malitiosa interpretatione elici queat. Hinc est illud in formula fœderis apud Liv. i. 24. 7. “Sine dolo male, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt.”

7. *Et eum necaturum.*] Hæc verba a glossatore adjecta esse, suspicor.

*Senatus et C. Fabricius.*] Et Fabricius, caput senatus, consul. Similiter dictum aliquoties me reperire memini: *Diz et Jupiter*. Historiam ipsam paullo aliter a Cicerone infra lib. iii. c. 22. narrari, non mi-

Pyrrho dedidit. Ita ne hostis quidem, et potest  
tentis, et bellum ultro inferentis, interitum  
cum scelere approbavit. Ac de bellicis qui-  
dem officiis fatis dictum est. Meminerimus autem,  
etiam adversus infimos justitiam esse  
servandam. Est autem infima conditio et fortu-  
na servorum, quibus, non male præcipiunt, qui  
ita jubent uti, ut mercenariis, operam exigen-  
dam, justa præbenda. Cum autem duobus mo-  
dis, id est, aut vi, aut fraude fiat injuria; fraus  
quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumque  
homine alienissimum, sed fraus odio digna ma-

rabitur, qui meminerit, quam  
diversa de eadem re tradide-  
rint historici. Vide Gell. Noct.  
Att. iii. 8.

9. *Servorum.*] Servi sunt vel  
natura, quibus ad se ipsos re-  
gendos deest animus; vel for-  
tuna, qui bello capti, aut ser-  
va matre nati sunt. De his  
sermo est: quorum miserrima  
erat conditio, cum instrumento-  
rum animatorum numero habe-  
rentur [Aristotel. lib. Politic.  
c. 4.] et eodem prope jure es-  
sent, quo jumenta. Vid. Græv.  
ad Flor. lib. iii. 2. 20. pr. Nec  
tamen eodem loco erant omnes.  
Multi enim locupletiorum et potentiorum homi-  
num servi a liberis quoque ho-  
minibus colebantur et rebus  
haud contempnendis, quin et  
herilibus liberis præficieban-  
tur. Unde servitus condi-  
tionem aliquando libertati præ-  
latam reperimus. Vide Sue-  
ton. Ill. Gram. c. 21.

*Quibus non male præcipiunt.*]

*Quibus construe cum uti, non  
cum præcipiunt.*

*Ut mercenariis.]* Tamquam  
hominibus liberis, sed merce-  
de ad operam præstandam  
conductis. Vide lib. iii. c. 6.  
pr.

*Operam exigendam.]* Refer  
ad præcipiunt. A servis ope-  
ram præstandam *exigimus*.

*Justa præbenda.]* Cibaria,  
corporis. tegumenta, cubilia:  
quæ lege, more et certo quo-  
dam modo debentur. Hæc  
significatio in lexicis fere o-  
mnibus prætermissa est. Do-  
mini autem *præbent justa*, ser-  
vi *percipiunt*. Columell. lib. i.  
8. 18. “Itaque diligens do-  
minus cum et ab ipsis, tum et  
ab solutis, quibus major est  
fides, querat, an ex sua con-  
stitutione justa percipient.” A-  
liud est, *justa reddere*, id est,  
operas quas quisque debet, a-  
pud eumdem Columell. lib. i.  
8. 11.

11 jore. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. De justitia fatis dictum est.

1. XIV. Deinceps, ut erat propositum, de beneficentia ac de liberalitate dicatur; qua quidem nihil est naturæ [hominis] accommodatus: sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obsit benignitas, et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris: deinde, ne major benignitas sit, quam facultates: tum, ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est justitiæ fundamentum, ad quam

11. *Nulla capitalior.]* Dignior, quæ capitis suppicio expietur. Vide lib. ii. 21. 7. lib. iii. 21. 4. Genitivus *iniustitiæ* non pendet a *capitalior*, sed a *nulla*. Vide ad lib. ii. c. 7. pr.

*Qui cum maxime fallunt.]* Alibi quoque ita Cicero locutus est. Lib. ii. in Verr. c. 76. “Cum hæc maxime cognosceremus;—repente adspicimus litteras.”

XIV. 1. *Deinceps.]* Porro, protinus, non interrupto aliis rebus sermone.

*Ut erat propositum.]* Antea dictum, positum, cap. 7. pr.

*De beneficentia ac de liberalitate.]* Cicero et æquales præpositiones geminare solent. Lib. iii. 4. 15. “A veteribus Academicis et a Peripateticis vestris.” Cicero sejungit a *beneficentia liberalitatem*, quemadmodum paullo post n. 3. non

*benefici, neque liberales dicit.*

*Naturæ hominis.]* Posterior vocabulum a glossatore acceſſile, neque tam *natura hominis*, quam universæ naturæ ratio intelligenda videtur.

*Habet multas cautiones.]* Multa in ea exercenda sunt cavenda, cavendi in ea ratio multiplex est. Numquam Cicero *cautelam* dixit, ut sequiores.

2. *Videndum est.]* Cavendum. Infra c. xx. 7. “Quam ob rem et hæc videnda, et pecuniæ fugienda cupiditas.” Cornel. Nep. Epamin. c. 10. pr. “Vide, inquit, ne tu pejus consulas.” Vide ad n. 5. et supra ad c. 9. pr.

*Pro dignitate.]* Prout quisque dignus est, idque meretur. Nam justitia suum cuique tribuit, non id, quod aliis debetur dignioribus.

hæc referenda sunt omnia. Nam et qui grati- 3  
fificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodeſſe  
videantur, non benefici, neque liberales, ſed  
pernicioſi aſſentatores judicandi ſunt: et qui  
aliis nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem  
ſunt iuſtitia, ut ſi in ſuam rem aliena conver-  
tant. Sunt autem multi, et quidem cupidi 4  
ſplendoris et gloriae, qui eripiunt aliis, quod  
aliis largiantur. Hique arbitrantur, ſe benefi-  
cos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos  
quacumque ratione. Id autem tantum abeft  
officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contra-  
rium. Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate 5  
utamur, que proſit amicis, noceat nemini.  
Quare L. Sullæ et C. Cæſaris pecuniarum 6  
translatio a iuſtis dominis ad alienos non debet  
liberalis videri. Nihil eſt enim liberale, quod

3. *Cuipiam.*] Non dubito, quin legendum ſit *quippiam* vel *quidpiam*. In vulgata le-  
tione ſubaudiendum eſt *quid*.

*Aſſentatores.*] Qui, ut verbis  
parati, ita ſimulatis beneficiis  
nocent, quibus prodeſſe  
videntur. Illorum ingenia mo-  
ræſque deſcribit Terentius ii.  
Eun. ii. 17.

*In eadem ſunt iuſtitia.*] Sic  
in *vitio eſſe* dixit ſupra c. vii.

8.

*Ut ſi.*] Pro *ac ſi*.

4. *In ſuos amicos.*] Eos re-  
prehendit, qui, cum magistra-  
tus gerunt, ad ſuos amicos o-  
mnia transferunt.

5. *Videndum eſt igitur, ut.*] Paſſo ante ad n. 2. obſerva-

tum eſt *videndum ne*, pro *ca-  
vendum*. Hic *curandum* inter-  
preteror, manente tamen verbi  
prima ſignificatione. Nam *vi-  
dere* eſt, et oculos et animum  
intendere in id, quod vel fa-  
ciendum, vel fugiendum eſt.

6. *L. Sullæ.*] Qui publica-  
tis adverſariorum bonis eos,  
quorum opera illos vicerat,  
locupletavit. Vide lib. ii. cap.  
8.

*C. Cæſaris.*] Julii Cæſaris  
immensa largitiones notæ ſunt  
ex Suetonio: quibus cum non  
ſufficeret, bella primum hosti-  
lia cum Gallis, poſtea et civile  
excitavit, in quo Italiam o-  
mnesque provincias rapinis  
exhausit.

7 non idem justum. Alter erat locus cautionis, ne benignitas major esset, quam facultates. Quod, qui benigniores volunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, quod injuriosi sunt in proximos: quas enim copias his et suppeditari æquius est, et relinquere, eas transferrunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi et auferendi per injuriam, ut ad largiendum suppetant 9 piæ. Videre etiam licet, plerosque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ proficiunt ab ostentatione magis, quam a voluntate videantur. Talis autem simulatio vanitati est conjunctior, quam aut liberalitati, aut honestatibus. Tertium est propositum, ut in beneficentia delectus esset dignitatis: in quo et mores ejus

7. *Alter erat locus cautionis.]*  
Alterum, quod cavendum dixi, erat. Vid. n. 2.

Quam res patitur.] Res familiaris, facultates.

Primum in eo peccant.] Αὐταρκόδοτοι videtur, cum non sequatur deinde, vel aliquid simile. Respondet tamen huic illud: *Inest autem huic.* Vide infra c. xxviii. 9.

In proximos.] Parentes, uxorem, liberos et ceteros, quibus cum maxime conjuncti sunt.

Suppeditari.] A viventibus suppeditari, a morituris relinquere. Nam et hoc officii est, consulere iis, quos superstites habiturus sis.

8. *Inest autem.]* Hic autem

continuat orationem, nihilque aliud est, quam et, etiam.

9. *Plerosque.]* Non plurimos, sed multos, qui saepe dicuntur plerique. Cohærent autem plerosque facere.

A voluntate.] A benigna voluntate, ab animo benefacienti cupido.

Vanitati est conjunctior.] Magis convenit homini mendaci et fallaci, quam liberali et ei, quem virum bonum dicimus.

10. *Tertium est propositum.]* Tertium quod in exercenda liberalitate cavendum antea diximus, posuimus.

Delectus dignitatis.] Dignos diligere jubet eum, qui liberalitate uti velit.

erunt spectandi, in quem beneficium conferatur, et animus erga nos, et communitas ac societas vitae, et ad nostras utilitates officia ante collata. Quæ ut concurrant omnia, optabile 11 est; si minus, plures causæ majoresque ponderis plus habebunt.

XV. Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus planeque sapientibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur, si sunt simulacra virtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat; colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime

*Communitas.]* Gradus communitatis cognosce ex cap. 16. et 17.

11. *Plures causæ.]* Causæ Ciceroni sunt necessitudinis tituli, nomina, vincula; ea omnia, quibus cum aliis jungimur. Lib. xiii. epist. 71. “Cum omnibus non eadem mihi causa est,” id est, necessitudo. Pro Quint. cap. 15. “Quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ et necessitudines veteres intercedebant.” Optandum esse, ait Cicero, ut omnia illa, quæ in tribuendis beneficiis spectanda esse dixit, in iis pariter adsint, qui liberalitate indigent: id cum raro fiat, et in multis multa desint, præferendos esse eos, qui pluribus et majoribus nominibus sint conjuncti.

XV. 1. *Vivitur non cum perfectis hominibus.]* Vide lib. iii. c. 3. Perfectam autem sapi-

entiam in nullo homine esse, ostendit ibi paullo post c. 4.

*Planeque sapientibus.]* Ita noster Tusc. Quæst. v. 22. extr. “Doctorum hominum et plane sapientium.”

*In quibus præclare agitur.]* In quibus si sunt simulacra virtutis, præclare agitur. *Præclare agitur absolute dici vides,* ut lib. iv. epist. xiv. 2. “Agiturque præclare, si nosinet ipsos regere possumus.” *Cum aliquo præclare agitur, est:* præclarus ejus status est, bene se habet.

*Significatio virtutis.]* Indicium, specimen. Læl. c. 14. pr. “Si qua significatio virtutis eluceat.”

*Colendum.]* Benivolentia et liberalitate complectendum.

*Ita quemque maxime, ut quisque maxime.]* Pronomen quisque non sine suavitate repetitur. In Verrem i. 27. “Pro

virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, hac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, justitia. Nam fortis animus et magnus, in homine non perfecto nec sapiente, ferventior plerumque est: illae virtutes virum bonum videntur potius attingere. Atque haec in moribus. De benivolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur. Sed benivolentiam non adolescentium more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius et constantia judicemus. Si erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, major quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea, quæ utenda acceperis, majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus; quidnam beneficio provoca-

se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur."

*Lenioribus.]* Intelliguntur virtutes, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem, ut ipse interpretatur lib. ii. cap. 9.

*2. Ferventior.]* Vehementior, iracundior, impotentior.

*Potius attingere.]* De verbo attingere vid. ad c. 6. pr. ubi et maxime attingere dixit.

*In moribus.]* In est, quod attinet ad. Sic "In reliquis officiis," lib. xi. epist. xxvii. 10. "In equo," de Amicit. c. xix.

*5. Vide et ad lib. ii. 16. extr.*

*3. De benivolentia.]* Quod attinet ad benivolentiam, quam alii erga nos habeant.

*In officio.]* Vide ad cap. vii. 8.

*4. Si erunt merita.]* Si quis de nobis bene meritus erit, ut non ineunda demum, sive concilianda nobis sit ejus gratia.

*5. Hesiodus.]* <sup>\*Egyp. v. 346.</sup> Εὗ μὲν μετεῖσθαι παρὰ γειτονος, εὗ δὲ ἀποδῆναι, Αὐτῷ τῷ μέτεψη, καὶ λαϊον αἰκεδύνηαι, Ως ἀν χειτίσων καὶ ἐς ὑγεζον ἀρχειη εὔησης.

Cicero de Clar. Orat. cap. 4.

ti facere debemus? An imitari agros fertiles, qui multo plus efferunt, quam acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre; quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi: demus, nec ne, in nostra potestate est; non reddere, viro bono non licet, modo id facere possit sine injuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus<sup>8</sup> habendi. Nec dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quisque animo, studio, benivolentia fece-

"Quamquam illud Hesiodeum laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet quae acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis."

*An imitari.]* Pro annon. Neque est contra Latinæ linguæ analogiam, interrogationem simpliciem affirmandi sensum fascipere. Ita suntne pro nonne sunt, et similia sexcenta, apud Ciceronem et optimios occurunt. Vide infra ad iii. 17. 2. Præterea dubito an et nescio an, pro eo, quod barbare dicunt dubito an non, nescio an non, notissima sunt.

*Plus efferunt.]* Sic Brut. c. 4. "Ager: qui, cum multos annos quietit, ubiores efferre fruges solet." Cat. Maj. c. 3. extr. "Quæ [virtutes] in omni ætate cultæ,—mirificos efferunt fructus." Plin. lib. viii. epist. xx. 5. "Quæ fecundior palus, ipsaque illa ex-

tremitas litoris effert." Græcos imitati sunt Latini. Epist. ad Ebræos c. vi. 8. Γῆ ἐκφίρεσσα ἀκάνθας καὶ τριβόλας. Chrysost. περὶ Προστυχῶν, Orat. i. 29. 'Ἐκφίρειν τὰς καρπάς.

*7. Demus, nec ne.]* Utrum demus, nec ne. Sic velit, nolit, lib. iii. ad Q. F. epist. 8.

*Modo id facere possit.]* Modo est dum modo, ut sæpe.

*Sine injuria.]* Virum bonum oportet reddere, dummodo sine aliorum injuria id fieri possit, salva fide et pietate in proximos.

*8. Beneficiorum sunt delectus.]* Distincte et gradatim beneficia sunt remuneranda, non omnia æqualiter. Maximo enim cuique beneficio plurimum debetur.

*Animo, studio.]* Quo animo, quo studio, diversa sunt: et distincte consideranda.

9 rit, ponderandum est. Multi enim faciunt multa temeritate quadam, sine judicio vel modo, in omnes, vel repentina quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea, quæ judicio, considerate constanterque delata sunt. Sed in collocando beneficio, et in referenda gratia, si cetera paria sunt, hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Quod contra fit a plerisque. A quo enim plurimum sperant, etiamsi is non eget, tamen ei potissimum inserviunt.

1 XVI. Optime autem societas hominum conjunctioque servabitur, si, ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum 2 conferetur. Sed, quæ natura principia sint 3 communitatis et societatis humanæ, repeten- dum videtur altius. Est enim primum, quod

9. *Vel modo, in omnes.]* Multi, inquit, faciunt multa temeritate quadam, [ut quisque fortuna et casu occurrit] sine judicio vel modo [sine dilectu dignitatis, sine ullo largiendi modo] in omnes: [non proximos tantum, necessarios aut alienæ opis maxime indigos] vel, [si in hos quidem præcipue liberales esse velint] repentina quodam, quasi vento, impetu animi incitati: [in paribus causis haud pariter affecti, sed prout animi impetus tulerit, modo profusiores, modo restrictiores.]

XVI. 2. *Natura principia.]*

Intelligit primas communitatis et societatis causas ab ipsa natura constitutas.

*Altius.]* A prima origine.

3. *Eft enim primum.]* Prima est illa societas, quæ inter omnes, qui sunt ubique homines, animadvertisit. Hæc nimurum ab ipsa natura profecta, non hominum aliquo consilio et consensu constituta est. Atque hujus naturalis societatis *vinculum est ratio et oratio*, qua utraque homines hominibus conciliantur. Particulæ enim et nam, quemadmodum apud Græcos *γένος*, interdum pro *autem*, vero, nimurum adhibentur.

cernitur in universi generis humani societate, ejus autem vinculum est, ratio et oratio; quæ docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. Neque<sup>4</sup> ulla re longius absimus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, ut in equis, in leonibus: justitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus. Sunt enim rationis et orationis expertes. Ac latissime quidem patens<sup>5</sup> hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas hæc est; in qua omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas. Ut, quæ descripta

*Ejus autem vinculum est.]* Conjunctionem autem prope idem sonare, quod atque, per vulgatum est.

*Communicando.]* Non est mutuo dando et accipiendo; sed consilia conferendo. Hic enim rationis et orationis effectus est.

*Disceptando.]* Disceptare est, ex utraque parte ad se tuendum causamque suam defendendam aliquid trahere, id est, accusare, defendere. Id cum factum est utrumque, tum demum judicatur.

*5. Ac latissime quidem patens.]* Societas, quæ latissime patet hominibus inter ipsos [quæ pertinet ad universum genus humanum, omni generi hominum communis est] omnibus inter omnes [et quæ cuique cum quocumque homine, ignoto quamvis et peregrino,

intercedit.] hæc est. Vide supra c. 7. pr. lib. iii. 17. 4.

*Natura genuit.]* Qualia sunt lux, aër, ignis, aqua, et quæ terra gignuntur.

*Ut, quæ descripta sunt legibus.]* Quæ legibus attributa et adsignata cuique sunt. Vide ad cap. v. 3. Reète, opinor, Heinzius v. c. qui libros de officiis Germanice vertit, particulam ut pro eti accepit. Evidem periodum, quam ab his verbis novam ordiri puto, sic interpungendam duxi, ut sententia prodiret illa: Esto, quæ descripta sunt legibus et jure civili, hæc ita serventur, ut sine ambiguitate constet, e quibus ipsis legibus et ex quo jure civili quæque teneantur: cetera tamen sic observentur, et reliqua. E quibus, i. e. secundum quæ. Eadem fere significatione paullo post n. 7.

sunt legibus et jure civili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum, e quibus ipsis: cetera sic observentur, ut in Græcorum proverbio est, amicorum esse communia omnia. Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ sunt generis ejus, quod ab Ennio positum in una re, transferri in multas potest.

*Homo, qui erranti comiter monstrat viam,  
Quasi de suo lumine lumen accendat, facit.  
Nibilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit.*

7 Una ex re satis præcipit, ut, quidquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel signoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aqua profluente; pati ab igne ignem capere, si qui velit; consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt iis utilia, qui accipiunt; danti non molesta. Quare et his utendum est,

dicit, *una ex re satis præcipitur, ubi plura. Sic etiam ex quo sœpe usurpatur, profecundum quod, ut n. 8. c. vii. 3. et 6. c. xvi. 8.*

*Græcorum proverbio.]* Quod legitur apud Aristotelem lib. ii. Politic. cap. 3. Δι' ἀρετὴν δὲ ισαὶ τοῖς τὸ χρῆσθαι, κατὰ τὴν ταγομέτριαν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Id Plutarchus ad Diogenem auctorem refert.

6. *Homo qui.]* Versus hujus testimonio utitur pro Balbo c. 16. ubi *comiter* interpretatur *benigne*, et non *gravate*.

*De suo lumine.]* Ennius et æquales suo una syllaba, quam duabus, efferre maluerunt. Ita

sui habes de Divin. i. 40.

7. *Una ex re.]* Nihil aliud in his præpositio *ex* significat, quam in vulgatis illis, *ex more*, *ex senatus consulto*, *ex consilio sententia*, *ex XII. tabulis*, lib. iii. c. 16. pr. ubi est *κατὰ*, secundum. Vide ad lib. iii. 7. 2.

8. *Deliberanti.]* Tecum deliberanti.

*Quare et his utendum est.]* Quæ modo memoravi, relinquere quisque debet in omnium hominum usu; et præterea de suo aliquid in commune bonum, et ad aliorum utilitatem, conferre.

et semper aliquid ad communem utilitatem adferendum. Sed quoniam copiæ parvæ singulorum sunt; eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem,

*Nihilo minus ipsi lucet;*

ut facultas sit, qua in nostros simus liberales.

XVII. Gradus autem plures sunt societatis hominum. Ut enim ab infinita illa discedatur, propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime homines conjunguntur. Interius etiam est, ejusdem esse civitatis. Multa enim sunt civibus inter se communia: forum, fana, porticus, viæ, leges, jura, judicia, suffragia, consuetudines præterea et familiaritates, multisque cum multis res rationesque contractæ.

9. *Referenda est ad illum Ennii finem.]* Liberalitas illa, quæ omnibus impertit, ad eum modum revocanda est, quem Ennius præscribit, nec longius progredi debet. *Finis hic est terminus, quem Ennius liberalitati vulgari statuit, ne scilicet aut ipsi egeamus, aut nostris ad vivendum necessaria defint.*

*Nihilo minus ipsi lucet.]* Quemadmodum alio lumen de nostro accidente, nihilo minus nobis lucet: ita promiscue quidem omnibus, sed ita benigne faciendum est, ne alias saturantes ipsi esuriamus.

*In nostros.]* Proximos, sanguine coniunctos et domesticos, quos tueri debemus.

XVII. 1. *Ejusdem gentis.]* Non familiæ, sed ejusdem populi. Ita Græci, Latini, Galli, Germani erant ejusdem gentis.

*Interius etiam est.]* Interior est ab extremitate remotior, restrictior. Vide lib. v. de Fin. c. 23.

2. *Multisque cum multis res.]* De rebus contractis vid. ad c. v. 2.

*Res rationesque contractæ.]* Contractus est ultro citroque obligationem pariens. Quandoque fit rei, quandoque rationis. Rei, cum fit venditio: rationis, cum hoc modo, ut, si hoc feceris, dabo centum tibi solidos.

Cicero pro Deiot. cap. 9.

- 3 Artior vero colligatio est societatis propinquorum. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur.
- 4 Nam cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima societas in ipso conjugio est: proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis, et quasi seminarium rei publicæ. Sequuntur fratum conjunctiones, post consobrinorum sobrinorumque: qui cum una domo jam capi non possint, in alias domos, tamquam in colonias, exeunt.
- 6 Sequuntur connubia et affinitates: ex quibus etiam plures propinquui. Quæ propagatio, et suboles, origo est rerum publicarum. Sangui-

“Cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque jungebat.” Id. pro Sull. c. 20. “Magna ratione cum Mauretaniæ rege contraœta.” Sunt ergo *rationes contrariae*, quales intercedunt cum debitore creditori, et contra. Alibi etiam Cicero *res rationesque conjungit*. Pro Quint. c. 5. “Nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset.”

4. *Lubidinem.*] Lubido an libido scribatur, parum intererit, cum utrumque cupiditatem cum voluptate conjunctam significet, quæ et bona et mala esse potest.

*Deinde una domus, communia omnia.*] Una domus est prima societas: id est, prima societas est inter eos, quibus una domus.

5. *Consobrinorum sobrinorumque.]* Consobrini et consobrinae proprie sunt, qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, quasi *consororini*; et *sobrini* consobrinorum dicuntur liberi. Ita Cicero de Or. ii. 1. *consobrinos* vocat materteræ suæ filios. At in eo, quem nunc explicamus, loco, significatione latiore *consobrini* appellantur non sororum tantum liberi, sed fratres etiam et sorores patruelles, amitini et amitinæ. Ita noster pro Ligari. cap. 4. T. Brocchum, qui erat avunculi Ligarii filius, Ligarii *consobrini* vocat.

*Propinqui.]* Ergo et *affines* dicuntur *propinqui*.

6. *Quæ propagatio et suboles.]* Suboles est a *subolescere*, nec ullo exemplo probari potest, *sub in sib mutari*.

nis autem conjunctio, benivolentia devincit homines et caritate. Magnum est enim eadem habere monumenta majorum, eisdem uti sacris, sepultra habere communia. Sed omnium <sup>7</sup> societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti. Illud enim honestum (quod saepe dicimus) etiam si in alio cernimus, tamen nos movet atque illi, in quo id inesse videtur, amicos facit. Et quamquam omnis <sup>8</sup> virtus nos ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur: tamen justitia, et liberalitas id maxime efficit. Nihil <sup>9</sup> autem est amabilius, nec copulatius, quam mo-

*Monumenta majorum.*] Eorum imagines, insignia, statuas, tropæa, commentarios, quæ posteris avitam virtutem in memoriam revocant eosque doméstico exemplo monent. Cicero Brut. cap. 16. “Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si qui ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam.”

*Eisdem uti sacris.*] Privata et gentilicia sacra intelligit, quæ cujusque gentis et familiæ erant propria, quæque ad heredes transibant.

*Sepulera.*] Peculiaria quæque familia habebat sepultra, in quæ omnium, qui inde orti erant, ossa inferebantur, quæque ne heredein quidem semper sequebantur.

*9. Nec copulatius.*] Quum

scripsisset Cicero *Nihil est amabilius*, non potuit subjicere *nec copulatius*, ne insolens vox offenderet. Scripsit igitur, quod idem posset, *copulatius*. Sæpe epim et apud Græcos, et apud Latinos, participia verborum passivorum facultatis significationem habent, et vim sustinent adjectivorum Latinorum in *bilis* exeuntium. Τετιλεσμένον, verba sunt Hesychii lexicographi, οὐ τὸ ἡδη πελεσθέν φοσιν “Ομηρός” Iliad. xiv. 196. xviii. 427. Odyss. v. 90. ἀλλὰ τὸ πελεσθήναι πεφυκός εἰ δυνάμενον. Cic. de Senect. ix. 2. “Quæ enim vox potest esse contemtior quam Milonis Crotoniatae?” Liv. ii. 55. 3. “Nihil contemtius, neque infirmius, si sint, qui contemnant.” Cic. ad Divers. ii. ep. 9. pr. “Primum tibi, ut debedo, gratulor lætorque cum præsenti, tum

rum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates, in his fit, ut æque quisque altero delectetur, ac se ipso: efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficiis ultiro citro datis acceptis: quæ et mutua, et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. Sed cum omnia ratione animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior, quam ea, quæ cum re publica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam, et in ea funditus delenda occupati et

etiam sperata [i. e. speranda s. sperabili] tua dignitate." Salust. Jug. c. 91. extr. "Genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coercitum." Tali significacione *accessus*, *conspicetus*, *infensus*, *invictus*, et similia, ab optimis crebro usurpantur.

*Quod Pythagoras vult in amicitia.]* Pythagoras hanc amicitæ vim (conf. Cic. de Leg. i. 12. Læl. xxv. 3.) atque natu-

ram esse dixit, ut unus fiat ex pluribus. Idem philosophus, quum interrogaretur, quid sit amicus, respondit ἀλλος ἕγω. Verbum *velle* definitionibus aptissimum est. Sic infra c.

xxvii. 12. "Definiunt, ut id decorum velint esse, quod," cct. Tusc. Quæst. iv. 7. "Opinationem—volunt esse imbecillam astensionem."

10. *Ex beneficiis ultiro citro datis acceptis.]* Copulam abesse posse, probat Cortius ad Salust. Cat. c. xi. 2. Jug. xvii. 5. ix. 4. Simile huic est *huc illud.*

*Mutua.]* Vicissim data et accepta.

*Firma devinciuntur societate.]* Illi subaudiatur: illi *inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate.* Exempla repete ex meis adnot. ad Cornel. Nep. Chabr. c. 4. pr.

13. *Occupati sunt.]* Anto-

sunt et fuerunt. Sed si contentio quædam et 14 comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus: proximi liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum communis etiam fortuna plerumque est. Quam ob rem necessaria præsidia vi- 15 tæ debentur iis maxime, quos ante dixi: vita autem vietusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime: est que ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit.

XVIII. Sed in his omnibus officiis tribuen- 1 dis videndum erit, quid cuique maxime necesse fit, et quid quisque vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Ita non iidem erunt 2 necessitudinum gradus, qui temporum; sunt-

nium intelligit et ceteros Cæsareanæ necis ultores, quorum consilia ad rempubl. denuo opprimendam spectare existimat.

*Fuerunt.] Ut Cæsar, Catilina, et aute eos alii.*

14. *Spectat in nos solos.] Spem omnem in nobis repositam habet, a nobis solis omnia exspectat.*

*Bene convenientes propinqui.] Nobiscum consentientes, coniuncti.*

15. *Vita autem vietusque communis.] Cum amicis ma-*

xime intercedit vitæ communitas, convictus; cum iis communicamus consilia et sermones; eos cohortamur et interdum quoque objurgamus.

*In amicitiis.] Vid. Læl. c. 24. et 25.*

XVIII. 1. *Quid quisque vel sine nobis est, sine ope nostra, etiam si a nobis non adjuvetur.*

2. *Ita non iidem.] Particulam ita explica si ista confideraverimus et fecerimus.*

*Qui temporum.] Cicero tempora incidere docet, quibus,*

que officia, quæ aliis magis, quam alijs debentur: ut, vicinum citius adjuveris in fructibus percipiundis, quam aut fratrem, aut familiarem: [at,] si lis in judicio sit, propinquum potius et amicum, quam vicinum defenderis.  
 3 Hæc igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio, et consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quantum  
 4 cuique debeatur, intelligas. Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta percepint, quidquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt: sic officii conservandi præcepta

qui vel nulla necessitudine nobiscum conjunctus sit, citius juvari debeat, quam propinquus et familiaris: non, quo gradu cognitionis vel amicitiae nos aliquis contingat, sed quo gradu periculi sit, aliquid respiciendum esse.

*Ut, vicinum.]* Qui plurimum et prodest et obest potest in agro colendo versantibus. Unde Themistocles, prædium vendens, præconem pronuntiare iussit, *esse ei commodum vicinum.* Plutarch. Apophthegmat. Post ut incidi, quo facilius intelligatur, non jungenda esse *ut adjuveris,* quum Ciceroni hic, *ut saepe,* *ut significet exempli causa.*

*3. Et consuetudo exercitatioque capienda.]* An ita Latine dicatur, *a non nullis dubita-*

tum est. Sed vide Ern. Clavem Cic. in voc. *Capere.*

*Ratiocinatores.]* Ita propriadicuntur homines arithmeticæ periti, in rationibus subducendis versati.

*Addendo deducendoque.]* *Deducere* est, quod arithmeticæ nostri dicunt *subtrahere.* *Addendo* quidem reliqui summa non fit: sed tamen *addendo deducendoque,* (cum accepta et expensa adduntur, factæ eorum summæ conferuntur, a majoribus minores deducuntur) facile colligitur, quid reliqui fit.

*4. Sed ut nec medici.]* Medicos præponit, quia a minoribus ad majora transit, attemque oratoriam omnium difficultissimam judicat.

traduntur illa quidem, ut facimus ipsi; sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. Atque ab iis rebus, quæ sunt in jure societatis humanæ, quem ad modum ducatur honestum, ex quo aptum est officium, satis fere diximus. Intelligendum est autem, cum 6 proposita sint genera quatuor, ex quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod animo magno humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probris maxi- 7 me in promtu est, si quid tale dici potest:

*Vos etenim juvenes, animum geritis muliebrem,  
Illa virago viri.*

Et si quid eiusmodi:

*Salmaci, da spolia, sine sudore et sanguine.*

5. *Quæ sunt in jure societatis humanæ.]* Ut dicitur *in laude, vitio, vero esse*, pro laudabile, vitiosum, verum esse, de quo ad c. vii. 8. ita *in jure societatis esse* interpretor, in societate justum esse.

*Ex quo aptum est officium.]* Ab apiscor fit *aptus*, quod est *connexus, colligatus, vel compositus, paratus*. Sic *fides* dicitur *apta pannis* lib. iii. c. 29. *Totus aptus ex se*, Paradox. ii.

6. *Proposita.]* Ab initio posita. Vid. cap. 5.

7. *In promtu est.]* Facile, cum aliquem reprehendere volumus, talia nobis succurrunt, quale illud est Ennii. Plutarch. de Liber. Educat. cap. ii. 2. *Tais γὰρ μητρόθεν ή τατρόθεν ἐκ εὐ γεγονόσιν ἀνέχαλυπτα παρακολυθεῖ τὰ τῆς δυσγε-*

*νίας ὄντειν παρὰ πάντα τὸν βίον, ἢ πρόχειρα τοῖς ἵλεγχειν ἢ λαζαροῦσθαι βελομένοις.*

*Vos etenim juvenes.]* Versus esse Ennii, plerorumque est opinio; incertum vero, ex quo libro, et de qua virgine dicti, de Clœlia, an alia.

*Animum geritis muliebrem.]* Satis commode *animus* singulari numero de pluribus dicitur. Philipp. vii. 2. “*Animo illos abhoruisse semper ab optimo civitatis statu.*” Liv. xxiv. 31. 1. “*Bonum ut animum haberent.*” Curt. v. 5. 8. “*Bonum habere animum jubet, visuros urbes suas conjugesque.*”

*Salmaci, da spolia.]* Est versus senarius Ennii. Erat autem *Salmacis* nomen primum fontis, cuius aqua homines ef-

8 Contraque in laudibus, quæ magno animo et elato, fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleniore ore laudamus.  
 9 Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris: hinc noster Cocles, hinc Decii, hinc Cnæus et Pub-

feminare credebatur; tum etiam nymphæ mollissimæ. Id multa cum irrisione hic homini tribuitur imbelli et ignavio, qui superatus ab hoste spolia, id est, arma et vestes, ἀνδρῶν τε καὶ ἀναιμωτῶν, nihil repugnans, tradere jubetur: q. d. ultro armis vestibusque spoliandum te præbe, homo omnium ignavissime, atque ita tuo sudori et sanguini parce. *Salaci* quintum casum esse, tironum causâ monendum est.

8. *In laudibus.*] Cum laudamus.

*Pleniore ore.*] Grandiore et sonantiore voce. *Os* enim vocem et pronuntiationem significat.

9. *Rhetorum campus.*] Materia dicendi amplissima, rhetoribus dicendi copiam præbens.

*Marathone.*] Campo Attico, in quo Persæ ab Atheniensibus duce Miltiade vieti sunt. Vid. Cornel. Nep. Milt. c. 5.

*Salamine.*] Insula Athenis objecta, ad quam navalí prælio a Themistocle iidem Persæ profligati sunt. Idem Them. c. 1. Arift. c. 2. Infra c. xxii. 7.

*Platæis.*] Platææ Boeotiae oppidum, Pausaniæ et Aristidis victoria de Persis nobile,

qui amissio duce Mardonio, ibi cæsi sunt. Idem Pausan. c. 1. Ariftid. c. 2. Infra c. xxii. 7.

*Thermopylis.*] Fauces angustæ, per quas ex superiore Græciæ parte transitus est in inferiorem. Vide Liv. xxxvi. 15. Ibi Leonides, dux Lacedæmoniorum, cum paucis furorum adversus Persas fortissime pugnans, occubuit. Cornel. Nep. Them. c. 3.

*Leuctris.*] Leuctra sita sunt in Boeotia, Lacedæmoniorum clade illustrata, quorum opes ibi Epaminondas adeo adflicxit, ut numquam postea convaluerint. Ejusdem nominis vicus alias Laconicæ fuit.

*Cocles.*] Horatius Cocles, ab amissio oculo cognominatus, qui pugnanti excussus est, cum solus se in Ponte Sublico instantibus Porcenæ copiis obiecisset. Vide Liv. lib. ii. c. 10.

*Decii.*] Pater et filius, qui pro exercitu Romano diis manibus se devoverunt, ille in pugna adversus Latinos et Campanos, haud procul radicibus Vesuvii montis; hic in agro Sentinæ contra Samnitas, Umbros, Hetruscos, et Gallos dimicans. Tres Decios facit lib. i. Tusc. c. 37. lib. ii. de Fin. c. 19.

lius Scipiones, hinc M. Marcellus, innumera-biles alii: maximeque ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videnius ornatu fere militari.

XIX. Sed ea animi elatio, quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. Non enim modo id virtutis non est, sed est potius immanitatis, omnem

*Scipiones.]* Fratres, Romanorum fortissimi, quos sæpe laudat. Eorum alter, *Cnæus*, P. Cornelii Scipionis Nasicae, alter, *Publius*, Africani majoris et L. Scipionis Asiatici pater fuit. Ab his captus est Mago, vietus Hasdrubal, et Hispania subacta. Uterque in bello Punico secundo periit. Etsi vero Cicero *Cnæum* præposuit, natu tamen is minor fuit Publio. Multum falluntur, qui duos Africanos hic significari putant. Ciceroni enim, exempla fortitudinis in ultimo periculo et in ipsa morte oppetenda spectatæ commemoranti, non opus fuit Africani mentionem facere. Vide infra c. xxii. 9.

*M. Marcellus.]* M. Claudius Marcellus, qui primus Hannibalem ad Nolam fugere coegerit, Syracusas obsedit et expugnavit, Viridomarum, Insulæ regem, singulari pugna vietur, obtruncavit, atque ita tercia spolia opima reportavit. Periit ex insidiis anno xi. belli Punici secundi, sexagenario

major. Vitam ejus scripsit Plutarchus, et brevius Aurel. Viæt. c. 45. Virgil. lib. vi. Æn. ver. 855.

*Innumerabiles alii.]* Absolvitur sententia in his verbis; quæ ita accipienda sunt, quemadmodum paullo ante *Hinc rhetorum campus*, et quemadmodum illa de Nat. Deor. ii. 24. princ. "Hinc Hercules, hinc Castor et Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liberetiam."

*Ipse populus Rom.]* Qui bellicas artes laudesque omnibus aliis præferebat, in pace agros colebat, ceteros cuiuscumque generis quæstus tantum non sordidos ducebat. Vide infra cap. 42. lib. ii. c. 13.

*Ornatu militari.]* Armatas, non togatas, quæ antiquissimis temporibus rarae erant. Solius enim tum virtutis bellicæ præmia erant.

XIX. 1. *Animi elatio.]* Animi magnitudo, fortitudo, n. 6. Ita animus elatus c. xviii. 6.

*In vitio est.]* Vitiosæ. Vid. ad c. vii. 8.

*Immanitatis.]* Belluinae feri-

2 humanitatem repellentis. Itaque probe defini-  
natur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem  
3 esse dicunt propugnantem pro æquitate. Quo-  
circa nemo, qui fortitudinis gloriam consecu-  
tus est insidiis et malitia, laudem est adeptus.  
Nihil honestum esse potest, quod justitia vacat.  
4 Praeclarum igitur illud Platonis. Non solum,  
inquit, scientia, quæ est remota ab justitia, cal-  
liditas potius, quam sapientia est appellanda:  
verum etiam animus paratus ad periculum, si  
sua cupiditate, non utilitate communi impelli-  
tur, audaciæ potius nomen habeat, quam forti-  
5 tudinis. Itaque viros fortes et magnanimos,  
eosdem bonos et simplices, veritatis amicos mi-  
nimeque fallaces esse volumus: quæ sunt ex

tatis. Repete quæ dicta sunt  
ad c. xi. 3.

2. *Dicunt.]* Stoici, qui no-  
minativus e sexto casu subau-  
diendus est.

*Propugnantem.]* Cicero com-  
posito verbo ita et alibi usus  
est. Lib. xi. epist. 16. "Cum  
equestris ordinis princeps es-  
set, proque mea salute acerri-  
me propugnaret." In lexicis  
*propugnare aliquid* Ciceroni eti-  
am tribuitur, sed perperam:  
nam id potius Suetonii est  
Cæs. c. 23.

3. *Vacat.]* Verba *Nihil quod  
justitia vacat* sunt ea enun-  
tiationis pars, quam *subiectum  
logici* vocant.

4. *Illud Platonis.]* Platonis  
verba sunt in Epitaphio, circa  
fin. Πᾶσα τε ἐτικῆμ πολιτε-  
μίην δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀλητε-

ἀρετῆς, πανθεγία, & σοφία, φαι-  
νεται. Solet Cicero pronomen  
præponere: ut Tusc. Quæst.  
iv. 8. "Ex quo illud Ennii." De Nat. Deor. ii. 23. "Ex  
quo illud Terentii."

*Ab justitia.]* Ita de Invent.  
i. 9. Et ab *justitiali genere plu-*  
*rimum diffideant.* Lib. xv. ad  
Div. ep. 1. *Ab Jamblichō.*

*Verum etiam animus.]* Hæc  
eodem loco Platonis non le-  
guntur. Non nimis dissimi-  
lem lego in Lachete fere extr.  
Ταῦτα οὖν, ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα,  
καὶ οἱ πολλοὶ, ἵγε θεωτία καλῶ.

5. *Itaque viros fortes.]* Non  
solum *fortes et magnanimos eos  
esse jubet*, qui pericula con-  
temnant, sed etiam *bonos et  
simplices*, qui a malitia et frau-  
de abhorreant.

*Quæ sunt ex media laude jus-*  
E 4

media laude justitiae. Sed illud odiosum est,<sup>6</sup> quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Ut enim apud Platonem est,<sup>7</sup> omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi: sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellet, ita maxime vult princeps omnium, vel potius solus esse. Difficile autem est, cum præstare omnibus con-<sup>8</sup> cupieris, servare æquitatem, quæ est justitiae maxime propria. Ex quo fit, ut neque dif-<sup>9</sup>

*titiæ.] Hoc est, quæ sunt maximæ ac principes virtutes, quibus laudatur vir justus: five, quæ sunt ex intima laude justitiae.* Hæc vis est vocabuli medius apud nostrum in Bruto c. 97. “Adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem.” Lib. ix. ad Di-vers. ep. 8. “Nostri profecti os ejus adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi.” Lege, quæ adnotavit Grævius ad illud pro Rabir. Post c. 9. “In maximis periculis infidisque mediis esse versatum.”

Alio modo dicitur *officium medium*, cuius appellatio inde est nata, quia Stoici hoc ἡ τοῖς ἀδιαφόροις versari, propter-eaque *medium* quoddam esse dicebant, quod neque in bonis ponerent, neque in contrariis. Cic. de Fin. iñ. 17. “Officium medium quoddam esse, [i. e. inveniri, barbare dari di-ceres] quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis.”

Conf. Gell. Noct. Att. ii. 7.

*6. Illud odiosum est.] Vide cap. viii. 8.*

*7. Omnem morem Lacedæmoniorum.] Mens Platonis ex ipsius verbis intelligitur, quæ leguntur Lachet. haud longe a princ. “Οτι οἵμαι ἐγώ τῆτο, οὐ τεῦχ, οὐ καὶ λεληθέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, οὐ τῆτο ζητεῖν καὶ ἐπιτίθενται, οτι δὲν μαθόντες καὶ ἐπιτίθεσσαντες ταλεονεκτούν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον.*

*Maxime excellere.] Ab excelle-*

*leo.* *Vel potius solus esse.] Pompeium notat et Cæsarem: de quibus Flori est judicium lib. iv. 2. 14. “Nec hic [Pompeius] ferebat parem, nec ille superiorem.” Vellei. Pat. lib. ii. c. 33. “Nam neque Pompeius, ut primum ad rempubl. adgressus est, quemquam animo parem tulit; et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat.”*

ceptione vinci se, nec ullo publico ac legitimo jure patiantur: existuntque in re publica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superioriores, quam justitia pares. Sed quo difficilius, hoc præclarior. Nullum est enim tempus, quod justitia vacare debeat. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam. Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum illud, quod maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria judicat: principemque se esse invult, quam videri. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res injustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriæ cupiditate. Qui locus est sane lubricus, quod vix invenitur, qui, laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

**I. XX.** Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur: quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, cum

10. *Sed quo difficilius.]*  
Quanto difficilius est, tanto est præclarior.

11. *Quod maxime natura sequitur.]* Quod ab eo, qui naturæ legibus ac rationi paret, maxime expetitur.

*Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet.]* Qui ea tantum præclara et expetenda dicit, quæ vulgus admiratur

et laudat.

13. *Impellitur—gloriæ cupiditate.]* Hæc conjungas.

*Qui locus est sane lubricus.]* Qui in hunc locum deveniunt, ut res gerant præclaras, in lubrico stant: quod nec contemnere gloriam, nec sine fraude et injuria eam adsequi facile est.

**XX. I. Rerum externarum.]**

persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Altera est res, ut, cum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem et maxime utiles, sed ut vehementer arduas plenasque laborum, et periculorum tum vitæ, tum multarum rerum, quæ ad vitam pertinent. Harum rerum duarum splendor omnis et amplitudo, addo etiam utilitatem, in posteriore est: causa autem et ratio efficiens magnos viros est in priore. In eo est enim illud, quod excellentes animos et humana contemnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus, si et solum id, quod honestum sit, bonum judices, et ab omni animi perturbatio-

*Externae res* sunt, quæ non in nostra, sed in aliorum et fortunæ potestate sunt.

*Nullique neque homini.*] Duæ negationes haudquaquam affirmantes: quarum plura exempla adnotavit Vechnerus Hellenolex. p. 381. Infra c. xxvi. 10. "Nullo neque turpi quaestu neque odioso."

*Perturbationi animi.*] Vide ad c. viii. 9.

*Succumbere.*] Repete oportere. *Succumbit homini*, qui vincitur metu, minis, precibus, gratia, hisque a recte agendi proposito deducitur.

*2. Sed ut vehementer arduas.*] Repetitio conjunctionis ut bonis usitatissima fuit. Noster

de Or. ii. 61. extr. "Salfum hunc possum dicere, atque ita, non ut ejusmodi oratorem esse velim, sed ut minimum."

*Tum multarum rerum.*] Connexa sunt *pericula vitæ et multarum rerum*. Fortasse olim nihil aliud scriptum fuit, quam *tum rerum, quæ ad vitam pertinent*.

*3. Splendor omnis et amplitudo.*] Hæc duæ res differunt ut causa et effectus. Ut enim fortitudo in oculos incurrit, aliis admirabilis, nobis utilis sit, posterior illa præstat: ut ipsa sit, suumque nomen tueri possit, prior efficit.

*Humana contemnentes.*] Vide ad cap. iv. 6.

5 ne liber sis. Nam et ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est: et ea, quæ videntur acerba, quæ multa et varia in hominum vita fortunaque versantur, ita ferre, ut nihil a statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapientis, robusti animi est magnæque constantiæ. Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. Quam ob rem et hæc videnda, et pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi tamque parvi, quam amare divitias: nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Cavenda etiam est gloriæ cupiditas, ut supra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnibus debet esse contentio. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda non numquam. Vacandum autem omni est animi perturbatione, tum

6. *A labore.] Labori oppo-*  
*nit voluptatem.* Ergo idem est *labor,* quod *ægritudo.* n. 10.

7. *Et hæc videnda.] Videndā* interpretaberis *cavenda.* Vide ad c. xiv. 2.

8. *Gloriæ cupiditas.] Honori-*  
*s et laudis.*

9. *Ut supra dixi.] Cap. xix.*

10. *Voluptate animi.] Ni-*

*mia animi lætitia.*

*Animi perturbatione,—volu-*  
*pptate animi,—tranquillitas ani-*  
*mi.] Fastidierunt editores ple-*  
*nique ter eadem periodo repe-*  
*titum vocabulum *animi.* Sed*  
*ita noster de Divin. ii. 44. pr.*  
*vocem *cæli* ter, et infra lib.*  
*iii. c. 4. n. 15. et c. 30. n. 9.*  
*et 10. vocabula *utile* et *hone-**  
*stum* quinques repetit. Exem-

cupiditate et metu, tum etiam ægritudine et voluptate animi, et iracundia; ut tranquillitas animi et securitas adsit, quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem 11 et sunt, et fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expertentes, a negotiis publicis se removerunt, ad otiumque perfugerunt. In his et nobilissimi philosophi longeque principes, et quidam homines severi et graves, qui nec populi nec principum mores ferre potuerunt: viixeruntque non nulli in agris, delectati re sua familiari. His idem propositum fuit, quod re- 12 gibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur: cujus proprium est, sic vivere, ut velis.

XXI. Quare, cum hoc commune sit potentia cupidorum cum iis, quos dixi, otiosis: al-

pla similia magno numero adferri possent, nisi nobis sufficeret, quod Quintilianus lib. viii. c. 3. testatur, in hoc *ravissimis* vitium, quod summi auctores non magnopere vita- verint, saepe ipsum Ciceronem incidisse.

11. *Se removerunt.*] Indicativus post sunt qui saepe Latinitati convenientior est, quam conjunctivus. Vide quæ dicentur ad c. xxiv. 12.

*Nobilissimi philosophi.*] Ex quorum numero fuerunt Socrates, Plato, Aristoteles, Zenon, Epicurus et eorum successores. Vide Tusc. Quæst. v. 37.

*Et quidam homines severi.*]

Cicero hos distinguit a philosophis. Nec dubium est, quin Pomponium Atticum ejusque similes alios significet.

*Nec populi nec principum mores.*] Vide Cicer. lib. i. epist. ix. 53. Brut. c. 67. Cornel. Nep. Attic. c. 6.

*Delectati re sua familiari.*] Suis rebus administrandis contenti.

12. *Libertate uterentur.*] Repe- pete ad hoc non *ne*, sed *ut*. Vide ad Cornel. Nep. Hannib. c. xi. 2.

XXI. 1. *Cum iis, quos dixi.*] Potuisset dicere *cum dictis vel prædictis otiosis*, si hoc umquam sibi indulsisset, quod nunc solum plerisque familia-

teri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant: alteri, si contenti sint et suo, et 2 parvo. In quo neutrorum, omnino contemnenda sententia est: sed et facilior, et tutior, et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui se ad rem publicam et ad magnas res 3 rendas accommodaverunt. Quapropter et iis forsitan concedendum sit rem publicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ se se dediderunt: et iis, qui aut valetudinis imbecillitatè, aut aliqua graviore caussa impediti, a re publica recesserunt, cum ejus administrandæ potestatem aliis laudemque concederent. 4 Quibus autem talis nulla sit caussa, si despicere se dicant ea, quæ plerique mirentur, imperia et magistratus; iis non modo non laudi, verum

re est. Ita n. 8. "Ea quam sœpe dico, tranquillitas animi atque securitas." Cap. 17. "Illud honestum, quod sœpe dicimus." Lib. ii. c. 9. "Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi, benivolentiæ præcepta videamus."

*Otiosis.] Cicero otiosos non vocat homines inertes, pigros, laboris impatientes; sed qui nihil publici negotii agunt privatamque vitam sequuntur.*

3. *Concedendum fit.] Concedendum est ignoscendum, vitio non vertendum.* Vid. adnot. ad orat. pro Rosc. Am. c. i. 7.

*Valetudinis imbecillitate.] Ut superioris Africani filius, de*

quo cap. xxxiii. 11. Scribo valetudinis per E; mihi que persuasi, alteram scripturam valitudinis per I, tum demum investitam esse, quoniam ab antiqua pronuntiandi lege aberrantes secundam hujus vocabuli syllabam corriperent, quæ olim producebatur.

*Aliqua graviore caussa impediti.] Ut ipse Cicero extremis temporibus a republ. recessit: ut Spurinna, Pomponius Bassus et alii a Plinio minori laudantur, qui extrema vitae tempora sibi impertierunt. Vide Cicer. infra lib. iii. c. 1. Plin. lib. iii. ep. 1. lib. iv. ep. 23.*

etiam vitio dandum puto. Quorum judicium 5 in eo, quod gloriam contemnunt, et pro nihilo putent, difficile factu est non probare: sed vi-dentur labores et molestias, tum offendionum et repulsarum quasi quamdam ignominiam ti-mere et infamiam. Sunt enim, qui in rebus 6 contrariis parum sibi constent: voluptatem se-verissime contemnunt, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea quidem non satis constanter. Sed iis, qui 7 habent a natura adjumenta rerum gerendarum,

5. *Difficile factu est.*] Sic lib. iii. de Nat. Deor. cap. 1. “Difficile factu est, me id sentire, quod tu velis.”

*Tum offendionum et repulsarum.*] Eleganter dicitur offendionum quasi ignominia. Sæpe enim offendere Ciceroni, quem admodum Græcis *προστερα*, significat eventu destitui, male rem gerere, metaphora ab iis defumia, qui petasperam ac præcipitem viam incedunt. Pro Cluent. c. 23. “Potius illum, qui bis apud eos judices offendisset, quam eum, qui bis caussam iis probavisset.” Ad Divers. lib. i. ep. 7. “Si cecidisset, ut volumus, ut optamus, omnes te et sapienter et fortiter; si aliquid esset offendum, eosdem illos, et cupide et temere fecisse, dicturos.” Ergo offendere est *ἀπότελεσμα*, dimicationis infelix succensus, qui sæpe magnam famæ atque existimationis ja-eturam adserit. Lib. i. ad Divers. ep. 7. “Illud tibi affir-

mo, si rem istam ex sententia gesleris, fore ut—collaudere: offendionem esse periculofam.” Hinc etiam pro Cluent. c. 25. offendionem, et pro Planc. i.e. 21. offendiculum, de repulsa usurpavit. Particulæ tum non semper cum præmittendum, aut aliud tum esse sociandum, crebra Ciceronis exempla. ostendunt. Ut ad Divers. lib. v. ep. 13. “Casus enim gladiatori similitudinesque ea, tum rationes in ea disputatio-ne a te collectæ vetabant me rei p. penitus diffidere.” Lib. xiii. ep. 43. “Qui consuetu-dine quotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi conjunctus est.”

6. *Parum.*] Non eamdem in diversis rebus virtutem præ-sent, sibi dissimiles sint.

*Molliores.*] Impatientiores, delicatores, minus fortes.

*Non satis constanter.*] Supple faciant.

7. *Adjumenta rerum gerenda-rum.*] Qui ab ipsa natura qd

abjecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, et gerenda res publica est. Nec enim aliter aut regi civitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem rem publicam nihilo minus, quam philosophis, haud scio an magis etiam, et magnificentia, et despiciencia adhibenda sit rerum humanarum, quam saepe dico, et tranquillitas animi atque securitas: si quidem nec anxii futuri sunt, et cum gravitate, constantiaque vivunt. Quae faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in

*res gerendas instructi sunt corporis viribus, animique bonis necessariis.*

*Adipiscendi magistratus.] Adipiscitur, qui petivit antea et ambiit. Itaque consequens dicitur pro antecedente.*

*Aut regi civitas.] Quam si, quos ad eam regendam ipsa natura instruxit, gubernacula capessant.*

*8. Haud scio an magis etiam.] Id est, fortasse etiam magis. Vide quae dicta sunt ad c. xi. 1.*

*Magnificentia.] Ne magnificentia rerum humanarum conjungatur, et admiratio esse dicitur, cui despiciencia opponatur. Alia Ciceronis mens est, qui magnificentiam per se intelligi vult, eamque non multo post magnitudinem animi interpretatur. Est enim magnificencia, ipso interprete lib. ii. de Invent. c. 54. "Rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio."*

*Nec anxii futuri sunt, et.] Sæpe Cicero non minus quam alii neque cum que vel et copulant. Lib. iii. c. 1. pr. c. xiv. 2. Læl. c. 27. "Sed nec illa extincta sunt, alunturque potius et augmentur cogitatione et memoria." Cato de Re Rust. c. 129. "Ita ligna neque fumosa erunt, et bene ardebut." Celsus lib. ii. c. 8. sub fin. "Quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque movetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur." Senec. lib. iii. de Ira c. 8. "Qui iram tuam nec evocent, et ferant." Laftant. lib. i. c. i. 5. "Sed neque adepti sunt, quod volebant, et operam simul atque industria perdididerunt."*

*9. Quæ faciliora sunt.] Despicere res humanas, animi tranquillitatem servare. Particula eo omissa est. Quam eleganter absit, docet Ruhnkenius v. c. ad Rutil. Lup. i. 4. p. 17.*

*'Quo minus multa patent.]*

eorum vita, quæ fortuna feriat, et quo minus multis rebus egent: et quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere non possunt. Quocirca non sine causa majores motus animorum concitantur, majoraque efficienda rem publicam gerentibus, quam quietis; quo magis his et magnitudo est animi adhibenda, et vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit: sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerantur duni est, ne aut temere desperet, propter ignorantiam: aut nimis confidat, propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis, prius quam adgradare, adhibenda est præparatio diligens.

XXII. Sed cum plerique arbitrentur, res bellicas majores esse, quam urbanas, minuenda est hæc opinio. Multi enim bella sæpe quæ-

Quo minus multis fortunæ tellis eoruni vita objecta est, quo minus multa habent, quæ illa feriat.

*Tam graviter cadere non possunt.]* Quia non ex altissimo fastigio decidunt. Ovid. lib. iii. Trist. iii. 17.

*Qui cadit in plano, (vix hoc tam  
men evenit ipsum)*

*Sic cadit, ut tacta surgere  
possit humo.*  
*At miser Elpenor, tecllo delapsus  
ab alto,*

*Occurrat regi debilis umbra  
suo.*

*10. Quietis.]* Otiosis, privata vitam agentibus, de quibus ad n. 1. "Sic vita priva-

ta et quieta." Cat. Maj. c. vii. 6.

*11. Ut habeat.]* Hoc ut pendet a consideret, et est *ās, quomodo, quātenus, qualiter.* Plaut. Prol. Amphitr. 104. "Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus," id est, qualis sit.

XXII. 1. *Minuenda est hæc opinio.]* Non tamquam plane falsam rejicit istam opinionem, cuius ipse aliquando confirmator fuit pro Mur. cap. 9. et seqq. sed minuendam tantum censet, id est, restringendam.

2. *Multi enim.]* Causam redit, cur rebus bellicis præfrat

sierunt propter gloriae cupiditatem. Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit: eoque magis, si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus judicare, multae res extiterunt urbanae majores clarioresque, quam belli-  
cæ. Quamvis enim Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriae, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo pri-

urbanas: ne gloriae cupidi homines bella non necessaria querant: sed paci potius inserviant, et servandis civibus, quam delendis hostibus, gloriam sibi parare malint.

*In magnis animis.]* Cum animi magni et ingenia hominum excellentiora sunt. Cic. lib. xv. epist. xv. 9. "Nos tamen, in consilio pari, casu diffimili usi sumus," id est, cum par esset utriusque consilium.

*Cupidi bellorum gerendorum.]* In cupidi latet vocabulum, quod peritos significet. Dubitate coepi, an Cicero scripterit *callidi bellorum gerendorum*. Noster Parad. vi. 3. 7. rerum astimatores callidos vocat eos, qui sunt periti. Tacit. Hist. ii. 31. "Nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur."

4. *Themistocles.]* Qui Xerxes, Periarum regem, apud Salamina insulam vicit, suaque virtute Græciam liberavit, Athenas restituit.

*Solonis.]* Qui rempubl. Atheniensium eamdem, quam

Themistocles servavit, æquissimis legibus constituit. Hunc in septem sapientibus numeratum, omnes norunt.

*Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriae.]* Licet Salamis, apud quam pugna illa navalis facta est, qua Xerxes magnam suarum navium partem amiserit, quasi testis illius victoriae citetur: hoc est, licet ea insula navalii illa pugna et Victoria de Persis nobilitata fuerit. *Salamis* Græcis usitatus esse dicitur a Prisciano, Latinis *Salamini*: sed, ut hic Cicero, Ovidius quoque lib. xiv. Metamorph. ver. 760.

*Quo primum constituit Areopagitas.]* Arœus pagus; vel *Areopagus*, "Αρεος πάγος, Athenis erat locus in Arce, judiciis de rebus capitalibus habendis consecratus, a πάγος, rupes, dictus, ut plures putant, non a pago vici significatione. Penultimam certe doctissimi corripunt, quæ, producenda esset, si ab altero ductum esset. "Αρεος dictus esse creditur a Marte, quod primus ibi capi-

imum constituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quam illud judicandum est. Il-5 lud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati. Hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Et Themistocles 6 quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille vere, ab se adjutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio se-7 natus ejus, qui a Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania Lysandroque dicere, quorum rebus gestis quamquam imperium La-

tis causam dixerit, quod Nep-tuni filium, Halirrhothium, occidisset, Alcippæ, Martis filiæ, stuprum inferentem. Quo iudicio, duodecim diis cognoscientibus, sex tantum fententiis absolutus est. Areopagus autem primum a Cecrope, Athenarum conditore, constitutus, a Solone multo post restitutus est: neque aliud quidquam Ciceronem voluisse nonnulli existimant. *Constituere* enim aliquando is etiam dicitur, qui ea revocat, quæ ad tempus fuerunt intermissa. Cum vero Plutarchus etiam in vita Solonis p. 88. aliquos fuisse adfirmet, qui Areopagum a Solone constitutum crede-rent, et Cicero hic adverbium *primum* adjiciat: non improbabile est, Ciceronem eorum opinionem secutum esse, quibus in Areopago a Cecrope forum quidem, a Solone vero judicium constitutum videtur.

*Non minus.]* Omissum est tamen, quod subaudiendum.

5. *Servantur.]* Nondum enim Ciceronis tempore priscae illæ Solonis leges mutatae aut abrogatae erant. Pro Rosc. Am. c. 25. "Eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripferit." Vide adnot. ad Cornel. Nep. Praef. n. 4.

6. *At ille vere, ab se adjutum Themistoclem.]* Vel Areopagus, vel Solon, quod mihi verius videtur. Supple dixerit. In maxima varietate cum nostrorum, tum aliorum librorum, mihi quidem verum, certe proximum vero, vide-tur, at ille, se adjutum Themistoclem.

7. *Pausania.]* Duce Spartanorum, qui Mardonium cum ducentis millibus Persarum profligavit. Vide c. xviii. 9.

*Lysandroque.]* Qui Atheniensium classem cremavit, Athenas cepit, earumque muros diruit. Laudat eum Cicero Cat. Maj. c. 17. reprehendit lib. ii. 23. pr.

cedæmonis putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinæ confe-

*Lacedæmonis putatur.]* Quamquam Lacedæmon caput fuisse totius Græciæ æstimanda est, quamdiu Pausanias et Lysander rem gesserunt. Idem de Epaminonda ac Thebarum imperio judicat Nepos xv. Epam. x. 4. (Vulgo: *Lacedæmoniis dilatum putatur.*) Verbum *putare* æstimandi significationem habet. In Verr. iv. 7. “Si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset.” Tacit. Hist. iii. 2. “Si numerus militum potius, quam legionum putetur.” Nec vero *imperium* accipiendum est de finibus, quos Pausanias ac Lysander dilataverint: sed illud *imperium* est Lacedæmonis, sub quo Athenæ et cuncta Græcia fuit.

*Legibus et disciplinæ conferendi sunt.]* Id est, tamen eorum res gestæ Lycurgi legibus et disciplinæ non conferendæ sunt. Perquam eleganter Pausanias et Lysander Lycurgi legibus et disciplinæ conferuntur. Hoc præstantissimis utriusque linguæ scriptoribus USITATISSIMUM COMPARANDI GENUS ut viris doctis offendioni esse destinat, pluribus exemplis id illustrare nunc visum est. Socrates apud Platonem, in Phædro circa finem, de Isocrate, Δοκεῖ μοι ἀπείρων, inquit, οὐ καὶ τὰς περὶ Λυσίας λόγους. Hoc Cicero in Oratore c. 13. expressit sic: “Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur.” De Or. i. 4. extr.

“Ingenia vero—nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium præstiterunt.” Ibid. cap. 6. extr. “Ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Græcis anteponam.” Cap. 44. “Si cum illorum Lycurgo, et Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis: [et statim,] Hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus, et maxime Græcis, antepono.” Ibid. lib. ii. c. 1. “Nostrorum hominum in omni genere prudentiam Græcis anteferre.” Cap. 89. extr. “Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit.” In Pis. c. 9. “Quem ego ci- vem, meo judicio, cum deo- ium immortalium laude con- jungo.” Tusc. Quæft. i. 1. “Jam illa, quæ natura, non litteris [Romani] affecuti sunt; neque cum Græcia, neque ulla cum gente sunt conferenda. Quæ enim tanta gravitas, quæ tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in illis fuit, ut sit cum majoribus nostris comparanda?” Horat. Od. ii. 6. 14. “Ubi non Hymetto Mella decidunt, viridique certat Bacca Venafro.” Idem iii. 6. 46. “Ætas parentum pejor avis.” Ibid. Od. xxiv. 1. “Intactis opulentior thesauris Arabum et divitis Indiae.” Lib. ii. Sat. iv. 2. “Ponere signa novis præceptis, qualia vincunt. Py-

rendi sunt. Quin etiam ob has ipsas caussas et parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus & C. Mario, neque, cum versaremur in re publica, Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Africanus, singularis et vir, 9 et imperator, in excindenda Numantia rei publicæ profuit, quam eodem tempore P. Nasica

thagoran." Liv. ix. 10. 3.  
 " Postumius in ore erat, cum laudibus ad cœlum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus æquabant." Idem xxi. 11. 2. " Populum R. injuste facere, si Saguntines vetustissimæ Carthaginensium societati præponant." Plin. Paneg. iv. 4. " Æquata diis immortalibus potestas."

8. *Pueris nobis.*] Me et æqualibus meis pueritiam agentibus.

*M. Scaurus.*] M. Æmilius Scaurus, qui princeps senatus dictus fuit in consulatu a. 638. rebus domi, quam foris, gestis clarior. Vide de eo Sallust. Jug. c. xv. 4. xxv. 4. xxix. 2. Cicero pro Fontei. c. 7. pro Mur. c. 7. lib. i. epist. ix. 47. Aurel. Viſt. de Vir. Ill. c. 72.

*C. Mario.*] Viro pluribus triumphis nobilitato, de Jurgurtha, de Cimbris et Teutonis, et septem consulatibus functo.

*Q. Catulus.*] Q. Lutatius Catulus, filius, consul a. 675. quo Sulla mortuus est, cuius acta rescindenti Lepido, colle-

gæ, restitut. Quanta ejus auctoritas fuerit, cognoscas ex Orat. pro Lege Manil. c. 20. Ciceroni amicum fuisse, inde appareat, quod frequenti senatu eum *patriæ patrem* appellare non dubitavit. Vide in Pison. cap. 3.

*Cn. Pompeio.*] Cn. Pompeio Magno, quem cum alibi, tum maxime pro lege Manilia laudat.

*9. Africanus.*] P. Cornelius Scipio, minor, quem Æmilia-num cognominant.

*In excindenda.*] Priscos cerebrius dixisse *excindere urbes*, quam *excidere*, quum aliunde, tum ex quantitate vocabuli *excidium*, cuius secunda syllaba semper corripitur, intelligere mihi video.

*P. Nasica.*] P. Cornelius Scipio Nasica, quem Serapionem dixerat, non Cnæi, sed P. filius, P. nepos, Cn. pronepos, consul a. 615. Non ipse, sed avus optimus vir a senatu judicatus fuerat, idemque Africani Majoris frater patruelis fuerat. Vide supra ad c. xviii. 9. infra c. xxx. 16. et Excusum i.

privatus, cum Ti. Gracchum interemit. Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione : (attingit enim bellicam, quoniam vi manuque confecta est) sed tamen id ipsum 10 est gestum consilio urbano, sine exercitu. Illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio :

*Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.*

11 Ut enim alios omittam, nobis rem publicam

*Privatus.]* Nullum eo anno magistratum gerens.

*Ti. Gracchum.]* Sempronii Giacchi filius fuit ex Cornelia, Scipionis Africani Majoris filia, Caii frater, legibus agrariis populi seditionem concitans, eoque nomine patribus invisus. Vid. Aurel. Victor. c. 64. Flor. lib. iii. c. 24. Cicero Læl. c. 11. Orthographia antiquior est *Graccus*.

*Bellicam.]* Ratio bellica est res bellica. Vide ad c. iii. 7.

*Consilio urbano.]* Nostri homines prudentiam politicam vocare solent.

10. *Illud autem.]* Autem copulativæ potius, quam adversativæ particulæ vim hic habet. Vid. ad c. xiv. 8. Concludit e superioribus, optime se habere, sive verissimum esse, versum illum suum, a multis quamvis reprehensum, quem subjicit.

*Ab improbis et invidis.]* In quibus erant M. Antonius Philipp. ii. c. 8. et Piso, ut est in Pison. c. 29. et 30.

*Laurea laudi.]* Alteram electionem laurea linguae sequitur

Quintil. lib. xi. c. 1. Itemque Plutarchus, qui in Cicerone ita hujus versus sententiam exprimit : 'Ως τὰ ὄπλα ἔδει τὴν τηβέννῳ, καὶ τῇ γλάρῃ τὸν θειαμεῖτὴν ὑπείκειν δέρψην. Tamen laudi retinendum. Nam laurea primum minus recte opponitur *linguae*, quam *laudi*, id est, honorifico senatus populique Rom. judicio: deinde Cicero syllabarum antanaclasin adhibuisse videtur, ut in illo,

*O fortunatam natam me consule Romam,* ipse denique hanc lectionem adserit oratione in Pisonem c. 30. ubi non vulgo tantum laudi legitur, sed et hoc versus membrum his verbis interpretatur. "Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti, indicasti, non modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse."

*Nobis rem publicam gubernantibus.]* Me consule, et summam in republ. potestatem obtinente.

gubernantibus, nonne togæ arma cessere? neque enim periculum in republica fuit gravius, umquam, nec majus otium. Ita consiliis diligentiæque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa ceciderunt. Quæ res igitur gesta umquam in bello tanta? qui triumphus conferendus? Licet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quem et hereditas hujus gloriae, et factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt igitur domesticæ fortitudines

*Periculum fuit gravius.]* Cum Catilina non cum perditis tantum hominibus conjurasset, sed et nobilissimos aliquot ac potentissimos civitatis viros fautores haberet, ipsum Ciceronis collegam, C. Antonium, M. Crassum, C. Julium Cæsarem, aliosque plures, qui perturbata republ. per vim ea se adsecuturos sperabant, quæ tranquilla obtinere non poterant.

*Otium.]* Pax, quæ tum in Italia fuit tranquillissima. Vide Ciceron. Catil. iii. c. 7. extr. infra lib. iii. c. i. 9. Nam Catilina anno demum sequenti, quo Cicero privatus fuit, arma movit, iisdemque superatus perit cum suis.

*12. Arma ipsa.]* Conjiciunt alii: *arma impia.*

*14. Abundans bellicis laudibus.]* Non unus ex iis, qui a re militari abhorrent, quorum testimonium parum ponderis haberet. De hoc Pompeii testimonia gloriatur etiam Philipp. ii. 5. extr.

*Hoc tribuit.]* Tribuere est, honoris causa concedere, honori et meritis alicujus dare. Læl. c. ii. 9. “Quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoisco, nec posco, facis amice.” Infra c. xli. 12. “Tribuere multum senectuti.”

*Triumphum tertium.]* Fuit hic de piratis, Mithridate et Tigrane. Primum eques ex Africa triumphaverat, iterum ex Hispania de Sertorio.

*15. Domesticæ fortitudines.]* Fortia facta. Rarior pluralis,

non inferiores mīlitaribus : in quibūs plus etiam, quam in his, operæ studiique ponendum est.

1. XXIII. Omnino illud honestum, quod ex animo excelsō magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamen corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis, et in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est possum in animi cura et cogitatione : in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae praesunt, quam qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio saepe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, non numquam etiam illata : ut M. Catonis bellum tertium Punicum ; in quo etiam mortui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quam

qualis est quietes c. xxix. 8. Tarditates et celeritates cap. xxxvi. 7. Reticentiae lib. iii. 16. 8. Conscientiae Paradox. ii.

12. Vid. Guntheri Latinit. Reffit. tom. ii. cap. 135.

XXIII. 1. *Afficiendum.] Afficere est diari. Divis. De Divin. i. 30.* “ Juberigit Plato sic ad somnum proficisci, corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat.”

2. *Honestum autem—cogitatione.] Verba prægressa Exercendum tamen—in labore tolerando quasi in parenthesi posita sunt, et Cicero intervenien-*

te particula autem repetit, quæ ante parenthesin dixerat. Conf. adn. ad cap. i. 3.

*In quo.] Qua re.*

3. *Ut M. Catonis.] Subaudi consilio.* Is enim auctor fuit delendæ Carthaginis, quam conservatum ibat Scipio Nafica.

*Mortui valuit auctoritas.]* Decessit enim triennio ante finitum bellum Punicum tertium, deletamque Carthaginem. Vellei. Patrc. lib. i. c. 13. Nihilo tamen minus Carthago excisa est, sicut ille vivus censuerat.

decertandi fortitudo: sed cavendum, ne id bellandi magis fuga, quam utilitatis ratione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita videatur. Fortis vero et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur; sed præsenti animo uti et consilio, nec a ratione discedere. Quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, et quid agendum sit, cum quid evenerit; nec committere, ut aliquando dicendum sit, non putaram. Hæc sunt opera magni animi et excelsi, et prudentia consilioque fidentis. Temere autem in acie versari, et manu cum hoste configere, inmane quiddam et beluarum simile est: sed cum tempus necessitasque postulat,

4. *Decertandi fortitudo.*] Pluris facere jubet recte consultandi et decernendi prudentiam, quam promte acriterque pugnandi fortitudinem.

*Nihil aliud, nisi pax quæsita videatur.*] Ita Cicero maluit, quam quæsumum: quod loquendi genus, vulgo ignotum, præcis familiare fuisse docui ad Corn. Nep. Themist. c. vii. 5.

5. *De gradu dejici.*] Proverbum a gladiatoriibus translatum. *Depelli, dejici de gradu, de statu demoveri* dicitur, cuius status ita conturbatur, ut si quis in pugna de loco dejicatur.

*Præsenti animo uti et consilio.*

*lie.*] Interpreteris per *ī, dīā dūōv, præsentis animi uti consilio.*

6. *Hoc animi.*] *Hoc* refer ad superiora *non perturbari* et reliqua; *illud*, ad ea, quæ sequuntur, *præcipere cogitatione futura.*

*Non putaram.*] Quod in re militari turpissimum esse aiebat Scipio Africanus, auctore Valerio Max. lib. vii. 2. 2. et Fabius apud Senecam lib. ii. de Ira c. 31.

7. *Temere autem in acie versari.*] Ducem ipsum in primis stare, et gregarii militis operam pugnando præstare, ubi non opus est, belluinum esse dicit.

decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda.

1 XXIV. De evertendis autem diripiendisque urbibus valde considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter. Idque est viri magni, rebus agitatis, punire fontes, multitudinem conservare, in omni fortuna recta atque 2 honesta retinere. Ut enim sunt, quem ad modum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponunt: sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia, quietis et cogitatis, et splendidiora, et majora videantur. Numquam omnino periculi fuga committendum est, ut 3 imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis fine 4 caussa; quo esse nihil potest stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda

*Servituti turpitudinique.]* Id est, vel servitutis turpitudini; vel, quod malo, turpi fugae, quam summa ignominia sequitur.

XXIV. 1. *Ne quid temere.]* Subaudi fiat. Vid. ad c. xi. 1. Duo cavenda esse dicit: primum, ne, ubi non necesse est, urbes evertantur; alterum, ne in iis evertendis, quæ ita meritæ sunt, aliquid fiat crudelius.

*Rebus agitatis.]* Placet eorum interpretatio, qui rebus cognitis et satis persensis fontes puniendos dici putant. *Vulgaria enim* sunt agitare quid secum, animo, pro cogitare, quod ipsum est ab agitare.

*Multitudinem conservare.]* Reliquos, qui rerum novarum autores non fuerunt.

2. *Supra dixi.]* Cap. 22. pr. *Sunt, qui—anteponunt.]* Vide de quæ dicentur n. 12.

*Sic reperias.]* Commode praesens conjunctivi fungitur vice futuri. Vide infra ad ii. 11. 9.

*Calida consilia.]* Ferocia et inconsulta. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. lib. xv. ver. 337.

*Quietis et cogitatis.]* Quietus est moderatus, lenis, cautus. Cicero Cat. Maj. "Senis fermonem quietum et remissum" dicit, quem paullo post "mittem orationem."

medicorum est, qui leviter ægrotantes leniter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestate in adversam op- 5 tare dementis est; subvenire autem tempestati quavis ratione sapientis: eoque magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. Periculosæ autem rerum actiones par- 6 tim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim rei publicæ. Itemque alii de vita, alii de gloria et benivolentia civium in discrimen vocantur. Promtiores igitur debemus esse ad nostra peri- 7 cula, quam ad communia, dimicareque parcus de honore et gloria, quam de ceteris commo- dis. Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profundere pro pa-

5. *In tranquillo.*] Subintell. mari.

*Re explicata.*] Confecta, per- fecta, ad exitum perducta. Cicer. lib. xii. epist. 1. "Reliqua magna sunt ac multa, sed posita omnia in vobis: quamquam primum quidque expli- cemus." Hinc explicare et ex- pedire conjungit lib. xiii. epist. 26.

*Addubitata.*] Cum Ernesto interpres in discrimen adducta.

6. *Periculosæ autem rerum actiones.*] Res, inquit, aguntur vel cum periculo eorum, qui eas suscipiunt, vel ceterorum omnium, qui ejusdem civita- tis sunt.

7. *Ad nostra pericula.*] Quia in his temeritas minus rei publ. nocet, quam in commu-

nibus.

*Dimicareque parcus.*] Rarius, restrictius, majore cautione ad- hibita. *Paratus* dederunt, qui ignorabant, *dimicare de honore et gloria* Ciceroni esse, honoris et gloriæ periculum adire. Pro Sextio c. 1. "Reos de capite, de fama, de civitate, de fortu- nis, de liberis dimicantes." Pompeius Magnus in quarta epistolarum ad Domitium, quæ adjectæ sunt Cic. ad Attic. viii. 12. "Ut de omnibus for- tunis rei p. dimicem." Parti- cula que, in *dimicareque*, pro sed accipienda est, ut saepe. Vide supra ad c. vii. 5.

8. *Vitam etiam profundere pro patria parati.*] Non in Græcis- mis ponendum est hoc lo- quendi genus, cum *paratus*

tria parati essent: iidem gloriæ jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne re publica quidem postulante. Ut Callicratidas, qui cum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie; vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginussis removendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit, Lacedæmonios, classe illa amissa, aliam parare posse: se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hæc quidem Lacedæmoniis plaga mediocris: illa pestifera, qua, cum Cleombrotus, invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæ-

infinitivum sibi jungit. Omnibus enim Latinis familiare fuit.

9. *Callicratidas.*] Quidam ob ignorantiam dialecti Laconicæ, *Callicratides*.

*Peloponnesiaco.*] Triennio ante expugnatas a Lysandro Athenas, viatum ad Methymnam, Lesbi urbem, Conona Callicratidas Mitylenis obsidebat. Ibi dum centum navium classi, obfessis auxilio missæ, cedere vietorem pudor præpediebat, ipse navium numero longe inferior proelium committit, quo vietus non sine magna suorum et hostium strage cecidit. Vide Xenophont. lib. i. Ἐλληνικῶν, Plutarch. Lysand. et in Apophthegm. Lacon. Diod. Sic. lib. xv.

*Vertit ad extremum omnia.*] Effecit, ut illius expeditionis

fortuna a Lacedæmoniis ad Athenienses, cum summo ipsius dedecore, converteretur.

*Arginussi.*] Hæ tres insulæ, ante Leibum ad Asiam sitæ, argillacea terra candebant, quæ ab ἀργυρίοις, candidus, splendens, feminino genere ἀργυρόστοιχοι, et contracte ἀργυρόστοιχοι, dicuntur, ut *Œnussa*, ab οἰνόεσσι, οἶνοσσα, *Ophiussa* et *Pityussa*, ab ὄφεισσα et πίτυησσα. Etiam Ἀργυρέσσαι vocantur, ut et *Œnusæ*, *Ophiusæ* et *Pityusæ*.

10. *Cleombrotus.*] Græce Κλεόμβρος, Pausaniæ filius, (pronepos ejus, de quo Corn. Nep.) Lacedæmoniorum dux in pugna Leucētrica. Vide Plutarch. in Pelopid. et Agesilao.

*Invidiam timens.*] Credebat enim Thebanis, Lacedæmoniorum hostibus, amicior esse.

moniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius? de quo Ennius:

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

*Non enim rumores ponebat ante salutem.*

*Ergo postque, magisque viri nunc gloria claret.*

Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. Sunt enim, qui, quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen invidiae metu non audent dicere.

11. *Q. Maximus.*] Q. Fabius Maximus Cunctator, qui Hannibalim impetus cunctando frexit.

*Ennius.*] Libro xii. Anna- lium.

*Unus homo.*] Virgilius, Ennius imitatus, nec tamen describens, lib. vi. AEn. ver. 846. dixit:

*Unus qui nobis cunctando restituit rem,*  
adhibita, ut moram versui adderet, erudita correctione.

*Non enim rumores.*] Parum curabat vulgi de se sermones, dummodo publicae saluti consuleret. Liv. lib. xliv. c. 22.

“Neque enim omnes tam firmi et constantis animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit: qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.” Pronuntia: *Non enī rumores*; sive *Non enim rumores*, ut *enī* una syllaba efferatur. Hoc modulo particulam *enī* prisci poëtæ usurpaverunt. Ut Terent. Phorm. v. 8. 90.

*Enīm solut nequeo: accurre  
huc. Una injuria 'st.*

Ultimam vero syllabam verbi *ponebat*, sequente vocali, produxit Ennius plane ex more suo poëtarumque æqualium.

*Postque magisque.*] Id est, non modo post obitum, sed magis etiam, quam cum vivet.

12. *Non audent.*] Non ubique post sunt, qui subjunctivus necessarius est. Utriusque linguae præstantissimi scriptores, ut innumeris aliis locis, ita quando sunt, qui præcedit, rei simpliciter ac sine ulla dubitatione enuntiandæ indicativum, et contra, ubi sermo est de eo, quod fieri queat aut consentaneum sit, subjunctivum (Græci etiam optativum) aptare solent. Theophrastus Char. Eth. cap. viii. 4. Εἰοὶ δὲ καὶ πόλεις λόγων κατὰ κράτος αἰροῦντες, ΠΑΡΕΔΕΙΠΝΗΘΗΣΑΝ. Lucianus in Somnio p. 5. A. exempl. Bourdel. Εἰ δὲ οὐ Φειδίας, οὐ Πολύκλειτος γένεσις, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσσατο, τὴν μὲν τίχυνην ἀπαντίτις ἐπαινεούσσαται, θεὸν δὲ ὅσιον τὸν ἰδόνταν, εἰ νοῦν ἔχει ΕΤΞΑΙΤ' ἀντοῖο ὄμοιος γενεθεῖται. Inepte fecisset alter, si ταραδεπινθάσσει

1 XXV. Omnino qui rei publicæ præfuturi  
 sunt, duo Platonis præcepta teneant: unum,  
 ut utilitatem civium sic tueantur, ut quæcumque  
 agunt, ad eam referant, oblii commodorum  
 suorum: alterum, ut totum corpus rei  
 publicæ curent, ne, dum partem aliquam tueri  
 tur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic pro-  
 curatio rei publicæ ad utilitatem eorum, qui  
 commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa  
 est, gerenda est. Qui autem parti civium con-  
 sulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam  
 in civitatem inducunt, seditionem atque dis-  
 cordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii  
 studiosi optimi cujusque videantur, pauci uni-

pro προσεδειπνή θησαυρῷ, alter si  
 νῦν προ τούτῳ scripsisset.  
 Similiter Cicero infra c. xxx.  
 13. “Sunt his alii multum  
 disparates, simplices et aperti,  
 qui nihil ex occulto, nihil ex  
 insidiis agendum putant, veri-  
 tatis cultores, fraudis inimici:  
 itemque alii, qui quidvis per-  
 petiantur, cuivis deserviant,  
 dum quod velint consequantur.” Aequo peccaret si quis  
 priore loco putent, ac si poste-  
 riore perpetiuntur et deserviunt  
 responderet. Etsi vero post sunt,  
 qui subjunctivum alibi, alibi  
 indicativum requiri adsevero:  
 facile tamen largior, esse lo-  
 eos; quibus uterque modus  
 æque eleganter accommodari  
 possit. Indicativo in hac con-  
 structione usus est Cic. de In-  
 vent. i. 40. adn. 9. ad Attic.  
 lib. xiv. ep. 17. adn. 89. de  
 Fin. i. 20. adn. 80. Tuscul.

Quæst. iii. 31. adn. 29. et 31.  
 aliisque locis pluribus. Cer-  
 tissima est poëtarum auctoritas. Lucret. iii. 115.

*Est aliud tamen in nobis, quod  
 tempore in illo  
 Multi' modis agitur et omnis  
 accipit in se  
 Lætitiae motus.*

Idem vi. 703.  
*Sunt aliquot quoque res, qua-  
 rum unam dicere causam  
 Non satis est.*

Horat. Od. i. 7. 5.  
*Sunt, quibus unum opus est  
 intactæ Palladis urbem  
 Carmine perpetuo cele-  
 brare.*

XXV. 1. *Duo Platonis præ-  
 cepta.] Lib. i. et iv. de Re-  
 publ.*

3. *Optimi cujusque.] Optimi  
 sunt optimates, id est nobiles,  
 quorum qui studiosi erant, op-  
 timatum fautores dicebantur.*

versorum. Hinc apud Athenienses magnæ dif- 4  
cordiæ : in nostra re publica non solum sedi-  
tiones, sed pestifera etiam bella civilia : quæ  
gravis, et fortis civis, et in re publica dignus  
principatu fugiet atque oderit, tradetque se to-  
tum rei publicæ, neque opes aut potentiam  
confectabitur, totamque eam sic tuebitur, ut  
omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis 5  
in odium aut invidiam quemquam vocabit :  
omninoque ita justitiæ honestatique adhæres-  
cet, ut, dum ea conservet, quamvis graviter  
offendat, mortemque oppetat potius, quam de-  
serat illa, quæ dixi. Miserrima omnino ambi- 6  
tio est honorumque contentio : de qua præcla-  
re apud eumdem est Platonem, similiter facere

4. *Negue opes aut potentiam.*] *Opes* pecuniam ac divitias in-  
terpretaberis, quæ significatio  
hujus vocabuli valde usitata  
est.

5. *Criminibus falsis.*] Fictis  
criminationibus.

*Ut, dum ea conservet.*] Pro-  
nomen *ea* commode refertur  
ad *justitiam honestatemque*. So-  
lent boni cuiuscumque generis  
substantivis pronomina in ge-  
nere neutro subjicere. Vide  
Cortium ad lib. vii. ad Divers.  
ep. 20. n. 4. et ad Sallust. Ca-  
til. v. 7. *Quamvis* graviter ni-  
hil aliud est, quam *quam libet*,  
*quantumvis* graviter, quod est  
*vel gravissime*. Quis enim ne-  
scit, *quamvis* saepe adjectivis  
et adverbiis ita jungi, ut iis  
superlativi significationem ad-  
jiciat? Sic, *quamvis* saepe Ci-  
cero dixit lib. iii. de Orat. c.

26. *quamvis copiose* lib. i. Tusc.  
c. 21. *quamvis temere*, Liv. lib.  
xxxiv. c. 19. Adde infra ii.  
7. 8. et xx. 6. *Offendere* non  
tantum de aliis lædendis dici-  
tur, sed etiam de quacumque  
benivolentiæ, existimationis,  
honoris et fortunarum jauctura.

6. *Honorumque contentio.*] Nove dictum videtur Erasmo  
*honorum contentio*, pro *contentio*  
de *honoribus*, i. e. magistrati-  
bus.

*Apud eumdem est Platonem.*] Lib. vi. de Republ.

*Similiter facere ut si.*] Cice-  
ronianum hoc est. Lib. iv.  
Tusc. c. 18. pr. “ Similiter  
facit, ut si posse putet eum,  
qui se a Leucade præcipitave-  
rit, sustinere se cum velit.”  
Lib. ii. de Fin. cap. 7. med.  
“ Similiter ut si dicat, non re-  
prehendendos parricidas.”

eos, qui inter se contenderent, uter potius rem publicam administraret, ut si nautæ certarent, 7 quis eorum potissimum gubernaret. Idemque præcipit, ut eos adversarios existimenuſ, qui arma contra ferant; non eos, qui suo judicio tueri rem publicam velint: qualis fuit inter P. Africanum, et Q. Metellum sine acerbitate difſensio. Nec vero audiendi, graviter qui ini- 9 micis irascendum putabunt, idque magnanimi et fortis viri esse censebunt. Nihil enim lauda- biliſ, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. In liberis vero populis, et in juris æquabilitate exercenda eti- am est facilitas, et altitudo animi, quæ dicitur: ne, si irascamur aut intempeſtive accendentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem in- 10 utilem et odiosam incidamus. Et tamen ita

*Uter potius.] Observent ti-  
rones, uter et potius de duo-  
bus; quis et potissimum de plu-  
ribus dici.*

*7. Idemque præcipit.] Facit  
hoc Plato lib. ix. de Republ.  
haud longe a princ. Postrema  
vero verba, "Non eos qui suo  
judicio tueri rempubl. velint,"*  
a Cicerone liberius adjecta vi-  
dentur.

*Inter P. Africanum et Q. Me-  
tellum.] Africanum minorem  
intelligit et Metellum Mace-  
donicum Numidici patrum,  
Andrisci victorem, bis princi-  
pem senatus; cuius mortui  
lectum quatuor filii consulares  
extulerunt. Vid. Vellei. Pa-  
terc. i. 11. Valer. Max. lib.*

iv. 1. 12. Plin. lib. vii. 44.

*8. Putabunt.] Vulgo putant  
ac deinde censem. Sed vide,  
quæ adnotabimus ad cap. xli.  
9.*

*9. In juris æquabilitate.] Ubi  
pari jure omnes continentur.*

*Altitudo animi.] Altitudo a-  
nimi est, quæ non irascitur  
stulto et impolito vulgo, quæ  
se contemni non posse, et ul-  
tra omnes injurias eveſtam  
putat. Sic altus vultus inter-  
dum in laude est. Vide Gro-  
nov. ad Senec. de Tranquill.  
An. c. 1. Hanc explicatio-  
nem ipſe comprobat Cicero in  
Partit. Or. cap. 22. "Altitu-  
do animi in capiendis incom-  
modis et maxime injuriis."*

probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicæ caussa severitas, sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem <sup>11</sup> et animadversio, et castigatio contumelia vacare debet: neque ad ejus, qui punitur aliquem, aut verbis fatigat, sed ad rei publicæ utilitatem referri. Cavendum est etiam, ne major pœna, <sup>12</sup> quam culpa sit: et ne iisdem de caussis alii plectantur, alii ne appellantur quidem. Pro- <sup>13</sup> hibenda autem maxime est ira in puniendo. Numquam enim, iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter ni-  
mum et parum; quæ placet Peripateticis, et recte placet: modo ne laudarent iracundiam, et dicerent, utiliter a natura datam. Illa vero <sup>14</sup> omnibus in rebus repudianda est, optandum-

<sup>11.</sup> *Animadversio, et castigatio.*] Gravior est *animadversio*, quam *castigatio*: ad illam verbum punitur se refert, ad hanc *fatigat*, quod verbis fieri potest. De re ipsa vid. cap. xxxviii. 3.

*Qui punitur aliquem.*] Pro punit. Ita *fabrico* et *fabricor*, *objurgo* et *objurgor* active. Vide Vechneri Hellenolex. lib. i. part. i. c. 8. p. 97.

*Fatigat.*] De elegante, sed vulgo neglecta, hujus verbi significatione vide infra ad lib. iii. 18. 2.

<sup>12.</sup> *Alii plectantur.*] Graviore pœna adficiantur.

*Ne appellantur quidem.*] Ne in jus quidem vocentur ad reddendam factorum rationem.

<sup>13.</sup> *Et recte placet.*] Alii conjecerunt placaret, quod sequatur modo ne. Nec vero hæ particulæ conjunctivum ante se requirunt. Cic. lib. vi. ad Divers. epist. 22. “Tertia aderit: modo ne Publius rogatus fit.” Ad Attic. lib. v. ep. 4. “Quæ de Sicinio audisti, ea mihi probantur: modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum.”

*Iracundiam.*] Invidiose hoc Peripateticis tribuitur qui non iracundiam, quam in vitiis numerant, sed *iram* probabant, eamque exscindendam esse negabant. Nisi forte *iracundiam* pro *ira* dixit, quod et alii fecerunt.

<sup>14.</sup> *Repudianda est.*] Non

que, ut ii, qui præfunt rei publicæ, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

1. **XXVI.** Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus superbiam, fastidium arrogantiamque magno opere fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre levitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate itemque de C. Lælio accepimus. Philippum quidem Ma-

moderandam aut cohibendam esse dicit, quod et Peripatetici volebant; sed repudiandam, id est, expellendam, eradicandam.

*Legum similes sint.]* Senec. lib. i. de Ira cap. 16 p. 19. "Procedam in tribunal non furens, nec infestus, sed vultu legis." Deinde: "Quid? tibi videtur lex irasci, quos non vidit, quos non futuros sperat? Illius itaque sumendum est animus, quæ non irascitur, sed constituit."

**XXVI. 1. Magno opere.]** Ut supra c. xi. 8. tanto opere, ita hic *magno opere*. Sæpius utrumque et similia, quanto opere, nimio opere, in Cicerone leguntur.

**2. Idem semper vultus eademque frons.]** Vultus index est voluntatis animi; frons hilari-tatis vel tristitiae.

*De Socrate.]* Cicero lib. iii. Tusc. c. 15. "Hic enim est iste vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe prædicare folita in viro suo fuisse Socra-

te, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Nec vero ea frons erat, quæ M. Crassus illius veteris, quem senele ait in omni vita risisse Lucilius; sed tranquilla et terena." Seneca epist. civ. "Hæc usque eo animum Socratis non moverunt, ut ne vultum quidem moverint. Illam mirabilem laudem, et singularem usque ad extremum servavit: non hilariorem quisquam, non tristitiorum Socratem vidit: æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ." Plin. lib. vii. cap. 18. "Ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis interempti, numquam risisse, ob id Agelastum vocatum; sicut nec flesse multos. Socratem, clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato."

*C. Lælio.]* Infra c. xxx. 8. "In C. Lælio multa hilari-tas." Horat. lib. ii. Sat. i. 72. "Mitis sapientia Læli." Lælium minorem intelligit, qui

cedonum regem, rebus gestis et gloria superatum a filio; facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, 4 alter saepe turpissimus: ut recte præcipere videantur, qui monent, ut, quanto superiores sumus, tanto nos geramus summissius. Panætius 5 quidem, Africanum, auditorem et familiarem suum, solitum ait dicere, ut equos, propter crebras contentiones præliorum ferocitate exfultantes, domitoribus tradere soleant, ut his fa-

prætor Viriathum fregit. ii. 11. 11. Cos. cum Q. Servil. Cæp. a. 613. Idem Sapiens cognominatus et amicus fuit Africani minoris. Lælius major, hujus avus, Africano majori æqualis, cum ejus fratre Afatico cos. fuit a. 563.

3. *A filio.*] Alexandro Magno, qui ipse quidem Philippi filius dici haberique noluit.

*Superiorem fuisse.]* Justin. lib. ix. c. 8. "Huic [Philippo] Alexander filius successit, et virtute et vitiis patre major." Deinde: "Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi exarsit, nec dilatio ultionis nec modus erat." Tandem: "Amari pater malle, hic metui." Vide et Senec. lib. iii. de Ira c. 23. De vitiis Alexandri præter alios Liv. lib. ix. c. 18.

4. *Superiores sumus.*] Quemadmodum omnis generis oratio indefinita, ita interrogativa indefinite posita, indicativum frequenter admittunt. Vide Vechner. Hellenolex. lib. i. part. ii. c. 36. Conf. supra ad

cap. vii. 6. et quæ ad hujus capitinis paragraphum proxime sequentem adnotabimus.

5. *Panætius.*] Vide lib. iii. c. 2. Cicero lib. iv. de Finib. c. 9. "Homo in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Lælii, Panætius." Vellei. Pat. lib. i. c. 13. "Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panætiūmque, præcellente ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit."

*Africanum.]* Scipionem Africanum minorem.

*Tradere soleant.*] Verum putto solent. Ita etiam scriptum in vetusta Nonii membrana Guelph. Falluntur, qui indicativum ex oratione obliqua prorsus excludunt. Exemplis ad c. vii. 6. prolatis nunc alia quædam succenturiabo. Cicero infra iii. 7. 3. "Quo facilius, quæ volunt, explicent." Læl. xxv. 11. "Meministis, —quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi vide-

cilioribus possint uti; sic homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tamquam in girum rationis et doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem 6 varietatemque fortunæ. Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, hisque major etiam, quam ante, 7 tribuenda auctoritas. Iisdemque temporibus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, neve adulari nos sinamus: in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur. Ex quo nascuntur innumera-

batur.” Liv. ii. 15. 4. “Eam esse voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit.” Sueton. Cæf. cap. 9. “Cæsarem in consulatu confirmasse regnum, de quo ædilis cogitarat.”

*In girum rationis.]* Girus proprie dicitur, in quem equi circumaguntur. Vide Cerdam ad Virgil. lib. iii. Georg. ver. 191. Significat, homines adfuefaciendos esse, ut rationi et doctrinæ obtemperent, nec viribus, opibus et fortuna freti latius evagentur; sed intelligent, omnia, quibus efferri soleant alii, esse imbecilla, nec ullum fortunæ statum diu in eodem vestigio permanere. Vocalis Graeca in hoc vocabulo non magis necessaria videtur, quam *in silva et stilus*.

6. *In secundissimis rebus.]* Quo secundiores res, eo magis animus ad cavendum attendatur, auresque salutaribus consiliis præbeantur.

*Tribuenda auctoritas.]* Tanto magis persuasum fit, eorum consiliis esse obtemperandum.

7. *Neve adulari nos.]* Adulari et adulare aliquem veteres dicebant saepius, quam alicui.

*Tales enim nos esse.]* Multi tales enim nos tunc esse putamus. Meliores adverbium tunc merito repudiant. Non in secundis rebus solum, sed in adversis etiam, ob naturalem humano generi φιλαυτίαν, tales esse se putant homines, ut jure laudentur.

*Ex quo nascuntur innumerabilia peccata.]* Respexit illa Platonis de Rep. lib. v. p. 549. Hopper. Τέτο δὲ ξενικὸν λέγεται, ὡς φίλος αὐτῷ πῶς ἀνθρώπος φύσι τέ ξει, καὶ δρῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιότον. Τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἀμαρτημάτων, διὰ τὴν σφρόδεα ξεντεῖ φίλιαν, αἴτιος ἐκάστη γίγνεται ἐκάστοτε. κ. τ. λ. Conf. Plutarch. de Discrim. Am. et Adul. principio.

bilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hac tenus. Illud<sup>8</sup> autem sic est judicandum, maximas geri res et maximi animi ab iis, qui res publicas regant, quod earum administratio latissime pateat ad plurimosque pertineat. Esse autem magni ani-<sup>9</sup> mi, et fuisse multos etiam in vita otiosa, qui aut investigarent, aut conarentur magna quædam, seque suarum rerum finibus contine-  
rent: aut interiecti inter philosophos et eos, qui rem publicam administrarent, delectaren-  
tur re sua familiari, non eam quidem omni ra-  
tione exaggerantes, neque excludentes ab ejus usu suos: potiusque et amicis impartientes, et rei publicæ, si quando usus esset. Quæ pri-<sup>10</sup>  
mum bene parta sit, nullo neque turpi quæstu, neque odio: tum quam plurimis, modo di-

*Turpiter irridentur.] Deci-  
piuntur ab iis, a quibus se  
laudari putant.*

*8. Illud autem.] Tota hujus  
capitis pars reliqua, ab his  
verbis, Facciolato non suo lo-  
co posita videtur, quam ille  
eo retrahendam censet, ubi de  
politicis et otiosis agatur, ca-  
pite, opinor, xxi.*

*Maximas geri res et maximi  
animi.] Vide de hoc construc-  
tionis genere infra c. xxviii.  
6. et quæ dicta sunt ad Nep.  
Attic. viii. 2.*

*9. Suarum rerum finibus con-  
tinerent.] Publicis alienisque  
sebus se non immiscentes.*

*Interiecti inter philosophos.]*

Medium inter philosophos et  
eos, qui rem publicam adminis-  
trant, vitæ genus sestat, non  
uni rerum cognitioni dediti.

*Omni ratione.] Quacumque  
ratione, bonis-malisve artibus.*

*Potiusque.] Sed potius. Sæ-  
pe ita post negationem copula-  
tiva particula adversativæ  
vim accipit. Vide ad c. vii. 5.*

*Impartientes.] Ita in libris  
est pro *impertientes*, ut hodie  
loquimur. Similia sunt *detractare*, *adtractare*, *conspargere*,  
*infacetus*.*

*10. Nullo neque turpi quæ-  
stu.] Vide ad c. xx. 1. De  
turpi et odio: quæstu c. xlvi.  
2.*

gnis, se utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia: nec libidini potius luxuriæque, quam liberalitati et beneficiæ pateat. Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæ hominum amice.

XXVII. Sequitur, ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit: in qua verecundia, et quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum potest: Græce enim  $\omega\varphi\epsilon\pi\sigma\eta\tau$  dicitur. Hujus vis ea est, ut ab honesto non queat separari. Nam et

11. *Servantem licet vivere.]* Servans potest vivere. Vide ad c. vii. 1. lib. ii. 19. 11.

*Animosque.]* Non timide et abjecte, sine suspicione et metu.

*Simpliciter.]* Vivit simpliciter, qui animo est non maligno, subdolo, ficto, suspicaci, teeto; sed candide, aperte et bona fide cum aliis agit. Non enim vitii nomen umquam est *simplicitas*, ut vulgus nunc putat.

*Vitæ hominum amice.]* Disputum ut convenienter naturæ vivere, lib. iii. 3.

XXVII. 1. *Sequitur, ut dicendum sit.]* Id est, ut dicatur. Pro Leg. Manil. cap. 10. pr. “ Restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo dicendum esse videatur.” Ibid. c. 20. pr. “ Reliquum est, ut de Q. Ca-

tuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur.”

*De una reliqua parte.]* De ea parte, quæ sola reliqua est.

*In qua.]* Eam virtutem intelligit, quam Græci  $\omega\varphi\epsilon\sigma\sigma\eta\tau$  vocant, ipse modestiam et temperantiam supra dixit c. v. 2. moderationem Tusc. iii. 8.

*Et quasi quidam ornatus.]* Illud et referendum videtur ad ea quæ sequuntur, *temperantia et modestia, quasi quidam ornatus vitæ*. Platonis sententiam esse putant, e lib. iv. de Republ. post med. Κέσμος πά τις ἡ σωφροσύνη, γε ἡδονῶν τινας καὶ ἵπτυμιαν ἐγκέπτεια, ὡς φασιν.

*Rerum modus.]* Moderatio illa, quæ cavet, ne quid nimis.

2. *Hoc loco.]* In hac parte. Vide ad c. 6. pr.

*Ut ab honesto non queat separari]*

quod decet, honestum est; et quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti<sup>3</sup> et decori, facilius intelligi, quam explanari potest. Quidquid est enim, quod deceat, id tum appareat, cum antegressa est honestas. Ita<sup>4</sup> que non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco differendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, appareat. Nam et<sup>5</sup> ratione uti atque oratione prudenter, et agere, quod agas, considerate: omnique in re, quid sit veri, videre et tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente esse captum: et justa omnia decora sunt; injusta contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim viri<sup>6</sup> liter animoque magno sit, id dignum viro et decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. Quare pertinet quidem ad o<sup>7</sup> mnem honestatem hoc, quod dico, decorum: et ita pertinet, ut non recondita quadam ratio- ne cernatur, sed sit in promtu. Est enim quid<sup>8</sup> dam, idque intelligitur in omni virtute, quod deceat: quod cogitatione magis a virtute pot- est, quam re separari. Ut venustas et pulchri-<sup>9</sup>

*vari.]* Id est, ut nihil sit decorum, quod non idem sit honestum. Nihil enim decet, quod virtuti repugnet. Hoc si omnibus persuasum esset, non eos decori magistros maxime probarent, qui a virtute alienissimi, ac libidinum fere ministri sunt: quasi decore fieri

possint, quæ ipsa non decent.

*3. Antegressa est honestas.]* Græcum verbum ἀπογέννησις Latine expressit. Honestatem decori causam esse efficientem ait.

*5. Ratione uti.]* Quod pru- dentiae est.

tudo corporis secerni non potest a valetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum illud quidem est cum virtute confusum, sed mente et cogitatione distinguitur. Est autem 10 ejus descriptio duplex. Nam et generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: et aliud huic subiectum, quod 11 pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere definiri solet: decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ, in eo, in quo natura ejus a reliquis animalibus differat. Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut id decorum velint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali.

1. XXVIII. Hæc ita intelligi, existimare possumus ex eo decoro, quod poëtæ sequuntur: 2 de quo alio loco plura dici solent. Sed tum servare illud poëtas, quod deceat, dicimus,

9. *Totum illud quidem.*] Pleonasmus est hoc totum illud quidem. Cap. xxix. 8. "Ludo autem et joco uti illo quidem licet, sed sicut somno." Lib. ii. cap. vi. 9. "Quæ sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima."

10. *Ejus descriptio.*] Divisio, ut dictum est ad c. vii. 3.

*Aliud huic subiectum.*] Speciale, quod hoc comprehensum est. Proxime, quæ autem pars subiecta generi est.

12. *Moderatio.*] Quæ cavet, ne quando in dictis factisque

modus excedatur.

*Temperantia.*] Voluptatum moderatrix.

*Cum specie quadam liberali.*] Cum quadam elegantia, qualis est hominum liberaliter educatorum, et liberalibus artibus imbutorum, qui in omni sensu, oratione gestuve nihil insulsi, nihil absurdii et inconditi præ se ferunt.

XXVIII. 1. *Quod poëtæ sequuntur.*] Quod poëtæ adfendant, cuius studium poëtis est proprium. Vid. ad c. i. 6,

cum id, quod quaque persona dignum est, et sit, et dicitur. Ut, si Æacus aut Minos dicaret,

*Oderint, dum metuant;*  
aut,

*Natis sepulcro ipse est parens :*

indecorum videretur, quod eos fuisse justos accepimus. At Atreo dicente, plausus excitantur. Est enim digna persona oratio. Sed poëtæ, quid quemque deceat, ex persona judica-

2. *Æacus aut Minos.*] Æacus Jovis filius ex Ægina, Minos ex Europa esse dicebatur, uterque ea iustitiae inter homines cultæ fama, ut apud inferos cum Rhadamantho judicare mortuos credi potuerit. Vide ad cap. xii. 7.

*Oderint.*] Versus ex veteri tragœdia, Attii fortasse, vel, ut valgo dicitur, Accii, cuius *Atreus* a veteribus citatur. Est autem hoc dictum ex persona Atrei, regis Mycenarum, qui Pelopis et Hippodamiæ filius, Tantali nepos, Thyestis frater, Agamemnonis pater fuit. Is cum Thyesten fratrem, Aëropes conjugis suæ adulterum, in exsilium egisset, postea simulata reconciliatione revocasset: huic ipsius filios, ex Aërope susceptos, Tantalum et Plisthenem, comedendos apposuit.

*Ipse est parens.*] Accipienda sunt, tamquam proleta ex persona Atrei, non de ultione deliberantis aut minantis pœnam; sed scelera sua, quibus Thyesten ultus sit, superbe et

gloriose commemorantis. Conf. Senec. Thyest. v. 882. seqq. Verba ex eadem fortasse tragœdia desumpta, quam Cic. Tusc. iv. 36. sic adlegavit: “ Ut facile appareat, Atrei filios esse, ejus, qui meditatur pœnam in fratrem novam :

*Major mihi moles, majus misericordum malum,  
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.*  
Quæ igitur hæ erunt moles?  
Audi Thyesten ipsum :  
*Impius hortatur me frater, ut meos malis miser  
Manderem natos.*

Eorum viscera apponit. Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?”

*Plausus excitantur.]* A spectatoribus hoc dictum magno plausu excipitur, tamquam ex persona Atrei aptissime prolatum.

*Judicabunt.]* Ipsi judicent ex persona, quam suo arbitratu cuique accommodant. Nobis autem certam personam imposuit ipsa natura.

bunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia præstantiaque animalium reliquarum. Quocirca poëtæ in magna varietate personarum, etiam vitiosis quid conveniat, et quid deceat, videbunt: nobis autem cum a natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ sint; cumque eadem natura doceat non negligere, quem ad modum nos adversus homines geramus: efficitur, ut et illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fuisse fit, appareat; et hoc, quod spectatur in unoquoque genere virtutis. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod interficit omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine, et constantia, et moderatione diutorum omnium atque factorum. Adhibenda est igitur quædam reverentia adversus homi-

*Magna cum excellentia præstantiaque animalium reliquarum.]* Non excellentiam et præstantiam animalium intelligit, sed *hominum*: genitus vero animalium comparativus est, cuius vis præanimalibus. Græcorum more dictum videtur.

*4. Verecundiæ partes datæ sint.]* Natura nos jussit constantis, moderati, temperantis, verecundi personam agere.

*Adversus.]* Erga, ut n. 6. Vide ad c. 11. pr.

*Efficitur ut appareat.]* Dictum, ut faciendum est, ut mittam, ut respondeam, lib. ii. epist. xix. 4. lib. iii. epist. xii. pr. Est enim nihil aliud, quam *apparet hinc*. Vide ad c. xxxi. 2.

*5. Pulchritudo corporis.]* Lib. iv. Tusc. c. 13. “Ut corporis est quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo.”

*6. Adversus homines et opti-*

nes, et optimi cujusque, et reliquorum. Nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat, in hominum ratione<sup>7</sup> habenda, inter justitiam et verecundiam. Jus-<sup>8</sup> titiæ partes sunt, non violare homines: verecundiæ non offendere, in quo maxime perspicitur vis decori. His igitur expositis quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto. Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc pri-<sup>9</sup>

*mi.] Optimi cujusque* pendet a reverentia, quæ adhibenda est adversus homines. Non offendere debent diversi casus eidem substantivo reverentia juncti. Non raro constructionem ab optimæ notæ scriptoribus ita variari, multis exemplis docuerunt Perizonius ad Sanct. i. 18. i. Cortius ad Cic. epist. i. 7. 29. xi. 11. 3. Drakenb. ad Liv. xxxviii. 39. 10. Vide supra xxvi. 8.

*Optimi.] Nobilissimi, qui ex optimatum numero est. Reliqui ergo sunt minus honorati.*

*Negligere quid de se quisque sentiat.] Negligere sive non curare, quid de nobis alii sentiant, arrogantis non magis, quam dissoluti est. Id enim qui facit, et nimia sui opinione tumidus alios contemnit; et suæ famæ prodigus, ad omne flagitium proclivis est. Vide Læl. c. xvii. 2.*

*7. Est autem quod differat.]* Differat aliquantum, est aliqua differentia inter justitiam et verecundiam. Terent. ii. Andr.

vi. 17. "Sed est, quod succenset tibi." ii. Hec. ii. 31. "Est, quod me transire ad forum jam oporteat." Vide Vechner. Hellenolex. lib. ii. 10. p. 538.

*In hominum ratione habenda.]* Differat in præstanto aliis hominibus suo officio justitia et verecundia.

*8. Non violare.]* Injuria adficere, quod fraude non minus, quam vi solet fieri.

*Non offendere.]* Factis, dictis, gestibus aliis nos improbatos invisosque reddere, eorum voluntatem a nobis abalienare. Non recte alii, verbis et fraude alicui nocere. Hoc potius est violare. Eos etiam offendimus, quos non violamus, quibus nihil nocemus.

*9. Hanc primum habet vim.]* Ea ejus ratio est, ut maxime ducat nos ad id, quod naturæ convenit. Alii viam. Sed nomen vim quum ob alias causas reducendum duxi, tum quia ad verba hanc primum habet vim ἀκόδοσις refertur illa n. 10. sed maxima vis decori in

mum habet vim, quæ dederit ad convenientiam conservationemque naturæ: quam si sequemur ducem, numquam aberrabimus, consequemurque et id, quod acutum et perspicax natura est; et id, quod ad hominum confocationem accommodatum; et id, quod vehemens atque forte. Sed maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus. Neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui

*haec inest parte.* Perquam eleganter enim prisci deinde, quod post primum exspectari poterat, suppressimere solebant: nec tamen sententiam relinquiebant *ἀνυπαρκόδοτον*, sed eam interventibus particulis *autem, et, sed, vero,* interdum etiam sine tali particula, absolvebant. Noster supra c. xiv. 7. “Primum in eo peccant,” neque ita multa post sequitur “Inest autem in tali,” cet. De Or. ii. 57. “Sic ego nunc, Crasso audiente, primum loquar de facetiis, et docebo fus, ut aiunt, oratorem eum, quem,” cet. Ad Divers. ep. vii. 23. 6. “Primum ipsas ego Musas numquam tanti putasse.” Paucis interjectis, connectuntur illa: “Bacchis vero ubi est apud me locus?” Haud aliter Græci loquuntur: ut Xenophon Memor. Socr. ii. 1. Πεάτου μή γὰρ εἰ τωλέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντεῖς, — Εἳς δὲ τοτε γίνεται τις ὑποψία σπάντως κ. τ. 2. Lucas Evang. xii. 1. Πεάτου προσέκεται ταῦτα, unde pendent ista n. 4. Λίγα δὲ μηδὲ τοῖς φίλοις

*μουν. Μὴ φοβηθῆτε κ. τ. λ.* Vid. infra ii. 5. 5.

*Consequemurque et id.]* Ad sequemur. *Natura duce* (verba sunt Attici apud Cic. de Leg. i. 6. extr.) *errari nullo patho potest.* Eigo, qui naturam sequetur ducem, numquam aberrabit, eoque prudentiam, justitiam et fortitudinem non contetur s. persecetur solum, sed omnino has virtutes adsequetur.

*Quod acutum et perspicax est.]* Id est, perspicientiam veri et sollertia, ut loquitur ipse c. v. 2. *Natura i. e. essentia sua* sive substantia, ut philosophi nostrates loquuntur. Pro Marcello c. 3. “In victoria, quæ natura insolens et superba est.”

*Quod ad hominum confociationem accommodatum.]* Justitiam, quæ tuendæ hominum societati accommodata est.

*Quod vehemens atque forte.]* Fortitudinem, animi excelsi atque invicti magnitudinem et robur.

*10. Motus probandi.]* Laudandi.

item ad naturam accommodati sunt. Duplex est enim vis animorum atque natura: una pars in appetitu posita est, quæ est ὄρμη Græce, quæ hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quæ docet et explanat, quid faciendum fugendumque sit. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtemperet.

XXIX. Omnis autem ratio vacare debet te-  
meritate et negligentia: nec vero agere quid-  
quam, cuius non possit caussam probabilem  
reddere. Hæc est enim fere descriptio officii.  
Efficiendum autem est, ut appetitus rationi  
obediant, eamque neque præcurrant, nec pro-  
pter pigritiam, aut ignaviam deserant: sintque  
tranquilli, atque omni perturbatione animi ca-

11. *Duplex est enim.*] Particulæ, enim locus non satis aptus hic esse videtur. Puto, Ciceronem scripsisse *Duplex est autem.*

*Vis animorum atque natura.*] *Vim* et *naturam* sœpe jungit Cic. ut supra c. 6. pr. “In quos honesti naturam vimique divisimus.” Somn. Scip c. 9. “Nam hæc est natura propria animi atque vis.” De Divin. ii. 67. “Animorum est ea vis atque natura, ut vigeant vigilantes.” De Leg. lib. ii. c. 4. “Videamus vim naturamque legis.” Lib. i. de Orat. c. 44. “Cujus rei tanta est vis ac tanta natura.”

*Una pars.*] Cicero *partes animorum* dicit, quas facultates nostri appellant, et quæ Græcis sunt μίγη φυχῆς. Ita Aristoteles de Anima l. iii. c. 10.

Tois δὲ διαιρέσαι τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, τὰν κατὰ τὰς δυνάμεις διαιρέσωσι καὶ χωρίζωσι, πάρα πολλὰ γίνεται. Conf. Salmasium in Epietet. p. 184. seqq. et infra ii. 10. 11. Alibi noster *partes animorum affectus* vocat, ut in Oratore c. 4. “Quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur.” Hoc etiam mote Græcorum, de quo dixi ad Plutarch. de Liber. Educat. cap. xvii. 21.

XXIX. 1. *Omnis autem ratio.*] Alii niale *aatio*. Commodo dicitur *ratio vacare temeritate.* Nam et *ratio* cum Cornelio Nepote dici potest *temeraria ac demens*. Timoth. c. iii. 4. et Pausan. c. iii. 1.

2. *Præcurrant.*] Propter temeritatem.

*Omni perturbatione animi.*] Facciolatus, quia *appetitus* qua-

3 reant. Ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius evagantur, et tamquam exsultantes sive cupiendo, sive fugiendo, non satis a ratione retinentur, sed sine dubio finem et modum trans-eunt. Relinquunt enim et abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ: a quibus non modo animi perturban-tur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, mo-tus, statusque mutantur. Ex quibus illud in-telligitur (ut ad officii formam revertamur) ap-petitus omnes contrahendos sedandosque esse, excitandamque animadversionem et diligen-tiam, ut ne quid temere ac fortuitu, inconside-rate negligenterque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et ad jocum facti esse videamur: ad severitatem potius, et ad quædam studia graviora atque ma-

que pars animi sunt, delet hoc animi.

3. *Tamquam exsultantes.*] More ferocium equorum, de quibus c. xxvi. 5.

*Perturbantur.*] Perturbantur, in quibus aliquid ex statu, motu, ordine naturali mutatur.

4. *Ora.*] Vultus.

*Libidine.*] Cupiditate aliqua.

5. *Ad officii formam.*] Forma est descriptio, depicta alicujus

rei imago. Ait igitur, se redi-turum ad exprimendam officii formam, id est, ad illud descri-bendum, ad ea, quæ officio conveniunt, explicanda.

*Ac fortuitu.*] Vulgo fortuito.

6. *Ad severitatem potius.*] Particulam sed ejeci. Infra lib. iii. 13. 12. "Certe non aperi-ti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni: ver-suti potius, obscuri, astuti, fal-lacis," cet.

jora. Ludo autem et joco uti illo quidem li- 7  
cet: sed sicut somno et quietibus ceteris, tum,  
cum gravibus seriusque rebus satisfecerimus.  
Ipsumque genus jocandi non profum, nec 8  
immodestum, sed ingenuum et facetum esse  
debet. Ut enim pueris non oninem ludendi 9  
licentiam damus, sed eam, quæ ab honestis  
actionibus non sit aliena: sic in ipso joco ali-  
quod probi ingenii lumen eluceat. Duplex 10  
omnino est jocandi genus: unum illiberale,  
petulans, flagitiosum, obscenum; alterum ele-  
gans, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo 11  
genere non modo Plautus noster, et Atticorum

7. *Ilo quidem.*] Vid. cap.  
xxvii. 9.

*Quietibus ceteris.*] Plurali hoc  
usus est etiam Sallust. Catil.  
xv. 4. "Neque vigiliis, neque  
quietibus fedari poterat." Sic  
supra fortitudines dixit c. 22.  
extr.

8. *Profum.*] Modum ex-  
cedens nimium.

*Facetum.*] Quiutil. lib. vi.  
3. 20. "Facetum, ait, citra  
ridicula confistere, et esse de-  
coris magis et excultæ cujus-  
dam elegantiae appellationem."

Unde et Virgilio tribuit Horati-  
us lib. i. Sat. x. 44. qui o-  
mnium minime est ridiculus.

10. *Illiberale, petulans, fla-  
gitiosum, obscenum.*] Illiberali  
opponit elegans et urbanum;  
petulanti et flagitioso ingenio-  
sum; obsceno facetum.

11. *Plautus noster.*] Disser-  
tit a Cicerone et ceteris Horati-  
us, qui de eo ad Pisones v.  
270. ita:

*At nostri proavi Plautinos et  
numeros et  
Laudavere sales, nimium pa-  
tienter utrumque,  
Ne dicam stulte mirati: si  
modo ego et vos  
Scimus inurbanum lepido se-  
ponere dicto.*

Non suum, sed Augusti totius-  
que saeculi sui judicium pro-  
mere Horatius videtur Fr. Va-  
vassori de dictione ludicra fest.  
ii. c. 1. p. 175. ed. Lips. Vide  
Quintil. lib. x. c. 1. p. 913.  
ibique Burmannum.

*Atticorum antiqua comœdia.]*  
Vetus Atticorum comœdia ve-  
ris utebatur personis, atque  
eos ipsos in scenam produce-  
bat, quos populo deridendos  
præbere volebat. Ex iis, qui  
veterem comœdiam scripse-  
runt: unus superest Aristophanes:  
quem quo jure Cicer-  
ro in liberalis joci exemplum  
proponat, disquirit idem Vava-  
for de Lud. Dict. fest. i. c. 5.

antiqua comœdia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt; multaque multorum facete dicta; ut ea, quæ a sene Catone 12 collecta sunt, quæ vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui et illiberalis joci. Alter est, si tempore sit, remisso homine dignus; alter ne libero quidem, si rerum turpitude 13 adhibetur, aut verborum obscenitas. Ludendi etiam est quidam modus retinendus: ut, ne mimis omnia profundamus, elatique voluptate in

*Philosophorum Socraticorum.]* Ex quo numero sunt Xenophon in primis et Plato, a quibus rectius liberalis joci exempla petes, quam ab Aristophane et Plauto.

*[Ἀποφθέγματα.]* Dictiones vel dicta vocabant veteres ea, quæ facete, breviter et acute essent responsa. Cic. lib. ii. epistolarum ad Cornel. Nep. inter fragmenta Nepotis cap. v. 2.

*12. Tempore.]* Tempestive, suo tempore.

*Remisso homine dignus.]* Ingenuum jocum remisso et gravioribus curis vacuo homine dignum esse ait, id est, conviviis et aliis remissionibus convenire, minime vero rebus seriis; alterum ne libero quidem sine ingenuo, quamvis in rebus seriis non versante. Infra cap. xxxvii. 12. "Ac videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat; si jocosis leporem." Cap. xl. 7. "Turpe est enim valdeque vitiosum, in re severa convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre sermonem."

*13. Ut, ne mimis omnia profundamus.]* Quis nescit, plerique Romanorum quam insano studio mimis dediti fuerint? Nicolaus Damascenus, quem adlegat Athenæus<sup>1</sup>. vi. c. 17. Σύλλαν φοῖ τὸν Ῥωμαῖον ερετηγὸν ὅτῳ χαίρειν μήποις καὶ γελωτοκοιοῖς, φιλόγελων γενόμενος, ὃς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεται τῆς δημοσίου. Notus est ex Horat. Serm. i.

2. 55.

— *Marsæus, amator Ori-  
ginis, ille  
Qui patrium mimæ donat fun-  
dumque laremque.*

*Elatique voluptate.]* Proprie efferri est cursu longius, quam par erat, procedere. Liv. iii. 5. 6. "Furium legatum longius extulit cursus." Hinc eleganti metaphora dicitur de hominibus, quorum appetitus evagantes a ratione non satis retinentur. Cic. de Fin. v. 6. "Motus turbulenti, jactationesque animorum incitatæ, et impetu inconsiderato elatæ, rationem omnem repellentes." Ibid. "Elatus ille levitate,

aliquam turpitudinem delabamur. Suppedi-  
tant autem et campus noster, et studia vénandi,  
honesta exempla ludendi.

XXX. Sed pertinet ad omnem officii quæ-  
stionem semper in promptu habere, quantum  
natura hominis pecudibus reliquisque beluis  
antecedat. Illæ nihil sentiunt, nisi volupta-  
tem, ad eamque feruntur omni impetu: homi-  
nis autem mens discendo alitur et cogitando,  
semper aliquid aut anquirit aut agit, videndi-  
que et audiendi delectatione- ducitur. Quin 3  
etiam si quis est paullo ad voluptates propen-  
sior, modo ne sit ex pecudum genere (sunt  
enim quidam homines non re, sed nomine)  
sed si quis est paullo erector, quamvis volunta-

inanique lætitia exsultans, et  
temere gestiens." Sueton. Ca-  
lig. c. 54. "Canendi ac sal-  
tandi voluptate ita efferebatur,  
ut ne publicis quidem specta-  
culis temperaret, quo minus  
et tragœdo pronuntianti conci-  
neret, et gestum histrionis,  
quasi laudans vel corrigens,  
effingeret."

14. *Campus noster.*] Martius campus, urbi subjacens  
ad Tiberim, ubi juventus pi-  
la, disco, currando, luctando,  
jaculando, equitando, auri-  
gando et natando exerceri so-  
lebat. Vide Horat. lib. i. Od.  
8. lib. iii. Od. 7. Epist. i. 18.  
54.

*Studia venaydi.]* Venatio,  
eeci Romani admodum dediti  
erant. Unde Horat. lib. i.  
epist. xviii. 48. eam vocat *Ro-  
manis sollemne viris opus*; Plin.

Paneg. c. 81. "Experientiam  
juventutis et voluptatem."

XXX. 1. *Pertinet ad omnem  
officii questionem.*] Quoties,  
quid nostri officii sit, quaerimus,  
considerandum est, quantu-  
m natura hominis multis  
animantibus antecellat.

2. *Discendo alitur.*] Vide c.  
iv. 5. lib. v. Tusc. c. 23. "Al-  
terius mens rationibus agitan-  
dis exquirendisque alebatur  
oblectatione sollertiae, qui est  
unus suavissimus pastus ani-  
morum." Adde lib. v. Tusc.  
c. 18.

3. *Sed si quis est paullo ere-  
ctor.*] Sed interruptam paren-  
thesi orationem continuat, ut  
autem cap. i. 3. ubi plura di-  
xi. Lib. ii. ad Q. F. epist. 3.  
"Qui ut peroravit (nam in  
eo fane fortis fuit) sed ut per-  
oravit, surrexit." Plin. lib. v.

te capiatur, occultat et dissimulat appetitum  
 4 voluptatis, propter verecundiam. Ex quo in-  
 telligitur, corporis voluptatem non satis esse  
 dignam hominis præstantia, eamque contemni  
 et rejici oportere: fin sit quispiam, qui aliquid  
 tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse  
 5 ejus fruendæ modum. Itaque vi<sup>t</sup>ius cultusque  
 corporis ad valetudinem referatur, et ad vires,  
 6 non ad voluptatem. Atque etiam si confide-  
 rare volumus, quæ sit in natura excellentia et  
 dignitas; intelligimus, quam sit turpe diffluere  
 luxuria, et delicate ac molliter vivere: quam-  
 que honestum parce, continenter, severe, so-  
 7 brie. Intelligendum etiam est, duabus quasi  
 nos a natura indutos esse personis: quarum  
 una est communis, ex eo, quod omnes partici-  
 pes sumus rationis præstantiæque ejus, qua an-

epist. iii. 5. "An ego verear  
 (neminem viventium nomi-  
 nabo) sed ego verear, ne me  
 non satis deceat, quod decuit  
 M. Tullium?"

*Paullo erectior.]* Non uni  
 ventri mancipatus, sed paullo  
 sublimiori prædictus animo,  
 quo carent illi, qui pecudum  
 ritu voluptates corporis tan-  
 tum sequuntur, et quasi proni  
 in terram spestant.

*4. Rejici.]* Libri vetusti *rei-*  
*ci*, quod Ciceronis æqualibus  
 disyllabum erat. Neque enim  
 adsentior Ricciolo in Prosfod.  
 Reform. verbum *reicit* in tri-  
 brachyn resolventi.

*5. Ad valetudinem referatur.]*  
 Corpus pascendum, et curan-

dum est, ut valeat et ad labo-  
 rem ferendum firmum sit: is-  
 que finis esse debet *victus* et  
*cultus*, non voluptas. Recte  
 verbum singulare numero se-  
 quitur duo substantiva singu-  
 laria. Supra c. xxiii. 7. "Cum  
 tempus necessitasque postu-  
 lat."

*6. Intelligimus.]* Construe:  
 "Atque etiam intelligimus,  
 quam sit turpe, &c. si coñsi-  
 derare volumus, quæ sit in  
 natura," &c. Ne tibi falso per-  
 suadeas, verba *si considerare*  
*volumus*, quæ prægressa sunt,  
 idem sonare, quod *si considera-*  
*bimus*.

*7. Ex eo.]* Secundum id,  
 ideo.

tecellimus bestiis, a qua omne honestum decorumque trahitur, et ex qua ratio inveniendi officii exquiritur: altera autem, quæ proprie singularis est tributa. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem) sic in animis existunt majores etiam varietates. Erat in L. Crasso,<sup>9</sup> in L. Philippo multus lepos: major etiam magisque de industria in C. Cæfare, L. F. At iisdem temporibus in M. Scauro et in M. Druso

*A qua omne honestum decorumque trahitur.]* Vid. n. 1. et cap. xxviii. 3.

*Et ex qua.]* Quomodo ex ratione atque ea præstantia, qua antecellimus bestiis, *ratio inveniendi officii* exquiratur, ostendit supra c. 4.

*8. In formis.]* Hoc pendet ab *inesse*.

*Dignitatem.]* Virilem, ut *venustas* mulierum maxime est.

*9. Erat.]* Sic Cicero loquitur de iis, quos antea quidem vidit, sed qui jam non supersunt. *L. Crassus*, orator, cos. a. 658. mortuus est anno Ciceronis 16. U. C. 662. (vid. *Excursum* iii.) eodem, quo *L. Marcius Philippus* cos. fuit. *C. Cæsar Strabo*, cuius pater *Lucius* fratrem habuit avum Cæsaris Dictatoris, aedilitatem curulem non supergressus est, quam gessit *L. Crasso* contule: occisus cum fratre *Lucio* consulari *Cinnano* tumultu a. 666. De *Crasso* testatur *Cic. de Or.*

ii. 54. “Non enim fere quisquam reperietur, præter hunc in utroque genere leporis excellens, et illo, quod in perpetuate fermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est.” *De Marcio*, qui inter oratores numeratus est proximus Crasso nostro et M. Antonio, triumviri avo, *Cic. Brut.* c. 47.

“Erat in eo summa libertas, multæ facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis.” *De Cæsare* ibid. c. 48. “Qui facetiis superioribus et æqualibus suis omnibus præstabilit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo umquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior.”

*Magisque de industria.]* Non a natura datus, ut in Crasso et Philippo, sed studio et arte paratus.

*M. Scauro.]* *M. Æmilius Scaurus*, princeps ille senatus, de quo dictum ad c. xxii. 8.

adolescente singularis severitas, in C. Lælio multa hilaritas, in ejus familiari Scipione ambitio major, vita tristior. De Græcis autem dulcem, et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἰρωνεῖα Græci nominaverunt, Socratem accepimus:

Qua gravitate fuerit, docet in Brut. c. 29. "In Scauri oratione, sapientis hominis et recti, gravitas summa, et naturalis quædam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret."

*M. Druſo.]* Qui tribunus pl. ferro interfectus est, cum le gem de civitate sociis danda promulgasset, anno eodem, quo L. Crassus orator obiit. Patrem *Marcum* habuit, de quo Cic. Brut. c. 28. "M. Drusus, C. filius, qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum, fregit, vir et oratione gravis et auctoritate." Lege de nostro Vellei. Paterc. lib. ii. c. 13. Liv. ep. 70. Cic. lib. iii. de Nat. Deor. c. 32. Noster et ille Livius Drusus, qui Liviam Augustam genuit, fratres patrueles fuerunt.

*C. Lælio.]* Quem de amicitia disputationem fecit in Lælio, Scipionis Africani minoris æqualem. Hunc Cicero non vidit: de eo vero pro Muren. c. 31. "Quis C. Lælio comior, quis jucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior, sapientior?"

*Ambitio major.]* Ciceroni ambitio id sæpe est, quod gravitati opponitur, aliis placendi studium, captandæ vulgaris

benivolentiae contentio, cum infimis plerumque se exæquans. Nec ei ignotum erat, Scipionem εἰρωνεῖα dictum esse, aliis scilicet tribuentem, quod sibi detraheret. Erat ergo in eo *ambitio major*, quam in Lælio, in quo naturalis comitas: cum Scipioni, cuius vita tristior, ea potius affectata esset.

*Vita tristior.]* Severior, quod et a Valerio Max. testatum est lib. ii. 7. 1.

10. *Simulatorem, quem εἰρωνεῖα.]* Lib. iv. Acad. cap. 5. "Cum aliud diceret, [Socrates] atque sentiret, libenter ut solitus est ea dissimulatōne, quam Græci εἰρωνεῖα vocant." Constat, Socratem ob id potissimum, quod scientiam dissimulabat, εἰρωνεῖα appellatum esse, eoque dissimulatōrem recte vocari. Sed idem, quemadmodum scientiam dissimulabat, ita se omnium rerum inscium fingebat et rudem, ut est apud Cic. in Bruto cap. 85. Et Quintilianus ix. 2. 46. interprete dictus est εἰρωνεῖα, id est agens imperitum, et admirator aliorum tamquam sapientum. Hæ vero sunt simulatoris descriptiones. Adsentior igitur Aldo Manutio, qui dissimulatōrem hunc eodem jure simulatorē dici posse existimat.

contra Pythagoram et Periclem summam auctoritatem consecutos, sine ulla hilaritate. Cal- 11 lidum Hannibalem ex Pœnorum; ex nostris ducibus Q. Maximum accepimus, facile celare; tacere, dissimulare, insidiari, præcipere hostium consilia. In quo genere Græci Themis- 12 stoclem et Pheræum Jasōnem ceteris anteponunt: in primisque versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita ejus esset, et plus aliquanto rei publicæ prodeisset, furere

*Et Periclem.*] Cimonis æqualem. De cuius auctoritate Thucyd. lib. ii. p. 69. Steph. interprete Valla: “Cum ille polliceret dignitate atque consilio, et pecunia incorruptus esset, libere multitudinem continebat, nec magis illi se comitem, quam ducem præbebat. Nec enim adeptus per illicita potentiam, aliquid ad voluptatem loquebatur, sed is erat, qui ob dignitatem iracunde aliqua in re contradicere posset. Quoties itaque intelligebat, eos quidpiam intempestive ferociusque conantes, orationis acrimonia deterrebat.— Denique verbo quidem popularis status rei p. re autem ipsa penes primarium virum principatus erat.” Plutarch. in Pericle scribit, eum convivia et omnem id genus conitatem atque convictum plane vitasse, adeo, ut toto eo tempore, quo in re p. versatus est (xL autem totos annos primas partes obtinuit) ad nullius amicorum cœnam venerit.

11. *Præcipere hostium con-*

*filia.*] *Præcipere* est præsentire, prævidere, προσεπλάνειν. Sic c. 23. “*Præcipere* cogitatione futura.” Lib. v. epist. 16. “Id nos præcipere consilio prudentiaque debemus.” Alii *præcipere*, quod interpretari possis prævenire et præveniendo irritum facere. Apud Senec. Thyest. v. 1104. Atreus fratri dicit:

*Scio, quid queraris. Scelere prærepto doles.*

12. *Pheræum Jasōnem.*] Tyrannum Pherarum in Theffalia, de cuius prudentia Xenophon lib. vi. Ἐλληνικ. med. et Diodor. Sicul. lib. xv. Valer. Max. lib. ix. c. 10. extr.

*In primisque versutum et callidum factum Solonis.*] Hæc referenda sunt ad præcedentia ceteris anteponunt. Quam eleganter ceteris hominibus comparetur factum Solonis, supra declaravimus ad c. xxii. 7.

*Plus aliquanto.*] Id est, plus multo. Sæpe in tali dicendi forma comparativi præponuntur. Ad Attic. v. 21. extr. “*Litteras tuas minus paullo*

13 se simulavit. Sunt his alii multum dispare, simplices et aperti; qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici; itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum, quod velint, consequantur: ut Sullam et M. Crassum vide-  
 14 banius. Quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus; contraque Callicratidam, qui præfetus classis proximus post Lysandrum fuit.  
 15 Itemque in sermonibus alium quem, quamvis

*exspecto, quam si.*" Ibid. viii.  
 11. "Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut." Liv. iii. 2. 10. "Prior aliquanto constituit Romana acies." Idem xxiii. 40. 14. "Plus tamen hominum aliquanto captum, quam caesum est."

*Furere se simulavit.]* Vide Justin. lib. ii. 7.

13. *Ex occulto, nihil de insidiis.]* Solent optimi scriptores variare præpositiones. Cic. i. ad Div. ep. 1. "Cum summa testificatione tuorum in se officiorum, et amoris erga se tui." Liv. xlvi. 24. 4. "Ob nullam aliam caussam, nisi propter constantem fidem."

*Ut Sullam et M. Crassum.]* Sullam alios coluisse docent Sallust. Jug. 95. et 96. (ubi Cortius legendus est p. 852.) et Plutarchus in Sulla p. 455. ubi adfirmat, moris Sullæ suffisse, colere eos (*Σιγαπεύειν, inservire iis*) quos fibi utiles duxerit: quibus artibus idem populi gratiam quæsierit, legas pag. 453. quas contumelias

perpeccus, quanta indulgentia in milites fuerit, pag. 454. seq. Unde cum Lysandro a Plutarcho etiam comparatur. De M. Crasso legimus apud Plutarch. in ejus Vita p. 544. D. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀπίντησε τρωμάτων ἀδόξων καὶ ταπεινῷ Κέασσος, ὃν ἀσπασμένον οὐκ ἀντιτροσηγένεστε εἰς ὄντας. Ibid. p. 546. D. Δεινότατος δὲν Κέασσος πάντας ἀθεράπεις κολακεῖα κατέργασθαι.

14. *Callicratidam.]* Cum Lyfander antea Cyro minori adsentatus tantum pecuniæ ab eo obtinuisse, quantum ad bellum gerendum optabat: Callicratidas, ad eumdem postea veniens, nec protinus admissus, sed in tertium diem dilatus, impatiens tantæ moræ, infectis rebus discessit, indignum se suaque gente ratus, pecuniæ causa barbaris adulari. Xenoph. lib. i. Ελληνικ. sub fin.

15. *Alium quem.]* Id est, aliud aliquem. Verbum accepimus ex prioribus intelli-

præpotens fit, efficere, ut unus de multis esse videatur: quod in Catulo, et in patre, et in filio, idemque in Q. Mucio Mancia vidimus.  
 Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in 16  
 P. Scipione Nasica: contraque patrem ejus, illum, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis: ne Xenocratem quidem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam magnuni et clarum fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudi- 17

gendum est. Hand obstat, quod sequitur tempus præsens, fit et videatur. Neque enim ejusmodi præteritis imperfecta conjunctiui necessario subjiciuntur. Terent. Andr. iii. 4. 7. "Tandem cognosti, qui siem." Cicer. Catilin. iv. 8. "Nulli sunt inventi—qui non —salvum esse velint." Pro Dejot. c. i. extr. "Exortus est servus, qui, quem in ecclleo appellare non possit, eum accuset solutus."

\**Unus de multis.*] Qui parum ceteris jure et honore contentus fit, nil præ aliis sibi arrogans. Græci ἕν τὸν πολλῶν dicunt. Lucian. in Somnio pag. 7. Τῶν ἐξ τῆς πολλῶν δῆμος εἷς. Cic. Brut. cap. 79. "Qui non fuit orator unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit." Plin. lib. i. ep. 3. "Unus ex multis."

*Et in patre, et in filio.*] De filio vid. supra c. xxii. 8. Pater Q. Lutatius Catulus, C. Marii quartum consulis collega et ejusdem auxilio, Cimbrorum in campis Raudiis vi-

ctor, ab eo proscriptus periit a. 666.

*Q. Mucio Mancia.*] Mancia non unius gentis cognomen fuit, *Æliae*, *Curtiliæ*, *Helviæ*. Hujus vero Manciæ nulla apud alios est mentio.

16. *Scipione Nasica.*] Sera-pionis filio, quinque annis ante Ciceronem natum in consulatu mortuo. Vid. supra c. xxii. 9.

*Ne Xenocratem quidem, severissimum philosophorum.*] Non temere Heumannus quinque hæc verba deletum it. Neque enim cum verbo fuisse apte cohærent, et facile ab aliquo in margine adscribi potuerunt, qui Græcum exemplum deesse noluit. Ceterum Xenocrates Chalcedonius, cum Aristotele Platonis fuit discipulus, Academiæ post Speusippum principes. A meretriciis Phrynes illecebris et Philippi Alexandrique regum donis pariter invictus, tantaque inter cives auctoritate, ut eum inter testes jure jurando adigendos solum jurare non permiserint, quod injurato crederent.

nes sunt naturæ morumque, minime tamen vituperandorum.

- 1 XXXI. Admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilis decorum illud, quod quærimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus : ea tamen conservata, propriam naturam sequamur ; ut, etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur
- 3 Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quidquam sequi, quod assequi non queas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet *invita*, ut aiunt, *Minerva*, id est, adversante et repugnante natura.
- 4 Omnino si quidquam est decorum, nihil est profecto magis, quam æquabilitas universæ vi-

*XXXI. 1. Sua cuique.]* Aliis locis maluit *sua cujusque*. C. vii. 4. lib. ii. c. xxii. 10.

*2. Sic enim est faciendum, ut nihil contendamus.]* Nihil est contendendum contra naturam universam. Pleniori modo multum delectatus est. Vid. supra ad c. xxviii. 4. Lib. x. epist. 17. “Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret.”

*Contra universam naturam.]* Huic opponit *propriam*, quam sequi licet, nisi illa universæ naturæ, quæ omnibus communis est, repugnet, id est, nisi fuerit vitiosa, honesto et decoro adversaria. In verbis

*universam naturam et propriam naturam non displicuit Ciceroni repetitio.* In Verr. i. 46. “Totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romæ solet.” Lib. xiii. ad Divers. ep. 58. “Is caussam habet, quam caussam ad te deferet.” Vid. supra xx. 10.

*Studia nostra naturæ regula.]* Fortasse scriptum fuit, *nos studia nostra nostra naturæ regula metiamur.* Cicero certe præcipit, ut *propriæ naturæ regula* nos metiamur, id est, ut ea sequamur, quibus nos maxime natos sciamus.

*3. Neque enim attinet.]* Non convenit, non opus est.

tæ, tum singularum actionum; quam conser-  
vare non possis, si aliorum naturam imitans  
omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus 5  
uti, qui natus est nobis, ne, ut quidam, Græca  
verba inculcantes jure optimo rideamus: sic  
in actiones omnemque vitam nullam discre-  
pantiam conferre debemus. Atque hæc diffe- 6  
rentia naturarum tantam habet vim, ut non-  
numquam mortem sibi ipse consciscere aliis

5. *Qui natus est nobis.*] Ser-  
mo, qui natus est nobis, idem  
est, qui a Curtio vi. 10. 23.  
*natus sermo* vocatur. Suavi  
metaphora *nasci nobis* dicun-  
tur, quæcumque domi habe-  
mus, neque aliunde sunt ar-  
eessenda. Cic. Lucull. cap. 25.  
“*Desine, quæso, communis-  
bus locis, domi nobis ista na-  
scuntur.*” De Orat. iii. 38. si-  
mili translatione dicuntur *ver-  
ba, quæ ab eo, qui dicit, ipso  
gignuntur, ac fiunt.* Ibidem  
*verba nata* opponuntur *ex con-  
junctione factis.* Quam sibi  
displaceat patriis verbis inter-  
niscere foris petita, Cicero  
testatur etiam Tusc. Quæst. i.  
8. “*Scis enim, [inquit] me  
Græce loqui in Latino sermo-  
ne non plus solere, quam in  
Græco Latine.*”

*Græca verba inculcantes.*] *Inculcare* Ciceroni est immis-  
cere, ingerere, infercire, inepte  
interponere. Quod vitium hic  
Cicero reprehendit, Juvenalis  
etiam in feminis maxime de-  
ridet Sat. vi. 185.

*Nam quid rancidius, quam  
quod se non putat ulla  
Formosam, nisi quæ de Tufca*

*Græcula facta est,*  
*De Sulmonensi mera Cecro-  
pis? Omnia Græce:*  
*Cum sit turpe magis nostris  
nefcire Latine.*  
*Hoc sermone pavent, hoc iram,  
gaudia, curas,*  
*Hoc cuncta effundunt animi  
secreta.*

6. *Mortem sibi ipse conscisce-  
re alius debeat.*] Hanc Stoico-  
rum sententiam defendens ip-  
se Uticensis Cato inducitur de  
Finib. iii. 18. Vereor autem,  
ne Cicero immeritis laudibus  
cumuletur a plerisque propter-  
ea, quod in Somnio Scipio-  
nen ita disputantem fecerit:  
“*Piis omnibus retinendus est  
animus in custodia corporis;  
nec injussu ejus, a quo ille est  
vobis datus, ex hominum vita  
migrandum est.*” Quomodo  
hæc intelligi voluerit, satis di-  
lucide exposuit quum alibi,  
tum Tusc. i. 30. Cat. Maj. xx.  
1. et 6. Socratem sequi vide-  
tur, qui in Phædone Platonis  
f. 6. “*Ιως τοίνυν ταύτην οὐκ ἀ-  
λογον, inquit, μὴ πρότερον εὑ-  
τὸν ἀποκτινύναι δεῖν, περὶ ἀνάγ-  
κην τινὰ ὁ Δεὸς ἐπιτίμηψῃ, ἀσ-  
πειρ καὶ τὴν υῦν ἡμῖν παρεοῦσαν.*

debeat, alius in eadem causa non debeat.  
 7 Num enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt? At qui ceteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores: Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permanisset, moriendum potius, quam tyranni vultum a spiciendum fuit. Quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno, cum et mulieribus (si Circe et Calypso mulieres appellandæ sunt) in-

Socratis illam ἀνάγκην respetit Plinius lib. i. epist. 12. n. 3. "Corellum quidem summa ratio, quæ sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium compulit, quamquam plurimas vivendi causas habentem."

7. *M. Cato.*] Uticensis, qui prælio superatus a Cæfare, ne vivus in ejus potestatem perveniret, aut supplicare victori cogeretur, Uticæ in Africa manus fibi intulit. Hirt. Bell. Afric. c. 88. Laetant. lib. iii. 18. 8.

*Se interemissent.*] Non ergo germanismus est *se interimere, occidere.* Hirtius i. l. *animo praesenti se interemit.* Laetantius lib. iii. 18. 6. *se necare dixit.*

*Tribuisset.]* Vid. ad c. iv. 1. *Tyra[n]ni.]* Cæsarem hoc nomine mortuum appellat, ut sepius in his libris.

*Vultum aspiciendum fuit.]*

Hoc suggerit optimus liber MS. Gerundio bene convenit accusativus. Cic. epist. ad Div. v. 17. extr. "Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam." Cat. Maj. c. 2. extr. "Viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum fit."

8. *Ulixes.*] Et codices, et docti viri ita scribunt.

*In illo errore diuturno.]* Decennali. Ovid. lib. iv. ex Pontio epist. x. 9.

*Exemplum est animi nimium patientis Ulixes,*

*Ja[ne]tus dubio per duo lustra mari.*

Vide de illo errore Hygin. Fab. 125.

*Circe et Calypso.]* Circe, Solis filia, a qua Ulixis comites in bestias mutati sunt: Calypso Atlantis filia, nympha, a qua toto anno retentus est. Eas non deas, ut poëtæ, sed monstra videri vult Cicero,

serviret, et in omni sermone omnibus affabilem et jucundum se esse vellet? Domi etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret. At Ajax, quo animo traditur, millies oppetere mortem potius, quam illa perpeti maluisset. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid 9 quisque habeat sui: eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant. Id enim maxime quemque decet, quod est cujusque maxime suum. Suum quisque igitur noscat inge- 10 nium, acremque se et bonorum, et vitiorum suorum judicem præbeat, ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ. Illi enim 11 non optimas, sed sibi accommodatissimas fab' -

cum dubitat, an mulieres appellandæ sint.

*Ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret.]* Pro perveniret. Eleganter verbum simplex compositi vice fungitur. De Fato c. 19. "Quoniam utriusque—ad cumdem exitum veniunt."

*Ajax.]* Telamonis filius, ferventissimi animi dux Græcorum, qui tandem furore concitatus suo sibi gladio interiit.

*Mortem potius,—maluisset.]* Scriptoribus ætatis aureæ valde usitatus erat pleonasmus *potius nolle*. Noster Divin. in Cæcil. c. 6. "Se ab omnibus desertos potius, quam a te defenso esse malunt." Vide Vechneri Hellenolex. lib. i. part. ii. c. 6. p. 168.

9. *Quid quisque habeat sui.]*

Eleganti Græcismo *quid sui* dicitur pro *quid suum*. Terent. Adelph. ii. 1. 24. "Tetigine tui quidquam?" Horat. Od. iv. 13. 18.

— *Quid habes illius, illius,  
Quæ spirabat amores,  
Quæ me surpuerat mihi?*

*Quam se aliena deceant.]* An recte et decore alios sui dissimiles imitari possit.

*Cujusque maxime suum.]* Vid. cap. vii. 4.

10. *Scenici.]* Histriones, coœdi, tragœdi, pantomimi, et quicumque fabulas in scenis agunt, genus hominum levissimum, et apud Romanos, non invisum quidem, sed tamen in nullo honore umquam habitum.

11. *Fabulas.]* Comœdias, tragœdias.

las eligunt. Qui voce freti sunt, Epigonos Medumque: qui gestu, Menalippam, Clytæmnestram: semper Rupilius, quem ego memini,  
 12 Antiopam; non saepe Æsopus Ajacem. Ergo histrio hoc videbit in scena, non videbit sapiens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, si non decore, at  
 13 quam minime indecora facere possimus. Nec tam est enitendum, ut bona, quæ nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus.

1 XXXII. Ac duabus iis personis, quas supra dixi, tertia adjungitur, quam casus aliqui, aut tempus imponit: quarta etiam, quam nobis met ipsi judicio nostro accommodamus. Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiæ,

*Epigonos.*] Attii tragediam clamorosam, ita dictam ab *τριγόνοις*, sive posteris eorum, qui ad Thebas cum Polynice, Cœdipodis filio, occubuerant. Hi cum Thersandro Polynicis filio, Alcmæone duce Thebas expugnaverunt.

*Medumque.*] *Medus* fuit Pacuvii tragedia; *Menalippa* et *Clytæmnestra* Attii; *Antiopa* Pacuvii vel Livii Andronici (uterque enim hujus nominis tragediam scripsit); *Ajax* Ennii vel Livii. *Menalippa* et *Antiopa* fuere Amazones, ab Hercule et Theseo raptæ.

*Rupilius.*] Histrio, quem ad-

huc puer vidit Cicero.

*Æsopus.*] Tragedus Ciceroni etiam probatus et familiaris. Vide eum lib. vii. epist. i. 5. et 14. lib. i. ad Q. F. epist. ii. 4. Ajacis Telamonii infanos clamores imitari difficile erat Æsopo, homini sedato et temperato.

XXXII. 1. *Quas supra dixi.*] Cap. xxx. 7.

*Casus aliqui.*] Sic iii. 7. 1.

2. *Nobilitates.*] Pluralis rarius, quo tamen eodem usus est Tacit. Annal. xii. 20. 1. Ita *fortitudines* ipse Cicero supra c. 22. extr. ubi similia adnotata sunt.

opes, eaque, quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant; ipsorumque virtutum in alia aliis mavult excellere. Quorum vero patres, aut majores aliqua gloria præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere: ut Q. Mucius, P. F. in jure civili; Paulli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui, cum belli

*In casu sita.*] Quia non in nostra, sed in fortunæ potestate sunt, pendentque ex antiquitate temporum mutatione.

3. *Se alii ad philosophiam.*] Præter grammaticam philosophia, eloquentia et jus civile sola illis temporibus Romanorum studiis digna habebantur. Grammaticam tamen haud facile quicquam tum profitebatur, qui esset ingenuus, etsi primos annos omnes illi discendi causa tribuerent.

*Ipsorumque virtutum in alia.*] In alia virtute alius vult magis excellere: cum alii fortitudine, alii justitia, alii prudenter præstare ceteros malint.

4. *Quorum vero patres.*] Vide pro C. Rabir. Post. c. i. extr. ubi eadem fententia Africani, Maximi, Decii exemplis de-

claratur.

*Q. Mucius.*] Cognomine Scævola, pontifex, Ciceronis in jure civili præceptor, consul a. 658. cum L. Crasso. Cicero apponit *P. F.* ut dignocatur a Q. Mucio, *Q. F.* augure. De Or. i. 3. "Juris peritorum eloquentissimum et eloquentium juris peritissimum" eum vocat. Pater *Publius* et ipse juris peritus fuit, P. Crassi Muciani frater. Vid. ii. 13. 12. et Excursum ii.

*Paulli filius.*] Æmilii Paulli filius, qui ab Africano adoptatus est. Eum *Romanorum Atticum* vocat Quintil. lib. xii. cap. x. 39.

5. *Timotheus.*] Cornel. Nep. in *Timoth.* c. i. Præceptore usus est Isocrate. Cic. lib. iii. de *Orat.* c. 34.

laude non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem, doctrinæ et ingenii gloriam adjecit.  
 6 Fit autem interdum, ut non nulli, omissa imitatione majorum, suum quoddam institutum consequantur: maximeque in eo plerumque elaborent ii, qui magna sibi proponunt, obscuris orti majoribus. Hæc igitur omnia, cum quærimus, quid deceat, complecti animo et 8 cogitatione debemus. In primis autem constituendum est, quos nos, et quales esse velimus, et in quo genere vitæ: quæ deliberatio 9 est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cum est maximus imbecillitas consilii, tum id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime adamavit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare.  
 10 Nam quod Herculem Prodicium dicunt (ut est

*6. Consequantur.]* Explica sequantur, persequantur. De Legib. ii. 7. extr. "Eum momrem igitur cum brevitate, si potero, consequar."

*8. Quos nos et quales esse velimus.]* Qui et quales esse velimus. Mature statutum cuique debet esse, primum ad summa contendere, an in mediis subsistere malit: deinde quibus artibus et laudibus aliis vel omnibus, vel pluribus, præstare velit: tum in quo vitæ genere, privato, an eo, quod in republ. gerenda versatur.

*9. Ineunte enim adolescentia.]*

Quam primum toga virilis sumta est. Tum enim aut in forum deducebantur, aut miliaribus studiis se dabant, aut agro colendo vacare incipiebant.

*Adamavit.]* Quo maxime delectatur.

*10. Quod Herculem Prodicium dicunt.]* Prodicus scriptor fuit Cous, Athenis nobilitatus, qui, ut est apud Xenoph. Memor. Socr. lib. ii. princip. hæc de Hercule facta prodidit. Est ergo *Hercules Prodi*cus, Hercules apud Prodicum, ut *Hercules Xenophontes* lib. v. epist. xii. *11. Terentianus Phormio*

apud Xenophontem) cum primum pubesceret (quod tempus a natura ad diligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cernebat vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset; hoc Herculi, Jo- 11 vis satu edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui initiamur, quos cuique vi- sum est, atque ad eorum studia institutaque im- pellimur. Plerumque autem, parentium præ- 12 ceptis imbuti, ad eorum consuetudinem mo- remque deducimur. Alii multitudinis judicio feruntur, quæque majori parti pulcherrima vi- dentur, ea maxime optant. Non nulli tamen 13 sive felicitate quadam, sive bonitate naturæ, sive parentium disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam.

XXXIII. Illud autem maxime rarum genus 1  
est eorum, qui aut excellente ingenii magnitu-  
dine, aut præclara eruditione atque doctrina,  
aut utraque re ornati, spatum etiam delibe-  
randi habuerunt, quem potissimum vitæ cur-

pro Cæcin. c. 10. Terentianus  
*Chremes* supra c. 9. *Senex Cæ-*  
*cilianus* pro Rose. Amer. c. 16.

*Jovis satu edito.]* Satu pro  
semine. Videntur veteris ali-  
cujus poëtæ verba esse, Græ-  
corum æmula. Illi enim στεί-  
ξειν generandi significatione di-  
cunt. Cic. de Univ. c. 11.

“ Oceanum Salaciamque Cœ-  
li satu Terræque conceptu ge-

neratos editosque memore-  
mus.”

12. *Plerumque autem.]* Sic  
maximam partem ad injuriam  
faciendam aggrediuntur, cap.  
vii. 10.

*Parentium.]* Hoc Priscianus  
etiam lib. vii. p. 772. Ciceroni  
tribuit.

13. *Felicitate quadam.]* For-  
te fortuna, casu, τύχῃ.

2 sum sequi vellent: in qua deliberatione ad suam cujusque naturam consilium est omne re-  
 3 vocandum. Nam cum in omnibus, quae aguntur, ex eo, quo modo quisque est natus (ut supra dictum est) quid deceat, exquirimus; tum in tota vita constituenda, multo est ei rei cura major adhibenda, ut constare in vitae perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio  
 4 claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque omnino habenda ratio est in deligendo genere vitae, sed naturae magis.  
 5 Multo enim et firmior est, et constantior: ut fortuna non numquam ipsa, mortalis cum im-

XXXIII. 2. *Ad suam cujusque naturam.]* Suam est propriam cap. vii. 4.

3. *Ex eo, quo modo quisque est natus.]* Hoc dictum est, quemadmodum illud de Orat. i. 20. "Quod ita nati essemus, ut—adversarios minaciter terrere possemus."

*Ut supra dictum est.]* Cap. xxvii. extr. xxviii. 10.

*Multo est ei rei]* Verba ei rei per syntaxin grammaticam facile quidem abesse possunt, sed ad sententiam perficiendam necessaria videntur. Ad superiora haec referenda atque ita intelligenda sunt: in tota vita constituenda multo major cura adhibenda est ei rei, sc. ut ex eo, quomodo quisque natus est, quid deceat, exquiramus.

*Constatre in vitae perpetuitate possimus nobismet.]* Ut perpetua

vita, et in omni vitae actu nobismet ipsi constare, sive iidem semper esse possimus.

*Claudicare.]* Ne claudicemus. *Claudicat,* qui in cursu deficit, qui quo vult pervenire non potest. Ergo in officio claudicare est, in officio praestando deficere, viribus ad id persequenduni destitui.

4. *Ad hanc rationem.]* In hac re deliberanda et constituenda.

5. *Ut fortuna non numquam ipsa, cet.]* Suave ὁγίωσον, quo Cicero mortalis [hominis] immortalē naturam dicit. Firmitas et constantia naturae ex eo maxime eluet, quod interdum fortuna ipsa, illa rerum humanarum domina, quamvis pertinaciter, frustra tamen, hominis naturam oppugnat: adeo, ut intuenti, naturam ex isto cum dea potentissima cer-

mortalis natura pugnare videatur. Qui igitur<sup>6</sup> ad naturæ suæ non vitiosæ genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat (id enim maxime decet) nisi forte se intellexerit errasse in diligendo genere vitæ. Quod si<sup>7</sup> acciderit (potest autem accidere) facienda morum institutorumque mutatio est. Eam mutationem, si tempora adjuvabunt, facilius commodiusque faciemus. Sin minus; sensim erit pedetentimque facienda: ut amicitias, quæ minus delectent et minus probentur, magis deceere censem sapientes sensim diffuere, quam repente præcidere. Commutato autem genere<sup>9</sup>.

tamine superiorem discedere, jam non infirma ac mortalis illa, sed invicta atque immortalis esse videatur. Hæc sententia ut cuique legentium primo statim aspectu pateat, post verba *non numquam ipsa diafoles notam appinxi.* Noster Parad. v. 1. 7. “Cui quidem [voluntati atque judicio sapientis] etiam, quæ vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit.”

6. *Ad naturæ non vitiosæ genus.]* Qui vivendi rationem eam sequetur, quæ ipsius naturæ, quatenus non est vitiosa, convenientissima fuerit.

*Constantiam teneat.]* Perpetua vita sibi constare poterit, nec ex suis institutis aliquid mutare cogetur.

7. *Facienda morum institutorumque mutatio est.]* Quod qui, superstitione aliqua deterriti, facere nolunt, sibi pariter et aliis tota vita displiceant, ne-

cessit est.

8. *Eam mutationem, si tempora adjuvabunt.]* Ut si quis, iratis Musis ad litterarum studia se delatum videns, honestis conditionibus ac præmiis ad suscipiendam aliarum rerum curam vocetur, quæ minus prudentiæ postulant. Male huc trahitur Ciceronis exemplum, qui, republ. a Cæfare oppressa, curia et foro relieto, totum se philosophiæ tradidit. Id enim non fecit fui erroris pœnitentia, sed indignissimæ servitutis impatientia.

*Pedetentimque.]* Ex pede et tenere, id est retinere, cohíbere, premere (hinc *pedepressim*) compositum.

*Sensim diffuere.]* Læl. c. 21. “Tales amicitiæ sunt remissione usus eluendæ, et, ut Catonem dicere audivi, diffundendæ magis, quam discindendæ.

vitæ, omni ratione curandum est, ut id bono  
10 confilio fecisse videamur. Sed quoniam paulo  
ante dictum est, imitandos esse majores, pri-  
mum illud exceptum sit, ne vitia sint imitan-  
11 da. Deinde, si natura non feret, ut quædam  
imitari possit; (ut superioris Africani filius,  
qui hunc Paullo natum adoptavit, propter in-  
firmitatem valetudinis non tam potuit patris  
similis esse, quam ille fuerat sui) si igitur non  
poterit sive caussas defensitare, sive populum  
concionibus tenere, sive bella gerere: illa ta-  
men præstare debebit, quæ erunt in ipsius po-  
testate, justitiam, fidem, liberalitatem, mode-  
stiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod  
12 desit, requiratur. Optima autem hereditas a  
patribus traditur liberis, omnique patrimonio

9. *Bono confilio.*] Non te-  
mere, sed certa ratione addu-  
eti.

10. *Ne vitia imitanda sint.*] Non morum tantum vitia in-  
telligit, sed et ea, quæ sunt in  
pronuntiatione, voce, gestu,  
habitu, statu, incessu.

11. *Deinde.*] Subaudi illud  
*exceptum sit, ne imitandi sint.*

*Imitari possit.*] Sequitur si  
igitur non poterit.

*Superioris Africani filius.*] Scipionis Africani majoris fi-  
lius, qui Scipionem Africa-  
num minorem, L. Æmilio  
Paullo natum, adoptavit. Vid.  
Cat. Maj. c. 11. Vellei. Pat.  
lib. i. c. 10. "L. autem Paul-  
lo, magnæ victoriæ compoti,  
quatuor filii fuere: ex iis duos

natu majores, unum P. Sci-  
pioni, P. Africani filio, nihil  
ex paterna maiestate, præter  
speciem nominis vigoremque  
eloquentiæ, retinenti, in ad-  
optionem dedit; alterum Fa-  
bio Maximo."

*Hunc Paullo natum.*] Hunc  
dicit, quod propior Ciceronis  
temporibus erat.

*Quam ille fuerat sui.*] Ille  
Scipio major, qui fortissimi  
patris, Publpii Scipionis, simili-  
mus fuerat. Vid. cap. xviii.  
9.

*Defensitare.*] Frequenter, ad-  
fidue et studiose defendere.

*Populum concionibus tenere.*] Populi aures concionando ob-  
lectare, easque sibi attentas  
facere.

præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum : cui dedecori esse, nefas et impium judicandum est.

XXXIV. Et quoniam officia non eadem dis-<sup>1</sup>  
paribus ætatibus tribuuntur, aliaque sunt juve-  
num, alia seniorum : aliquid etiam de hac di-  
stinctione dicendum est. Est igitur adolescen-<sup>2</sup>  
tis, majores natu vereri, exque his diligere  
optimos et probatissimos, quorum consilio at-  
que auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis  
inscitia senum constituenda et regenda pruden-

12. *Nefas et impium.*] Præ-  
cedit nefas, sequitur impium.  
Nam postponendum est id,  
quod majus et gravius habetur.

XXXIV. 1. *Officia non ea-  
dem disparibus ætatibus tribu-  
untur.*] Alia alii ætati officia  
conveniunt.

*Juvenem.*] Hic juvenes di-  
cit, quos paullo post adolescen-  
tes, a quibus sæpe alibi juvenes  
distinguntur.

2. *Majores natu vereri.*] Pho-  
cylid. v. 207.

Aἰδεῖσθαι πολιορκητάφυς, εἴ-  
χεν δὲ γέρουσιν  
Ἐδρῶν καὶ γεράων πάντων γε-  
νῆ δ' ἀτάλαντον  
Πρέσεων δημότικα πατρὸς ἱστοις  
τιμαῖσι γέραις.  
*Reverere canos circum tem-  
pora, cedeque senibus*  
*Sede et honoribus omnibus :*  
natu vero præstantem

*Senem, aequalem patris, pari-*

*bus honoribus venerare.*

Ovid. lib. v. Fast. ver. 57.

*Magna fuit quondam capitinis  
reverentia cani,*

*Inque suo pretio ruga seni-*

*lis erat.*

Atque hoc omnium gentium  
moribus receptum et legibus  
fancitum est.

*Exque his.]* Hoc Ciceroni  
placitum. Lib. ii. cap. xxiii.  
2. “*Exque eo tempore.*” Cornel.  
Nep. Cat. c. 2. pr. “*Ex-*  
que ea triumphum deportavit.”

*Diligere optimos et probatissi-  
mos.]* Hoc in morem verterat  
apud Romanos, ut adolescen-  
tes nobiles et magna spectan-  
tes eos adfectarentur viros, qui  
optimi et probatissimi habe-  
rentur. Cic. pro Cœl. c. 4.  
lib. xiii. Epist. x. 4. Læl. c. 1.

*Ineuntis ætatis.]* Adolescen-  
tiæ. Nam ætas inire dicitur  
ab iis annis, quibus pueritia  
finitur. Lib. ii. c. 13. “*Si  
quis ab ineunte ætate habet  
causam celebritatis et nomi-  
nis.*”

*Inscitia.]* Stultitia. Ter. v.  
Evn. viii. 41. “*Verum si idem  
vobis prodest, vos non facere  
inscitia est.*” i. Phorm. ii. 27.  
“*Namque inscitia est, adver-  
sum stimulum calces.*”

3 tia est. Maxime autem hæc ætas a libidinibus  
arcenda est, exercendaque in labore patientia-  
que et animi, et corporis: ut eorum et in bel-  
licis, et in civilibus officiis vigeat industria.  
4 Atque etiam cum relaxare animos et dare se  
jucunditati volent, caveant intemperantiam,  
meminerint verecundiæ: quod erit facilius, si  
in ejusmodi quidem rebus maiores natu  
5 esse velint. Senibus autem labores corporis  
minuendi, exercitationes animi etiam augendæ  
videtur. Danda vero opera, ut et amicos, et  
juventutem, et maxime rem publicam consilio  
6 et prudentia quam plurimum adjuvent. Nihil  
autem magis cavendum est senectuti, quam ne  
7 languori se desidiæque dedat. Luxuria vero  
cum omni ætati turpis, tum senectuti foedissi-  
ma est. Sin autem libidinum etiam intempe-  
rantia acceperit, duplex malum est, quod et  
ipsa senectus concipit dedecus, et facit adole-

*Constituenda.] Stabilienda,  
id est, formanda.*

3. *Patientiaque et animi et  
corporis.] Patientia est earum  
rerum, quæ molestæ sunt, fe-  
rendarum consuetudo. Patiens  
animus est, qui dolorem, injuri-  
as, aliorum vitia facile fert:  
corporis patientia in labore, fa-  
me, siti, æstu, frigore, vigiliis,  
paupertate tolerandis cernitur.  
Numquam illa educandi ratio  
sapientibus viris probata est,  
quæ istorum malorum impa-  
tientiam alit. Vide Horat. lib.  
iii. Od. 2. Quintil. lib. i. cap.  
ii. 6.*

*Ut eorum industria.] Eorum,  
pro ejus ætatis, quasi ad ado-  
lescentes referatur. Synesis,  
ut in ipsis Corn. Timoth. ii. 1.  
“Laconicam populatus, clas-  
sem eorum fugavit.”*

*In bellicis, et in civilibus.]  
Vid. ad c. xiv. 1.*

4. *Dare se jucunditati.] Hi-  
laritati, ludo, ac sibi indul-  
gere.*

7. *Facit adolescentium impu-  
dentio rem intemperantiam.] Pla-  
to lib. v. de Legib. princ. “Οτε  
ἀναστρέψοι γέγοντες, ἀνάγκη  
ἡ νίκη; ἐνταῦθα εἴναι ἀναδεῖτες.  
Ubi senes minus pudici sunt,*

scentium impudentiorem intemperantiam. Ac 8 ne illud quidem alienum est, de magistratum, de privatorum, de civium, de peregrinorum officiis dicere. Est igitur proprium munus ma- 9 gistratus, intelligere, se gerere personam civi- tatis, debereque ejus dignitatem et decus susti- nere, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. Privatum autem o- 10 portet æquo et pari cum civibus jure vivere, neque summissum et abjectum, neque se esse- rentem: tum in republica ea velle, quæ tran- quilla et honesta sint. Talem enim et sentire bonum civem, et dicere solemus. Peregrini 11 autem atque incolæ officium est, nihil præter

necessæ est juvenes impuden-  
tissimos esse.

8. *Alienum est dicere.*] Ita Cicero et optimus quisque, non *alienum* sibi dicam. Cap. xli.

6. "Nec vero alienum est, —adhibere doctos homines." Lib. v. ep. 17. "Non putavi esse alienum institutis meis hæc ad te scribere." Nep. Milt. c. 6. "Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tribu- tum, docere."

*De privatorum, de civium.]* Opponuntur magistratibus pri- vati, cives peregrinis.

9. *Se gerere personam civita- tis.*] Quidquid agat gerative, id videri totum populuin egis- se, proque eo aut laudem aut dedecus ferre. Vulgus dicit *repræsentare totam rem publicam.*

*Et decus sustinere.*] Quasi in se possum tueri.

*Jura describere.*] Non est le- ges ferre seu condere; sed jus suum cuique tribuere, jus di- cere. Hinc juris *æqua descri- ptio* dicitur lib. iii. 4. 7.

10. *Summissum et abjectum.*] Quod eorum est, qui serviunt, nec ullam sentiendi et agendi libertatem habent. *Summissum pro submissum*, est antiqua et Ciceroni in Oratore cap. 47. extr. probata scriptura.

*Et sentire et dicere.*] Qui ita se gerit, habetur et dicitur ho- nus civis. Hoc enim est pro- prium boni civis, hæc ejus descriptio.

11. *Peregrini.*] *Peregrinus* est, qui aliunde in aliquam ci- vitatem venit, non perpetuo, ac ne diu quidem ibi moratu- rus.

*Et incolæ.*] Qui in civitate, cujus civis non est, domici- lium habet.

suum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimeque esse in aliena re publica curiosum.

**12** Ita fere officia reperientur, cum quæretur, quid deceat, et quid aptum sit personis, temporibus, **13** æstatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.

**1** **XXXV.** Sed quoniam decorum illud in omnibus factis, dictis, in corporis denique motu et statu cernitur, idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum, sed satis erit **2** intelligi; in his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibus cum apud

*Nihil de alio anquirere.]* Alioruni negotia non ferutari.

*Curiosum.]* Qui ea, quæ ad se non pertinent, inquirat, πολυπάγυμενα.

**13. In omni re gerenda.]** Vide supra c. iv. 4.

*Constantiam.]* Quæ præstat, ut in omnibus dictis et factis idem semper spectemus, etiamsi agendi ratio mutanda fuerit.

**XXXV.1. Formositate.]** Hæc formositas non est in vultu tantum, sed in motu et habitu totius corporis, quæ Græce dicitur ρεσμιότης: cui opposita est ἀγρενία, rusticitas, δυσχέσια, fæditas, et ἀνδια, insuavitas.

*Ordine.]* Græci σύραξις appellant, cuius contrarium ἀσύραξις.

*Ornatu ad actionem apto.]* *Ornatus et vestitum, et omne*

instrumentum complectitur, quo ad aliquid peragendum opus est.

*Difficilibus ad eloquendum.]* Non ob Latini sermonis inopiam, sed ob ipsarum rerum subtilissimam varietatem, quam nullus sermo adsequitur. Epist. x. 5. 2. “Frustrum duplēm, mihiq[ue] in comparatione difficilem ad judicandum.” Infra iii. 6. 11. “Hæc ad judicandum sunt facillima.”

*2. In his autem tribus.]* Ante hæc verba sententia non finienda est. Cum προτάσσει contexte.

*Quibus cum apud quosque.]* Illi, cum quibus vivimus, sunt familiares et domestici; apud quos, ceteri ejusdem gentis et civitatis. Solet Cicero copulantem particulam que casibus pronominis qui adjicere, am-

quosque vivamus: his quoque de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam 3 natura ipsa videtur habuisse rationem: quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu: quæ partes autem corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. Hanc 4 naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis: ipsique necessitati dant operam ut quam occultissime pareant: quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant: quodque facere turpe non est, modo occulte, id dicere obsceneum est. Itaque 5 nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis obscenitas. Nec vero audi- 6 endi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pæ-

biguitatem ex similitudine casuum pronominis *quisque* nihil veritus. ii. 6. 8. Lib. i. ad Di-vers. ep. 9. n. 58. "Accipiisti, quibus rebus adductus, quamque rem causamque detenderim, *qui*que meus in re p. sit pro mea parte capessenda status.

3. *Principio.*] Vid. ad cap. iv. 1.

*Formam nostram reliquamque figuram.*] *Forma* est species, qua ab aliis discernimur: *figura* in membrorum situ est.

*Eam posuit in promtu.*] Pro-

nomen abundat ex Ciceronis more. Vide iii. 3. 9. et 10. *In promtu* est in aperto, ut in oculis incurrat.

4. *Usus* sunt *necessarii.*] *Necessitati* tantum *inserviunt*, non dignitati.

*Neque earum usus suis nominibus appellant.*] Propriis nominibus ea honeste non appellantur, quæ sine his membris fieri non possunt.

5. *Nec orationis obscenitas.*] Subaudiendum est *petulantia vacat.*

6. *Cynici.*] *Quorum* prin-

ne Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quæ turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa ducamus: illa autem, quæ turpia 7 sint, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est, sed dicitur non obscene: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscenum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sesio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus, 9 teneant illud decorum. Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda; ne quid effeminatum

ceps fuit Antisthenes, Socratis discipulus, Diogenis præceptor, qui a gymnasio, quod *Cynosarges* (τὸ Κυνοσάργες, τὰ Κυνοσάργες) dicebatur, in quo docere solebat, cognomen accepit: cui et ipsius mordacitas et impudentia conveniebat. Adde hue cap. xli. 11.

*Stoici pæne Cynici.]* Nam et Stoicis placuit suo quamque rem nomine appellare. Vid. Cicer. lib. ix. epist. 22. unde Stoica dogmata tunica tantum distantia a Cynicis appellat Juvenalis Sat. xiii. 122. Vide Laërt. lib. vii. 121.

*Illa autem, que turpia sint.]* Placet hic et paullo ante sunt. Vide vii. 6.

8. *Ab omni, quod abhorret—fugiamus.]* Cicer. ab aliquo fugere dixit iii. de Nat. Deor. c. 13. “ Omne animal appetit quædam, et fugit a quibus-

dam.” *Ab omni*, id est *ab omnibus*, Græcismo simile, nec tamen Ciceroni improbatum est. Cap. xxxvii. 9. “ Si in omni, quid deceat, exquirimus.” Senec. lib. i. de Ira c. 13. extr. “ Invalidum omnem natura querulum est.”

*Accubitio.]* Epularis, in qua vel maxiine decorum erat servandum.

9. *Ne quid effeminatum aut molle, et ne quid durum aut rusticum.]* Si molli oppones durum, effeminato respondebit rusticum per χαροπὸν, cuius exempla habes Epist. ad Div. ii. 13. 1. “ Tuas accipio litteras quam prudentis, quam multi et officii et consilii.” x. 24. 4. “ Amor tuus ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie fit allaturus, non facile dixerim.”

aut molle, et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero histriónibus oratorib⁹ conceden- 10 dum est, ut iis hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tantam⁹ habet vetere 11 disciplina verecundiam, ut in scenam sine sub- ligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne, si 12 quo casu evenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro qui- 13 dem more cum parentibus puberes filii, cum saceris generi non lavantur. Retinenda igitur 14 est hujus generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra et duce.

XXXVI. Cum autem pulchritudinis duo 1 genera sint, quorum in altero venustas fit, in

10. *Concedendum est, ut iis hæc apta sint.]* Non concedend. in eo est, non hæc concedenda iis est laus, ut iis apta, accommodata, satis convenientia hæc sint, de quibus anteā dixi, nimirum status, incessus, vultus, oculi, manuum motus.

11. *Vetere disciplina.]* Vide supra cap. vii. 3.

*In scenam fine subligaculo prodeat nemo.] In scenam prodeunt, qui aliquam ibi personam agunt, gesticulantur, saltant. Inter hæc ne aliqua corporis pars denudaretur, Roman⁹, qui braccis non utebantur, subligaculis verecundiæ consultum volebant, quibus pudendæ partes corporis tegebantur. Antiquissimi libri contracte exhibent subligaclo. Ita vinclis Cic. Tusc. Quæst. ii. 21. et de Offic. iii. §. 7. Nec assentior iis,*

qui, quoties talia occurrunt, licentias poëticas crepant. Hac imminutione vitari potuit turpis ambiguitas, quæ c̄fī in verbis loquentium minor erat, in scriptis tamen offendere poterat.

13. *Cum parentibus.]* Cum patrib⁹. De hoc more vid. Cicer. lib. ii. de Orat. c. 55. pro Cluent. c. 51. Plutarchus in Catone p. 348. Capitolin. in Gordian. c. 6. med.

XXXVI. 1. *In altero venustas, in altero dignitas.]* Venustatem a Venere dictam censet Cicero lib. ii. de Nat. Deor. c. 27. extr. Eam a pulchritudine distinguit etiam Sueton. Ner. c. 51. “Vultu pulchro magis, quam venusto.” Contra de Augusto c. 79. “Forma fuit eximia, et per omnes ætatis gradus venustissima.” Latius autem patet dignitas,

altero dignitas; venustatem, muliebrem ducere  
 2 debemus; dignitatem, virilem. Ergo et a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus: et huic simile vitium in gestu, motuque  
 3 caveatur. Nam et palæstrici motus sæpe sunt odiosiores; et histrionum non nulli gestus inepti non vacant offensione: et in utroque genere, quæ sunt recta et simplicia, laudantur.  
 4 Formæ autem dignitas, coloris bonitate tuenda  
 5 est; color exercitationibus corporis. Adhibenda præterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem  
 6 et inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda vestitus; in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Cavendum autem

quam pulchritudo. Illa enim justam quoque corporis statutam poscit. Unde Cornel. Nep. Dion. c. i. 2. "Habuit magnam dignitatem corporis, qua non minimum commendaretur."

3. *Palæstrici motus.*] *Palæstrici* sive *palæstræ* dicuntur, "a quibus [ut ait Quintilian. lib. i. c. xi. 16.] gestus motus que formantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæ manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant." Hi aliuni *cursorem* faciunt, alium *pugilem*, aliuni *luctatorem*, aliudve *quid ex iis*, quæ sunt *sacrorum certaminum*, auctore eodem lib. ii. 8. 7. *Palæstrici* itaque motus sunt, motus ad leges numerosque

compositi, quales hodie orchestra docet.

*Inepti non vacant offensione.*] Dicit histrionum gestus, si sint inepti, molestos esse spectatoribus, et in horum reprehensionem incurrire. Sunt autem gestus inepti non inconcinni solum, sed etiam, qui multi sunt et nimis exquisiti. Vide Cic. de Orat. ii. 4.

4. *Coloris bonitate.*] Pallor umbratilis vitam, desidiam et mollitatem arguere creditur. Romani multum sole utebantur, et in sole ungebantur, unde fuscus color ducebatur. Hinc exquisita arte colorem conservabant, amissum restituere, usi ad id iatraliptis.

5. *Inhumanam negligentiam.*] Ab humanitate alienam, homine elegante indignam.

est, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur; ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elabordum est, ne animi motus a natura recedant: quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, et si attentos animos ad decoris conservationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. Co-

7. *Tarditatibus utamur in ingressu mollioribus.*] Horat. lib. i. Sat. iii. 9.

*Nil æquale homini fuit illi.  
Sæpe, velut qui,  
Currebat, fugiens hostem :  
persæpe, velut qui  
Junonis sacra ferret.*

Mollior tarditas est eorum, qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, ut, quotiescumque gradum transferunt, modulos quosdam servare videantur.

*Pomparum ferculis similes.*] *Fercula* sunt machinæ, quibus signa et ornamenta hostibus erupta in triumphis, et deorum sacra in circensi pompa, tardo admodum gradu, ferebantur.

*Suscipiamus nimias celeritates.*] Ambros. de Offic. i. 18.

“ Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicujus periculi, vel

justa necessitas. Nam plerumque festinantes anhelos videamus torquere ora:” cet.

8. *Perturbationes.*] Appetitus vehementiores, ut a Cic. definiuntur lib. iv. Tusc. c. 6. vel motus animi nimios, ut cap. 38. pr.

*Exanimationes.*] Cicer. lib. iv. Tusc. c. 8. “ Terrorem [definiunt] metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur; timorem, metum mali appropinquantis; pavorem, mentem loco moventem, ex quo illud Ennii,

*Tum pavor sapientiam mihi o-  
mnem ex animo expellorat;  
exanimationem, metum subsequentem et quasi comitem  
pavoris.”*

9. *Alteri.*] Cap. xxi. 1. “ Alteri se adipisci id posse arbitrantur.”

gitatio in vero exquirendo maxime versatur: appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus.

1 XXXVII. Et quoniam magna vis orationis est, eaque duplex, altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur judiciorum, concionum, senatus; sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familia-  
2 rum versetur, sequatur etiam convivia. Contentionis præcepta rhetorum sunt; nulla sermonis: quamquam haud scio, an possint hæc

XXXVII. 1. *Eaque duplex.*] Vid. lib. ii. c. 14. pr.

*Altera contentionis, altera sermonis.*] *Contentionem* vocat, quæ *actio* est aliis, sive oratio in judicio, concione, senatu habenda: (quæ quod adversariam sententiam plerumque oppugnat, vehemens et contentiosa est) *sermonem*, quo in congressibus utimur familiari-  
bus, (Gallis *discours*) ubi remissius ac lenius agimus.

*Disceptationibus judiciorum.*] Vid. c. xvi. 3. Hinc tria illa dicendi genera nata sunt: *judiciale*, quo in foro utebantur; *demonstrativum*, cui pro rostris fere erat locus; *deliberativum*, cum in senatu de rebus publice utilibus sententiam dicebant. Vide Voss. Institut. Orat. lib. i. c. 3.

*Tribuatur.*] Tamquam proprie his conveniens. Vid. c. 34. pr.

*Sermo.*] Hic versatur in eo genere, quod nostri rhetotes διδασκαλίαν vocant. Id, quia a contentione dicendi abhorret, a veteribus, qui contentionis tantum præcepta trididerunt, excusate omitti potuit. *Circuli* dicuntur plurimum in publico coēuntium, in orbem consistentium et confabulantium cœtus.

*Disputationibus.*] Vulgus *discursus* vocat, quibus vel ab uno, vel a pluribus de quacumque re in utramque partem differitur.

2. *Contentionis præcepta rhetorum.*] Duo genitivi, qui ab uno nominativo pendent, ut c. 14. “Cæsaris translatio pecuniarum.” Nep. Eum. x. 2. “Non nullorum virtutis obrectatio.” Alter vero passivus, alter activus est, q. d. rhetores tradunt præcepta de contentione.

*Haud scio an possint.*] For.  
H 2

quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli; rhetorum turba referta omnia. Quamquam, quæ verborum sententiarumque præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cum orationis indicem, vocem habeamus; in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis: utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio pressæ loquentium et leniter. Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito judicio pu-

tasse et possint sermonis præcepta tradi. Vide c. xi. 1.

3. *Discentium studiis inveniuntur magistri.*] Si qui erunt, qui sermonis præcepta cognoscere cupiant, non deerunt magistri, qui ea tradant: quia vero ea nemo fere desiderat, fit inde, ut a rhetoribus vulgo prætereantur, et ad contentionem omnia referantur.

*Verborum sententiarumque.]* Verborum et rerum. Præcepta sunt interpretare exstant; tradita sunt et in litteras relata a rhetoribus. Vid. c. xi. 12.

4. *Sequamur.]* Adfectemus, consequit studeamus. Vid. c. i. 6.

*A natura petendum est.]* A natura id cuique tributum sit, necesse est: a qua nisi vocem liberalem, nisi os planum haberis, omnis dicendi labor peribit. Vid. Quintil. lib. xi. 3. 12.

*Exercitatio augebit.]* De qua Quintil. lib. xi. 3. 19. et 54. et 68. Sueton. Ner. c. 20. Cic. lib. i. de Orat. c. 61. Plutarch. in Demosth. p. 849.

*Pressæ loquentium.]* Pressæ loquitur, non solum qui breviter adstrictèque dicit, sed etiam qui singularum litterarum sonum ita exprimit, ne qua opprimatur, ne alia magis alia audiatur. Hæc significatio hujus loci est. Cicer. lib. iii. de Orat. cap. 11. “Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari negligentius: nolo verba exiliter exanimata exire; nolo inflata et quasi anhelata gravius.” Deinde: “Nostrī minus student litteris, quam Latini: tamen ex ipsis, quæ nostis, urbanis in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litteratissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat.” Postea cap. 12. “Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic maiores, non aspere, ut ille quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed pressæ, et æquabiliter, et leniter.”

5. *Nihil fuit in Catulis.]*

tares uti litterarum : (quamquam erant litterati, sed et alii) hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis ; litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. Sine contentione vox nec languens, nec canora. Uberior oratio L. Crassi, nec minus faceta : sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et fa-

Hoc dicit Cicero : Non Catuli præ ceteris suæ ætatis oratoribus insigni eruditione exculti, neque instructi erant subtiliter judicandi ea sollertia, quæ ab eximia quum reliquarum doctrinärum, tum grammaticæ cognitione proficiunt solet : et tamen hi optime uti lingua Latina putabantur. Erant illi quidem minime indocti, sed non minus litterati etiam erant alii, qui tamen haud æquabant hanc eloquentiæ laudem Catulorum. Quid erat igitur, quo Catuli tantam gloriam consequuti sunt ? Suavitas vocis erat et lenis appellatio litterarum. Simili figura usus est Cic. de Orat. iii. 56. “ Quid fuit in Graccho, — quod me puer tanto opere ferretur ? ” Ovid. Trist. iii. 4. 21.

*Quid fuit, ut tutas agitaret  
Dædalus alas ?*

De Catulis vide c. xxii. 8. et c. xxx. 15.

Sed et alii.] Crediderim, Ciceronem scripsisse sed ut alii. Vide c. xxxviii. 3.

6. *Litteræ neque expressæ, neque oppressæ.*] Quintil. lib. i. 11. 4. “ In primis vitia, si

qua sunt, oris emendet ; ut expressa sint verba, ut suis quæque litteræ sonis enuntiantur. Quarumdam enim vel exilitate, vel pinguedine nimia laboramus : quasdam, velut acriores, paruni efficiimus, et aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus, permutamus.”

*Ne aut obscurum esset.]* Ne litteræ obscurius exprimerentur. “ Putidum non solum ab ore foetido et gravi, quod naribus præbetur, sed et quod auribus triste et insuave, austerum, rancidum, id putidum dici posse, auctoritas vetustatis admisit.” Nonius vi. 68. Verba Ciceronis ex lib. iii. de Orat. c. 11. leges supra ad n. 4.

*Sine contentione vox nec languens.]* Etsi nulla vocis contentione utebatur, tamen nec languida illa erat, nec tinnula. Vide Quintil. lib. ii. c. 11. pr. lib. xi. 3. 55. p. 1009.

7. *Uberior oratio L. Crassi.]* Major quidem in Crasso erat dicendi copia : nihil tamen minus Catuli Latinus loqui credebantur. De Crasso vid. cap. xxx. 9.

cetiis Cæsar, Catuli patris frater, vicit omnes, ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vinceret. In omnibus 9 igitur his elaborandum est, si in omni re, quid deceat, exquirimus. Sit ergo hic sermo, in 10 quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax: insit in eo lepos. Nec vero, 11 tamquam in possessionem suam venerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudinem non iniquam putet. Ac videat in primis, quibus de rebus 12 loquatur: si seriis, severitatem adhibeat: si jocosis, leporem. In primisque provideat, ne ser- 13 mo vitium aliquod indicet inesse in moribus: quod maxime tuum solet evenire, cum studiose de absentibus detrahendi caussa, aut per ridi-

8. *Catuli patris frater.*] Frater uterinus. Uteique, C. Julius L. F. Cæsar Strabo, de quo xxx. 9. et Catulus pater, Popillia matre natus erat, cui mulieri defunctæ primum contigit in urbe publice laudari. Vid. Cic. lib. ii. de Orat. c. 7. et 11.

*Contentiones aliorum sermone vinceret.*] Cum leniter et remissè diceret, sermo ejus sale et facetiis conditior erat, quam aliorum pugnacissimæ orationes.

10. *Socratici maxime excellunt.*] In quibus Xenophon et Plato. Nam quia Socratici nihil se scire profitebantur, inimici, quam alii, pugnaces et arrogantes erant.

11. *Tamquam in possessionem suam venerit.*] In possessionem aliquam suam. Sernio non excludat alios, id est, qui in circulis et conviviis loquetur, non sibi soli loquendi jus arroget, quasi in re sibi propria versetur.

*Non iniquam putet.*] Hoc natus usitato dicitur, estque idem, quod: æquum putet, alternis loqui inter se pares.

13. *Per ridiculum.*] Desuit Ciceroni adverbium, quod alteri, *severe*, responderet: De elegante hac adverbii periphrasi vide Gronov. et Drakenb. ad Liv. xxx. 29. 3. et Cortium ad Sallust. Cat. xii. 5. et xx. 9.

eulum, aut severe, maledice contumelioseque  
14 dicitur. Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis, aut de re publica, aut de artium studiis atque doctrina.  
15 Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad  
16 alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. Sed utcunq; aderunt, (neque enim omnes iisdem de rebus, nec omni tempore, nec similiter delectamur) animadvertisendum est etiam, qua tenus sermo delectationem habeat: et, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit definiti modus.

1. XXXVIII. Sed quomodo in omni vita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic ejus modi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut tale ali-  
2 quid appareat. Maximeque curandum est, ut

\*4. *De re publica.] De rebus civilibus.*

*Doctrina.] Cujus pars est philosophia, moralis maxime, qua vivendi ratio prescribitur.*

16. *Sed utcunq; aderunt.]* Prout aderunt homines. Ita Plaut. Epid. i. 1. 47. et Poenul. iii. 5. 9.

*Utcunq; est ventus, exinde velum vortitur.*

Cic. de Divin. ii. 42. "Perinde, utcunq; temperatus sit aëris, ita pueros orientes animari atque formari."

*Neque enim omnes iisdem de rebus.] Subintellige sermonibus.*

*Animadvertisendum est etiam.]*

Non illud modo faciendum, ut ad ea, quæ honestissima sermonis argumenta sunt, oratio revocetur: sed præterea hoc animadvertisendum, quo usque ea sine fastidio audiri possit. Tōū etiam significatio esse potest adhuc.

XXXVIII. 1. *Sed quomodo.]* Quemadmodum frequentius cum sic construitur, quam quomodo. Neque tamen hoc sine exemplo diffundit. Vide Tursellin. de Part. p. 939.

*Ne aut ira existat.]* Se proficerat, emineat, erumpat.

*Pigritia aut ignavia.]* Vid. c. 9. pr.

eos, quibus cum sermonem conferemus, et vereri, et diligere videamur. Objurgationes etiam non numquam incident necessariæ, in quibus utendum est fortasse et vocis contentionem majore, et verborum gravitate acriore; id agendum etiam, ut ea facere videamur irati. Sed ut ad urendum et secundum, sic ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus, nec umquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autem parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut et severitas adhibeatur, et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius id caussa, qui

3. *Objurgationes etiam.*] Fit aliquando, ut in sermone necessariæ sint objurgationes, ut aliquis objurgandus sit. Hic de ea tantum castigatione agit, quæ verbis fit. De toto generi supra c. 25. extr.

*Ut ea facere videamur irati.*] Alii negationem inculcant. Cui hic locum non esse, tum tota orationis Tullianæ consequio, tum illud ostendit, quod hoc præceptum interveniente coniunctione etiam cum prioribus (vocis contentionem majorem et verborum gravitatem acriorem) copulatur. Iram interdum simulandam esse, ne Stoici quidem, acerrimi illi iracundiae infestatores negabant. Senec. de Ira ii. 14.

"Numquam itaque iracundia admittenda est; aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt."

*Sic et ad hoc genus.*] Particulam et, qua Cicero pro *ti-* am uti non solet, expelle.

*Cum qua nihil.*] Vid. statim, n. 7.

4. *Magna autem parte.*] *Magna autem ex parte* habes supra ad c. vii. 10.

*Contumelia repellatur.*] Contumelia est injuria existimationem alterius laedens, eumque in contemptum adducens. Ea a castigatione procul haberi, prohiberi et repellendi debet.

5. *Ipsius id caussa.*] Ideo, ut ejus saluti et utilitati consulatur. Sic regis causa lib. i. ep. i. 2. ubi vid. Cortium. Quemadmodum Græcis avris saepe

6 objurgetur, suscepsum esse. Rectum est autem etiam in illis contentionibus, quae cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam pellere.

7 Quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, neque iis, qui ad-  
8 sunt, probari. Deforme etiam est, de se ipsum  
prædicare, falsa præsertim, et cum irrisione au-  
dientium imitari militem gloriosum.

1 XXXIX. Et quoniam omnia persequimur,  
volumus quidem certe, dicendum est etiam,  
qualem hominis honorati et principis domum

*πλεονάζει*, sic Latini *is* fre-  
quenter adjiciunt, ubi nostris  
abundare videtur. Cic. xiii.  
ad Divers. ep. 28. “ Illud quod  
supra scripsi, id tibi confirmo  
in meque recipio.” Vide su-  
pra ad c. xxxv. 3.

6. *Rectum est retinere.*] Hoc Latinum est, non, ut vulgus  
nostrum, *rectum est ut*. Lib.  
vi. Attic. Op. 9. extr. “ Sed  
eum sine meis litteris ad te  
venire vix rectum erat.” Sic  
verum est Horat. lib. i. ep. 7.  
extr.

*Metiri se quemque suo modulo  
ac pede verum est.*

*Nobis indigna audiamus.*] Convicia et probra immer-  
tibus ingesta et vix tolerabilia.

*Gravitatem retinere.*] Con-  
stantiam in servando eo, quod  
rectum et decorum est, a quo  
non potest non discedere ani-  
mus ira perturbatus.”

7. *Cum aliqua perturbatione.*] Paullus ante n. 3. “ Cum qua  
nihil recte fieri potest.” Præ-  
positio *cum* sæpe abundat. Vi-

de Gunther. Latin. Restit.  
part. ii. c. 43.

*Ea nec constanter fieri pos-  
sunt.] Pronomini qui, elegan-  
ter *is* postponitur. Vide infra  
iii. 27. 8. “ Non ita possunt  
fieri, ut nobis constemus,” id  
est, per omnia nobiscum con-  
sentiamus.*

8. *Militem gloriosum.*] Co-  
micum illum *militem gloriosum*  
Menandri, poëtæ Græci, et  
Plauti, cujus hoc nomine in-  
scripta fabula exstat. Eum  
Terentius quoque in Eun. act.  
ii. sc. i. in scenam produxit.

XXXIX. 1. *Omnia persequi-  
mur.*] Quæ ad officium inve-  
niendum pertinent, quæque  
ad nostrum institutum faciunt.

*Volumus quidem certe.*] Hæc  
parenthès arrogantiæ suspi-  
cionem deprecatur. Laudatur,  
qui omnia, quæ ad rem per-  
tinent, persequitur: reprehendit,  
qui a se uno nihil esse  
præteritum putat, quod *vix*  
fieri potest.

placeat esse, cuius finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: et tamen adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia. Cn. Octavio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio et plenam dignitatis domum: quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus accessionem adjunxit ædibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit: hic

*Placeat esse.]* Verbum philosophorum proprium, cum suam de aliqua quaestione sententiam proferunt. Vide cap. ii. 11. vii. 5. xlivi. 4.

*Cujus finis est usus.]* Usus est, qui finem modumque præscribit domui, quem excedere illa non debet. *Cujus finis est usus, Græcorum sententia est,* Τῆς πόλεως μέτρον ἡ χώρα.

*Ædificandi descriptio.]* Domus extreundæ designatio, σπηλαιογεγαφία. Vid. Cat. cap. xvii. 4.

*Adhibenda commoditatis dignitatisque diligentia.]* Utriusque ratio est habenda.

*2. Cn. Octavio.]* Victori Persei regis, de quo navalem triumphum egit. Cos. fuit anno 588. Octaviani Cæsaris ab avo frater, C. Octavii Ruti quæstorii, qui Augusti atavus fuit, filius. De eo vide Sueton. Aug. c. 2. Cicer. Philipp. ix. 2.

*In Palatio.]* Quæ pars urbis erat celeberrima, principum sive dominibus occupata. Non

*Palatino.*

*Novo homini.]* Qui primus suæ familiæ consul factus fuerat. Ejus enim majores nullos omnino honores curules gesserant. Vide Cor. ad Sallust. Cat. c. xxiii. 6. Octaviæ quidem familiæ origo vetus erat, quæ a Tarquinio Prisco rege adlecta fuerat, sed postea ad plebem se contulerat, nec ullos honores ceperat.

*3. Scaurus.]* M. Æmilius Scaurus, Marci, senatus principis (c. xxii. 8.) ex Metella filius, Sullæ privignus, qui, magnificenter adilitate functus, ad præturam tantum pervenit, et cum consulatum pesteret, repetundarum et ambitus accusatus, atque a Ciceronе defensus est. Tullii oratio pro Scauro preter fragmента pauca intercidit.

*Accessionem adjunxit ædibus.]* Suis ædibus Octavii domum, a se destructam, accessionis loco adjunxit, et magnam ea re invidiam sibi conflavit. Vid. Pan. l. xxxvi. c. 15.

summi et clarissimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed <sup>4</sup> nominiam et calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo tota quærenda : nec domo dominus, sed domino dominus honesta est. Et ut in ceteris habenda ratio non sua solum, sed etiam aliorum : sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cujusque modi <sup>6</sup> multitudo, adhibenda cura est laxitatis. Ali-  
ter ampla domus dedecori sæpe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime, si aliquando alio <sup>7</sup> domino solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a prætereuntibus dicitur,

*O domus antiqua, beu quam dispari  
Dominare domino !*

*In domum multiplicatam.]*  
Accessione Octavianæ amplificatam.

*Et calamitatem.]* Ambitus judicio, nisi fallor, damnatus. Nec obstat, quod repetundarum eum absolutum esse, legimus. Bis enim intra paucos dies ab eodem P. Triario in judicium vocatus, bis ab eodem Cicerone defensus est. Priore judicio repetundarum, posteriore ambitus fuit reus : altero absolutum esse constat ; altero condemnatum esse, indicia valde probabilia sunt. Vide Cic. ad Attic. iv. 16. ad Q. Fratr. iii. 2. Quinctilian. iv. i. 69.

*4. Domino domus honestanda est.]* Decoranda, nobilitanda.

*6. Aliter.]* Alioqui, si ea laxitatis adhibendæ causa non est, quam dixi. Lib. ii. c. 12. “ Semper est jus æquabile quæsum : neque enim aliter esset jus.” Ibid. “ Aliter justitia non esset.” Læl. c. 20. “ Aliter amicitiae stabiles permanere non possunt.” Cornel. Nep. Them. c. 7. extr. “ Aliter illos in patriam numquam essent recepturi.”

*Si est in ea solitudo.]* Si non frequentatur ab hospitibus amicis, clientibus.

*Alio domino.]* Quam diu alium dominum habuit.

*7. O domus antiqua.]* Versus incerti poëtæ antiqui, ad quem etiam adludit Philipp. ii. 41. “ O tefta ipsa misera, quam

quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cavendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumtu et magnificientia prodeas: quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Studiose enim plerique, 9 præsertim in hanc partem, facta principium imitantur: ut L. Luculli, summi viri, virtutem quis? at quam multi villarum magnificientiam imitati sunt? quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitæ transferenda est. Sed

dispari domino! Quamquam quo modo iste dominus? sed tamen a quam dispari tenebantur." E caimine trochaiaco vel iambico versum alterum ἀκέφαλον, alterius vero πενθημέσες a Cicerone de promtum esse opinor.

*Dominare.]* Pasitive, more veterum poëtarum.

*His temporibus in multis licet dicere.]* Pompeii et ceterorum, qui cum eo perierunt, domos significat, quas Cæsar aliis dominis habendas dederat priorum dissimillimis, ut ipsius Pompeii Magni Antonio triumviro. *In multis est de multis.* Vid. ad lib. ii. 16. extr.

*8. Ne extra modum prodeas.]* Ne modum excedas.

*Multum mali etiam in exemplo est.]* Ipsum exemplum non servati in ædificando modi nocet, et, dum alios ad imitandum provocat, multorum malorum causa est. Imitantur enim illi etiam, quorum fa-

cultates id minus patiuntur. Itaque ipso exemplo in hoc genere peccatur.

*9. In hanc partem.]* In malam partem.

*Principium.]* Vulg. *principum.* Vide, quos laudat Drakenb. ad Liv. ii. 27. 12.

*L. Luculli.]* Ejus, qui adversus Mithridatem bellum gessit. Vide pro Leg. Manil. c. 8. Vitam ejus scripsit Plutarchus: virtutes, quæ non contemnendæ fuerunt, Cicero exponit lib. iv. Academ. pr. qui inscribitur Lucullus. De sumtuosissimis ejus villis vide Plin. lib. ix. 54. qui ideo eum a Pompeio *Xerxem togatum* appellatum scribit. Varro lib. i. R. R. c. 13. "Pessimo publico ædificatas," ait.

*Mediocritas—transferenda est.]* Eadem mediocritas, quæ in villis ædificandis adhiberi solet, ad omnem vitam est transferenda, ut nihil fiat nisi intra modum.

10 hæc hac tenuis. In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda: primum, ut appetitus rationi pareat; quo nihil est ad officia conservanda accommodatius: deinde, ut animadvertisatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus; ut neve major, neve minor cura et opera suscipiantur, quam caussa postulet: tertium est, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint.

11 Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius.

10. *In omni autem actione.]* Ne ἀναξιφυλαιώντι esse putas eorum, quæ Cicero antea dixerat. Nova hinc tractatio orditur. Et fane, quum noster in prioribus exposuisset, quid decorum sit in vestitu, in sermone, in domo cultuque viæ: consentaneum erat hic adjicere, quod decorum servandum sit in rebus agendis, et in administrandis conficiendisque negotiis.

*Ut appetitus rationi pareat.]* Ne quid stulte suscipias ea adipetendo, quæ vel numquam adsequare, vel cum dedecore et damno conjuncta habeas.

*Ut caveamus.]* Id, quod sequitur, non cavendum est, sed sequendum et curandum, ut fiat. At verbi *caveo* et vis et syntaxis saepe eadem est, quæ verborum *curo*, *prospicio*, *video*. Cic. de Fin. ii. 31. “ Tam accurate tamque diligenter caveat et fanciat, ut Amynomachus,” cet. Ibid. “ Tantum dico, magis fuisse vestrum agere Epicuri diem natalem,

quam illius testamento cavere ut ageretur.” Plura dedit Petizon. ad Sanct. iv. 15. 29. p. 811.

*Speciem et dignitatem.]* Externum splendorem et ornatum, qui in cultu et alio paratu in oculos hominum incurrit.

11. *Decus ipsum tenere.]* Noster in praceptis decori tradendis hoc loco versatur. Ut decorum servetur, modum tendendum, ut modus teneatur, decus servandum esse præcipit. In his *decus* significat ornatum, amplitudini ac dignitati cuiusque rei vel hominis convenientem. Hic ornatius intra quos fines subsistere debat, Cicero paullo ante exposuit, quum ostenderet, qualiter hominis honorati domum esse placeat. Dicendi forma, *decus tenere modus est optimus*, similis est illi infra iii. 29. 18. “ Non facere perjurium est.” Infinita verba commode nominum vices sustinent.

Horum tamen trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi.

XL. Deinceps de ordine rerum et de opportunitate temporum dicendum est. Hæc autem scientia continentur ea, quam Græci εὐταξίαν nominant: non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest; sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conservatio. Itaque, ut eamdem nos modestiam appellemus, sic definitur a Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur aut continentur, loco suo collocandarum. Ita videtur eademi vis ordinis et collocationis fore. Nam

*Præstantissimum est, appetitum obtemperare.]* Dicunt hoc est, quenadmodum illud, c. xxxviii. 6. “Rectum est autem—gravitatem retinere.”

XL. 1. *Hæc autem scientia continentur ea.]* Εὐταξίαν a Cicerone scientiam appellari, mirum videri non poterit, quum ab eodem modestia in proximis scientia appelletur. Εὐταξίας duas species Cicero constituit: modestiam, sive scientiam ordinis et loci nobis ipsis convenientis, ejusque servandi verecundiam; et ordine quidque faciendi prudentiam. Hanc dispositum vocari a Tacito. lib. ii. Hist. c. 5. dispositam vitam a Plinio lib. iii. ep. 1. observat Gronovius.

*Non hanc, quam.*] Accusativus hanc a verbo nominant suspensus.

*Sed illa est εὐταξία.]* Quia prægreditur non hanc, exspectare possit aliquis sed illam εὐ-

ταξίαν. Ita vero constructio nem orationis Cicero variare solet. De Or. i. 27. “Has caustas inveniebam duas: unam—Altera est,” cet. De Off. i. 6. 3. “Duo vitia vindanda sunt: unum—Alterum est vitium,” cet.

2. *Ut eamdem nos modestiam appellemus.]* Ut eamdem modestiam appellare liceat, quæ proprie aliud significat. Nam proprie μετρίως est; nova significazione εὐταξία, quæ alio Latino vocabulo appellari nequit.

*Loco suo collocandarum.]* Id est, opportuno tempore dicendarum et agendarum, ut ipse paullo post explicat. Non differt igitur ab hac definitione illa, quam n. 4. adfert, “Scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.”

3. *Ita videtur eadem vis.]* Eadem vis est eadem significatio.

[et] ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis. Locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunum  
 4 Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. Sic fit, ut modestia hæc, quam ita interpretamur, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum  
 5 ad agendum temporum. Sed potest eadem esse prudentiæ definitio, de qua principio diximus: hoc autem loco de moderatione, et temperantia, et earum similibus virtutibus quærimus. Itaque, quæ erant prudentiæ propria, suo loco dicta sunt. Quæ autem harum virtutum, de quibus jam diu loquimur, quæ pertinent ad verecundiam, et ad eorum approbationem, quibus cum vivimus, nunc dicenda sunt.  
 6 Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quem ad modum in oratione constanter, sic in vita omnia sint apta inter se et convenientia.  
 7 Turpe est enim valdeque vitiosum, in re severa convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre

*Nam et ordinem.] Et pro etiam Ciceroni insolens, et copulæ hic locus nullus esse videtur.*

*4. Modestia hæc, quam ita interpretamur.]* Modestia hac significazione, quam ei tribuimus.

*5. De qua principio diximus.]* Cap. 5. et 6.

*Moderatione.]* Quam antea modestiam dixit.

*6. In oratione constanti.]* Quæ ab homine sanæ mentis pro-

fecta nihil, quod sibi ipsum repugnet, habet: quæ secum per omnia consentit: in querum, verborum et vocis est æqualitas.

*Apta inter se.]* Connexa, cohaerentia.

*7. Convivii dicta.]* Dictiones, qualia in conviviis, inter popula jaētantur.

*Delicatum.]* Minus pudicum, mollem, qualis est amantium.

sermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem, iisque de communi officio convenissent, et casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, “O puerum pulchrum, Pericle!” “At enim prætorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.” Atque hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, justa reprehensione caruisset: tanta vis est et loci, et temporis. Ut, si qui, cum cauſam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum

8. *Pericles.*] Vid. c. xxx. 9.

*In prætura.*] Plutarch. “Οτε συσρατηγῶν ἐξέσλευσε μετ’ αὐτῷ. Nihil enim aliud est prætor, quam σρατηγός. Vide Bosium in Ind. ad Cornel. Nepot.

*Sophoclen.*] Solent auctores optimi Græcas terminationes in Græcis nominibus servare. Attici vero non Σοφοκλέα solum, sed etiam Σοφοκλῆν dicebant. Ita in antiquo codice Gu. apud Corn. Nepotem *Themistoclen*, *Iphicraten*, *Datamen*, *Mandroclen* diserte scriptum esse vidi. Ex eadem declinatione manaverunt, qui in Cicерone mox sequuntur, vocati*vi Pericle, Sophocle.*

*Non solum manus, sed etiam oculos abstinentes.*] Valer. Max. i. iv. 3. “Intemperantiam ejus increpans dixit, prætori non solum manus a pecuniae lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentest esse debere.”

*Atque hoc idem.*] Sententia

postulat atqui.

*In athletarum probatione.*] Proprium de hac re verbum est *probatio*, quæ est exploratio, qua robur et ars athletarum experimentis cognoscitur. Eos nudos certasse, nossum est.

9. *Secum ipse meditetur.*] *Meditari* non est tantum *secum attentius cogitare*, quod quidem sequitur, sed ab hoc distinguitur: verum etiam exercere, et ad quamcumque rem se præparare. Hinc et *meditatio campesiris* dicitur, de militari exercitatione. Frequentissime de iis usurpatur, qui declamando excentur. Cic. i. de Orat. c. 61. de Demosthene: “Perfecti meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur.” Lib. ii. Offic. c. 13. “Quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.” Hinc Quintil. lib. iv. c. ii. 29. “Declamationem [vocat] forensium actionum meditationem,” id est, præparationem.

ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur, infelicia temporis. Sed ea, quæ multum ab humanitate discrepant, ut, si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile apparent nec magno opere admonitionem et præcepta defiderant. Quæ autem parva videntur esse delicta, neque a multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum. Ut in fidibus aut in tibiis, quamvis paullum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet: sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet; vel multo etiam magis, quo major et melior actionum, quam sonorum, concentus est.

**I. XLI.** Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna saepe intelligemus ex parvis. Ex oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione

*Inhumanus.]* Dicitur inhumanus, cujus mores ab ea vivendi et cum aliis agendi ratione discrepant, quæ liberalibus et eruditis hominibus probatur. Haec *humanitas* paullo post vocatur.

**10.** *In foro cantet.]* Ubi artifices scenici tantum cantantes audiri solebant. Idem est *in foro saltare* lib. iii. cap. 19. pr. Vide supra ad c. xxxi. 10. Non *temulentam* tantum et *temerariam* cantionem improbat, sed omnem musices usum in

publico, Romanis moribus improbatum. De carminibus secularibus et Salaribus nihil hic attinet dicere.

**11. Parva videntur esse delicta.]** Levia peccata.

**12. Discrepent.]** Diffonent, non concinant.

*Videndum est.]* Cavendum. Vide ad c. xiv. 2.

**XLI. 2. Ex oculorum obtutu.]** Conjectu oculorum, eorum ad obtuendum directio-

*ne.*

*Ex superciliorum aut remis-*

aut contractione, ex mæstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis et submissione, ex ceteris similibus, facile judicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodeum, quale quidque eorum sit, ex aliis judicare: ut, si quid dedebeat in illis, vitemus ipsi. Fit enim nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur, emendandi caufsa, magistri. Nec vero alienum est, ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, et, quid iis de quoque officii genere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere deferri solet,<sup>7</sup>

*fione aut contractione.]* Super-  
cilia, quæ fronti subiecta sunt, remittuntur, cum animo sumus tranquillo, leni et placato; contrahuntur, cum tolluntur ab iratis vel superbis, quibus *altum supercilium tribuitur*. Quintil. lib. xi. 3. 79. “Ira contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis [supercliliis] ostenditur.”

*Ab officio.]* A decoro.

*3. Quile quidque eorum sit.]* Decorum sit, nec ne, in aliis observare, existimare, in quibus eadē videre licet. In aliis enim nostros mores, tamquam in speculo, intueri possumus.

*Si quid dedebeat alios.]* Hanc liberis suis præcipiendi rationem patribus olim probatissi-

mam fuisse, disces a Terentio iii. Adelph. iii. 60.

*Nihil prætermitto, consuefatio: denique Inspicere tamquam in speculum in vitas omnium Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum fibi.*

Eamdem in patre suo laudat Horat. Sat. i. 4. 105.

*4. Magis in aliis cernamus.]*

Senec. lib. ii. de Ira c. 28. “Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt.” Vide Phædr. lib. iv. Fab. 9. Horat. Sat. i. 3. 24.

*6. Adhibere.]* In consilium, eos confulere.

*7. Major enim pars.]* Plures hominum id probant et rectissimum putant, quod ipsa natura præscribit: et, licet a-

quo a natura ipsa deducitur: in quibus videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam, qua de caussa quisque sentiat. Ut enim pictores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poëtæ, fumus quisque opus a vulgo considerari vult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: hique et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum judicio permulta nobis et facienda, et non facienda, et mutanda, et 9 corrigenda sunt. Quæ vero more agentur institutisque civilibus, de iis nihil est præcipiens 10 dum. Illa enim ipsa præcepta sunt. Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus contra morem consue-

liqui inde aberrent, haud facile tamen fit, ut major pars in judicio de officiis ferendo fal-latur. Quod igitur optimis et doctissimis decorum videbitur, id maxime sequendum.

*Quid quisque loquatur.]* Multa enim opinionum portenta adferri solebant a philosophis, quæ vitæ actu ipsi minime probabant. Naturæ enim honestate victi alia dicebant, alia sentiebant. Vid. c. ii. 6.

*8. Signa fabricantur.]* Aliis pluribus locis fabricari activa significatione a Cicerone usur-patur.

*Et vero etiam poëtæ.]* Et vero adfirmans est particula, qualis fere et certe. Philipp. ii. c. 17. pr. “Et vero adhibes jo-ci causa magistrum, suffragio tuo et compotorum tuorum

rhetorem.” De Clar. Orat. c. 44. extr. “Et vero fuit in hoc et popularis dictio excellens.” Poëtarum recitationes, quibus in theatris saepe aliorum judicia explorare voluerunt, non ignotæ sunt.

*9. More agentur.]* Pro agun-tur. Ita loqui solet Cicero. Hoc ipso capite n. 12. “Ce-dere iis qui magistratum ha-bebunt.” Supra c. xi. 7. “Ii, qui armis positis ad imperato-rum fidem confugient, quam-vis murum aries percuaserit, recipiendi sunt.” Infra c. xlvi. 10. “Illinc adsumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.”

*Institutisque civilibus.]* Qui-bus non eadem omnibus sunt ho-nesta otque turpia, ut ait Corn. Nep. præf.

*10. Aut Aristippus.]* Aristip-

tudinemque civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum vero ratio tota est ejicienda. Est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem, quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de re publica sentientes, ac bene meritos, aut merentes, sic, ut aliquo honore aut

pus, genere Cyrenaicus, Socratis quidem auditor, sed summus voluptatis defensor et amator: a quo *Cyrenaici* philosophi dicti sunt. Ingenio ad omnia apto fuisse traditur, divitum adsextator aulisque multo, quam ceteri philosophi, accommodatior. Vide de eo Diog. Laërt. lib. ii. 65. seqq. Horat. Epist. i. 17. 23.

*Omnis Aristippum decuit color, et status, et res.*

Conjunctionem aut non ubique simpliciter disjungere, jam inde satis intelligitur, quod aut etiam fine reprehensione dicimus. Tum vero pluralis numeri verbum eleganter sub jungitur. Sulpicius ad Cic. l. iv. ep. 5. “Quid est, quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri possitis?” Cic. de Or. ii. 4. “Ut ne Sulpicius familiaris meus, aut Cotta, plus, quam ego, apud te valere videantur.”

*Contra morem consuetudinemque.]* De religione dissensit a Græcis Socrates: Aristippus meretrices sectatus est, vixit que luxuriosius, quam philosophum decuit. Senec. de

Tranq. Anim. c. 15. “Cum pueris Socrates ludere non erubescet: et Cato vino laxabat animum: et Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros.”

*Divinis bonis.]* Ingenium, doctrinam, eloquentiam, animi magnitudinem hoc nomine appellat.

11. *Cynicorum vero ratio tota.]* Impudens Cynicorum vivendi et agendi ratio, qui omnem verecundiam sustulerunt. Vid. c. xxxv. 6.

12. *Quorum vita perspecta in rebus honestis.]* Quorum virtus in omni vita spectata est, qui multa virtutis specimina ediderunt.

*Sic, ut aliquo honore aut imperio affectos.]* Divise scriendum sic, ut. Privatos etiam homines, qui bene de republ. sentiunt ac merentur, quales sunt viri docti, philosophi, oratores, observandos et colendos esse dicit, non minus, quam magistratus. Quid his debeamus, postea docet, cum ait, cedere iis qui magistratum habebunt.

imperio affectos, observare et colere debemus: tribuere etiam multum senectuti: cedere iis, qui magistratum habebunt: habere dilectionem civis, et peregrini: in ipsoque peregrino, pri-  
13 vatimne, an publice venerit. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis hominum conciliationem et confociationem colere, tueri, servare debemus.

1. XLII. Jam de artificiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc fere accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurruunt: ut portito-

*Tribuere multum.]* Honorem habere. C. xxii. 14.

*In ipsoque peregrino.]* Quod attinet ad peregrinum. Subaudi dilectum habere, id est discernere.

*Privatimne an publice venerit.]* Utrum suorum negotiorum causa adsit, an a tota civitate sua missus.

13. *Ad summam.]* Sic semper Cicero, non *in summa*, ut Plinius solet, et alii. Cœlius etiam ad Cicer. lib. v. Epist. 14. extr. "Ad summam, quæris, quid putem futurum."

XLII. 1. *Artificiis.]* Sic opificia vocabantur a Romanis.

*Liberales.]* Ingenuis hominibus, civibus Rom. honesto loco natis digni. Nam et infima civium Rom. classis aliquam partem ex opificibus constabat. Vid. Orat. iv. Capital. c. 8.

*Sordidi.]* Non turpes et infames dicit, sed sordidos, qui liberalibus opponuntur, quod in-

fimo hominum sordidissimum generi convenient, servis et libertis, horumque similibus.

*Hæc fere accepimus.]* A majoribus: ab his ita institutum esse scimus, ut sordida habentur opicia, cetera.

2. *Ut portitorum, ut feneratorum.]* Portatores erant, qui portoria exigebant, operaque publicanis in his exigen- dis locabant. Publicanorum vero ordo honestissimus erat, ifque ex equitibus Rom. constabat, qui publicum, id est, veetigalia P. R. per omnes provincias atque in ipsa Italia redimebant, eaque per alios, in quibus portatores erant, exercebant. Hos τιλάρια Judæis invisos et infimæ notæ hominibus adnumeratos fuisse, constat ex sacris litteris. Feneratores non sunt, qui pecunias aliis credunt haud plane gratuitas: (neminem enim Romanorum puduit legitimas u-

rum, ut feneratorum. Illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur. Nec vero est quidquam turpius vanitate. Opificesque omnes in fordida arte versantur. Nec e-

suras pacisci, capere et exigeret) sed qui omnem pecuniam in fenore ponunt, hunc unum quæstum norunt, et quacumque arte cum aliorum detimento et injuria lucrum faciunt.

3. *Mercenariorum.*] Omnes eos Romani vocabant *mercenarios*, qui mercedes accipiebant. In his erant et *scribæ* et alii, qui non gratuitam operam aliis praefabant. Vide Cornel. Nep. Eum. c. 1. Plin. lib. iv epist. 22. Nam et reipubl. et amicis sine ulla mercede inserviendum putabant Romani, qui solo honore contenti esse volebant videri. Duo vero mercenariorum genera constituuntur: unum eorum, quorum *operæ* conducuntur, ut fossorum, bajulorum, lignatorum; alterum eorum, quorum *artes*, id est, artis opera, emuntur, ut pictorum, statuariorum, cælatorum. Hos sordidorum numero eximit, ac potius honestis pares ponit, si major præsestitum eorum artibus prudentia insit.

*Ejus enim in illis ipsa merces.*] Quod ad illos attinet: ut cap.

41. extr. in *ipso peregrino*. Vid. c. xv. 2.

*Auctoramentum.*] Obligatio ad serviendum pacta mercede contracta.

4. *Qui mercantur a mercatoribus.*] Quos Græci *καπήλοις*, Latini *propolas* dicunt, qui emti carius vendunt. Hos Romani non ab honoribus tantum petendis, sed a militia quoque repellebant.

*Vanitate.*] Mendacio.

5. *Opificesque omnes.*] Græcis *βάραντοι*, *χειρόνακτες*, *χειροτέχναι*, Latinis *sellularii*. Ergo opifices non eximuntur n. 3. Sordidi certe habebantur futores et id genus alii. Id factum est eo, quod artes suas venales habent, nec plus, quam propolæ, lucrari credebantur, nisi ad modum mentearentur. Apud Græcos quidem opifices honestos habitos fuisse, præter alios docet Lucianus in somnio: apud Romanos vero omnis *βαρανία* ad servos erat amandata, teste Dionys. Halicarn. lib. ii. c. 28.

*Nec enim quidquam ingenuum potest habere officina.*] Non tam

nim quidquam ingenuum potest habere officia. Minimeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum :

*Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.*

ut ait Terentius. Adde huc, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, haec sunt iis, quorum ordini

victus et cultus, quam sordida et plane mercenaria eorum opera ab inguitate aliena est.

6. *Cetarii.]* Qui majores pisces venditabant, falsamentarii, qui a pescatoribus distinguuntur, quod hi recentes, illi falso pisces praebabant. *Lanii,* quos nunc laniones vocare malunt sine veterum exemplo, a laniandis pecoribus dictios. *Fartores,* qui infacia et farcimina faciunt, *ἄλλαχτοστῶλαι.*

*Ut ait Terentius.]* ii. Eun. ii. 26.

*Unguentarios.]* Qui pretiosa unguenta præparant venduntque, quibus in conviviis ad delicias utebantur.

*Saltatores.]* Histriones, et ab Augusti temporibus, *pantomimos* maxime, qui vel sine verbis saltando exprimebant, quæ intelligi volebant, ideoque præ ceteris *ἀρχνταῖ, saltatores* dicebantur. Vide Lucian. de Saltatione p. 809. De horum infamia Cornel. Epam. c. 1.

*Ludum talarium.]* *Talarius Judus,* etiæ a *tefferarum* ludo diversus est, pro toto tamen ge-

nere ponitur, dum omnes eos infames esse ostendit, quibus ex alea quæstus est.

7. *Ut medicina.]* Accipe sexto casu.

*Quorum ordini conveniunt.]* Haec adjicit Cicero, ut intelligatur, medicinæ, architecturæ, philosophiæ, grammatices et rhetorices professionem, id est, alias his, disciplinis erudiendi munus, et legitimum ex eo quæstum, esse eum quidem honestum et *plebeis* haud erubescendum; sed minus tamen iis decorum, qui summo loco nati sint. Senatorio enim et equestri ordine natos tales artes publice esse professos, haud facile invenias. Eos tamen excipio, qui vel suo vitio majore spe exciderunt, vel fortunam iniquiorem habuerunt. Vide Plin. iv. epist. 11. pr. Ipsa vero earum scientia nemini probro, omnibus ornamento, nonnullis etiam ad honores suffragata fuit, dummodo quæstus inde abesset. Vid. c. vi. 5.

conveniunt, honestæ. Mercatura autem, si tenuis est, fordida putanda est: fin magna et copiosa, multa undique apportans multisque fine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Atque etiam, si satiata quæstu, vel contenta potius, ut saepe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit, videtur jure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agri cultura melius, nihil uberius, nihil dulcior, nihil homine libero dignius. De qua,

*8. Mercatura autem si tenuis.]*  
Vid. ad n. 4.

*Sin magna et copiosa.]* Quam dicunt magnariam. Ab ea ne equites quidem et senatores semper abstinuerunt, quos per servos certe negotiari solitos constat. Numquam tamen hoc quoque liberalioris quæstus genus in nobilibus hominibus offensione caruit, manetque vetus de mercatura opinio etiam nunc in Germania et Gallia.

*Impartiens.]* Vide c. xxvi.  
*9. Infacetus lib. iii. 14. pr. Ita subterjacio, occatio, occasio, requaero et similia in libris antiquis reperias.*

*Non est admodum vituperanda.]* Hinc suspicari licet, fuisse illis etiam temporibus nobiles, qui mercibus mutandis rem facerent: quos ita non reprehendit, ut tamen laudari nolit.

*9. Ut saepe ex alto in portum.]* Si, ut saepe ex mari se in portum recepit, ita tandem ex ipso portu se in agros pos-

sessionesque contulerit, id est, pecuniam mercatura quæstam in fundis collocarit, et reliquam vitam agro colendo exegerit. Quamvis præcedat ut, tamen sic abesse potest. Vide supra ad c. i. 1.

*10. Ex quibus aliquid adquiritur.]* Quibus divitiæ comparantur.

*Nihil est agri cultura melius.]* Eam ex Romuli institutis Romanis ceteris quæstibus præferabant. Ideo in ea laudibus efferenda cum poëtis, Virgilio (lib. ii. Georg. extr.) Horatioque (Epod. 2.) certarant rusticæ rei scriptores, Cato in Proœm. Columella lib. i. Præf. Plinius lib. xviii. c. 3. et 5.

*Agri cultura.]* Separatis vocabulis scriptum est. Tenendum censeo hanc orthographiam, ne deferantur imperiti in errores similes illi, quo Ricciolus in Protod. Reform. conminiscitur, nomen agricultor, quod divise agri cultor scribendum erat, secundam syllabam corripere.

quoniam in Catone majore satis multa diximus, illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

1. *XLIII.* Sed ab iis partibus, quæ sunt honestatis, quem ad modum officia ducerentur, sat 2 tis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere saepe contencio et comparatio; de duobus honestis utrum honestius: qui locus a Panætio est prætermis- 3 sus. Nam cum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: haec in diligendo officio saepe 4 inter se comparentur, necesse est. Placet igitur, aptiora esse naturæ ea officia, quæ ex com- munitate, quam ea, quæ ex cognitione ducan-

*In Catone majore.] Cap. 15. et proximis inde.*

*XLIII. 1. Sed ab iis parti- bus.] Honestatis partes sunt prudentia, justitia, fortitudo, modestia. Ab his quemadmo- dum ducerentur officia, hac- tenus ostendit.*

*2. Contentio et comparatio.] Contentio non est pugna, ut cuidam placet, sed collatio et rerum simillium inter se com- paratio. Dicimus enim facere contentionem hominum, rerum, pro conferre inter se homines vel res.*

*De duobus honestis utrum ho- nestius.] Honestio nihil esse ho- nestius, recto nihil rectius, af- firmabant quidem Stoici: (vid. Paradox. iii. c. 1. cxtr.) sed si*

acciderit, ut de duobus honestis alterutrum tantum præstari possit, deliberandum utique, utrum præsenti tempori sit accommodatius.

*A Panætio est prætermissus.] Vid. c. 3. extr.*

*3. Cognitionis.] Prudentiae. Communitatis, justitiae com- munitatem servantis. Magnanimitatis, fortitudinis. Moderate- rationis, temperantiae.*

*4. Officia quæ ex communi- tate.] Aptiora naturæ sunt of- ficia, quæ a conservanda ho- minum societate ducuntur, quam quæ a vero investigan- do: cuius studio a rebus gere- dis abduci contra officium est, ut ait cap. vi. 6.*

tur: idque hoc argumento confirmari potest, 5 quod, si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis omnia, quæ cognitione digna sunt, summio otio secum ipse consideret et completeretur: tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, excedat e vita. Princepsque omnium virtutum illa 6 sapientia, quam σοφίαν Græci vocant (prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν, aliam quamdam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia) illa autem sapi- 7 entia, quam principem dixi, rerum est divina-

5. *Omnia quæ cognitione digna sunt.*] Verba ita inter se connectenda sunt. "Idque hoc argumento confirmari potest, quod [sapiens,] si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, si [etiam si] ea vita [ei] sapienti contigerit, ut omnium rerum affluentibus copiis, [licet omnium rerum copia affluat] summo otio secum ipse consideret et completeretur omnia, quæ cognitione digna sunt, tamen excedat e vita." Prima, quod [sapiens] cohærent cum ultimis, tamen excedat e vita.

Tamen si solitudo tanta sit.] Hoc tamen respondet conjunctioni *si*, quæ significat *etiam si*. Sapiens, inquit, etiam si ea vita sibi contigerit, ut omnium rerum copia affluens totum sedare possit rerum cognitioni, tamen in vita manere nolle.

Excedat e vita.] Cicero loquitur de sapientis judicio. Mortem eum huic vitæ prælaturum esse dicit. Nam ~~ex~~

cedat e vita est, e vita excessus fit libenter, moriturus potius sit. Lib. iii. cap. xviii. 11. "Si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere: hac vi non utatur." Rem etiamdem his verbis exprimit Læl. c. 6. "Cui potest esse vita vitalis, (ut ait Ennius) qui non in amici mntua benivolentia conquiescat?" Lib. v. de Fin. c. 20. "Itaque, ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus."

7. *Illa autem sapientia.*] Hie mutatis paulluni verbis continuatur oratio, atque autem est adsumptionis particula, non adversativa, ut cap. i. 3. ubi plura de hoc Ciceroniano post parenthesin connectendi more dixi.

*Rerum est divinarum et humanarum scientia.]* Vetus philo-

rum et humanarum scientia: in qua continetur deorum et hominum communitas, et societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut est, certe necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturae manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ea autem actio in hominum commidis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad societatem generis humani. Ergo haec cognitioni anteponenda est. Atque id optimus

Iosophi, Stoici maxime, mundum vel ipsum deum, vel dei esse partem putarunt. Hinc res divinas vocant naturales; quippe quae ad immortalem naturam quam vocant, pertinent. Ad harum cognitionem hominem nasci, eamque cum diis nobis communem esse volebant. Res humanas appellant eas, quibus vitae societas conservanda est. Harum igitur rerum scientia dicitur illis sapientia.

*In qua continetur deorum et hominum communitas.]* Sapientia illa non modo docet conjunctionem, quae inter deos et homines, interque homines ipsos intercedit: sed communitatem, qua dii hominesque cives ejusdem civitatis sunt, ipsa confici ejusque vinculum est. Docebant enim Stoici, teste Ario Didymo apud Euseb. Præparat. Evang. l. xv. c. 15. "Οτι ὁ κόσμος οἰονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεπῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων

ὑποτεταγμένων. Κοινωνίαν δὲ ἀπόχειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ λόγον μετίχειν, ὃς ἴσι φύσει νόμος.

*Ea si maxima est.]* Ad communitatem et societatem referatur. "Ea [societas] si maxima est, [si latissime patet] ut est: certe necesse est, quod a communitate [quam sine actione tueri nequeas] ducatur officium, id esse maximum." Ita quadrat ratio, quae sequitur: "Etenim cognitio," cetera.

*Ut est, certe necesse est.]* Certe cum necesse est conjunge. Adverbia certe, profecto ἀποδοσίαι periodorum a si incipientium apta esse, exemplis Ciceronis ostenditur apud Tursellinum in particula Si. Parenthesis *ut est* sine additamento consistit. Cic. l. v. ad Divers. ep. 11. "Si vero improbus fuerit, ut est, duces eum captivum in triumpho."

8. *Inchoata.]* Imperfæcta.

9. *Ergo haec.]* Haec actio. Vid. c. seq. n. 7.

quisque re ipsa ostendit et judicat. Quis enim 10 est tam cupidus in perspicienda cognoscenda que rerum natura, ut, si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas subito sit allatum periculum discrimenque patriæ, cui subvenire opitularique possit, non illa omnia relinquat atque abjiciat, etiam si dinumerare stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis, in amici re aut periculo fecerit. Quibus rebus in- 11 telligitur, studiis officiisque scientiæ præponenda esse officia justitiæ, quæ pertinent ad hominum caritatem, qua nihil homini esse debet antiquius.

XLIV. Atque illi, quorum studia vitaque 1 omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt. Nam et erudiverunt mul- 2 tos, quo meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent: ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato,

10. *Cupidus in perspicienda.]*  
*Cupidus perspiciendæ cognoscendæque rerum naturæ nos dicere-*  
*mus. Sed Plautus etiam di-*  
*xit cupidus vino, et esse in ali-*  
*qua re multum probamus.*

*Allatum periculum.]* Id est  
*nuntiatum.*

*Atque hoc idem.]* Idem vir  
*bonus, non hoc idem.*

11. *Antiquius ] Carius in-*  
*terpretantur. Non hæc est sig-*  
*nificatio verbi. Antiquus idem*  
*est, quod *anticus*, ut *coquus* et*

*cocus scribitur, sequius et secius,*  
*quotidie et cotidie: anticus vero*  
*idem quod anterior, prior; un-*  
*de antiqui, quos eosdem et*  
*priores vocant. Cum itaque*  
*nihil antiquius esse dicitur, ni-*  
*hil anteponi significatur.*

XLIV. 1. *Tamen.]* Præce-  
*dere debebat *et si*: sed illud*  
*sæpe ante *tamen* omittitur. i.*  
*12. 4.*

2. *Lysis Pythagoreus.]* Ta-  
*rentinus. Vitiose multi *Ly-**  
**fas.**

multique multos: nosque ipsi, quidquid ad rem publicam attulimus, (si modo aliquid attulimus) a doctoribus atque doctrina instructi  
 3 ad eam et ornati accessimus. Neque solum vivi atque praesentes studiosos discendi eruditunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur.  
 4 Nec enim locus ullus praetermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei publicae pertineret: ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita illi ipsi doctrinæ studiis et sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam intelligentiam prudens  
 6 tiamque potissimum conferunt. Ob eamque caussam eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare: quod cogitatio in se ipsa vertitur, elo-

*Quidquid ad rem publicam attulimus.]* Quantumcumque utilitatis reipubl. attulimus, id attulimus, quod a doctoribus instructi ad eam accessimus.

*A doctoribus atque doctrina instructi.]* Pluribus hoc locis gratissimus testatur Cicero. Pro Arch. c. 6. in Oratore c. 3. lib. i. de Nat. Deor. cap. 3. “Cum minime videbamur, tunc maxime philosophabamur: quod et orationes declarant resertæ philosophorum sententiis, et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra flourit; et principes illi, Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius, a quibus instituti su-

mus.”

*Atque doctrina.]* Cum Heumanno legere malim aque doctrina.

4. *Ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur.]* Ut, etiamsi ipsi privati vixerint, tamen vitae suæ tempus in id impendisse videantur, ut ad res gerendas nos erudirent atque instruerent.

5. *Doctrinæ studiis et sapientiæ dediti.]* Dum se doctrinæ studiis et sapientiæ dedunt.

6. *Cogitatio in se ipsa vertitur.]* Ad se ipsa reflectitur, non prodest aliis. Lib. iii. de Fin. c. 7. “Sola enim sapientia in se tota conversa est.”

quentia complectitur eos, quibuscum communitate juncti sumus. Atque ut apium examina<sup>7</sup> non fingendorum favorum caussa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos: sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi cogitandique sollertia. Itaque nisi ea virtus, quæ constat<sup>8</sup> ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et jejuna videatur. Itemque<sup>9</sup> magnitudo animi, remota communitate conjunctioneque humana, feritas sit quædam et immanitas. Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, 10 propter necessitatem vitæ, quod ea, quæ natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum homini-

*7. Atque ut apium examina.]* Superiori capite n. 9. dixerat, optimum quenque actionem anteponere cognitioni. Id probavit eorum quoque exemplis, quorum vita omnis in rerum cognitione versata est. Ab hac autem periodo novam argumentationem ordiri Cicero vindetur, quæ talis est: Si homo quovis animali magis sociale est, eaque ad societatem propensio naturæ humanæ maxime est apta: sequitur, ut neque cognitione rerum, nec magnitudo animi, si remotæ sint a consociatione hominum, laudem mereantur. Apparet igitur, cognitionis studium

postponendum esse officiis, quæ ducuntur ex humani generis communitate.

*Sic homines.]* Cicero homines natura duce inter se coiisse docet, non metu, vel rerum necessiarum indigentia coactos. Adversatur in eo Epicureis, qui homines securitatis et utilitatis suæ causa congregatos esse dicebant.

*8. Virtus, quæ constat ex hominibus tuendis.]* Quæ est iustitia.

*Attingat.]* Cum ea conjuncta sit, eam comitetur.

*10. Idcirco initam esse.]* Propter id, inquam. Plane eleganter dicitur *inire* communitate.

bus communitatem et societatem: quod si o-  
mnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent,  
quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur;  
tum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus  
omissis, totum se in cognitione et scientia col-  
locaret. Non est ita. Nam et solitudinem fu-  
geret, et socium studii quæreret: tum docere,  
tum discere vellet, tum audire, tum dicere.  
12 Ergo omne officium, quod ad conjunctionem  
hominum et ad societatem tuendam valet, an-  
teponendum est illi officio, quod cognitione et  
scientia continetur.

1 XLV. Illud forsitan quærendum sit, num  
hæc communitas, quæ maxime est apta natu-  
ræ, sit etiam moderationi modestiæque semper

*tem, quemadmodum inire com-  
munionem, consortium, fædus,  
indicias, societatem et similia  
apud bonos legimus. Decla-  
ravit quidem Tullius n. 7. il-  
lam communitatem ac socie-  
tatem non initam esse ab ho-  
minibus, utpote quæ sit opus  
naturæ et dei. Sed nostro lo-  
co verba pronuntiat ex mente  
hominum, qui negabant, ab  
ipsa natura conciliatam esse  
humanæ generis societatem,  
quam contendebant ex inopia  
atque indigentia natam, ideo-  
que ab hominibus initam esse,  
ut haberent, per quos ea, qui-  
bus maxime indigerent, con-  
sequerentur.*

*Virgula divina.] Sine nostra  
opera, divino aliquo munere,  
fortunæ indulgentia. Forniu-  
la proverbialis, a Mercurii vir-*

ga ducta, qua omnia in id,  
quod ipse vult, mutantur. Ea  
enim θαυματία τὴν δύναμιν esse  
putabatur, ut ait Lucian. in  
Dial. Deorum p. 199. Var-  
ronis satira olim exstitit, quam  
ille virgulam divinam inscri-  
pserat. Cicero eamdem rem  
dixit Læl. c. 23.

*Se in cognitione et scientia  
collocaret.] Cognitio est lectio  
et auditio: scientia mentis in  
rerum causis cognoscendis agi-  
tatio.*

12. *Omne officium.] Omnia  
officia, more Græcorum. Vid.  
cap. xxxv. 8.*

XLV. 1. *Illud forsitan.] Ipse  
hanc quæstionem supervaca-  
neam censet n. 4.*

*Hæc communitas.] Officia a  
communitate ducita.*

anteponenda. Non placet. Sunt enim quædam partim ita fœda, partim ita flagitiosa, ut ea, ne conservandæ quidem patriæ caussa, sapiens facturus sit. Ea Posidonius collegit permulta, sed ita tætra quædam, ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia. Hæc igitur non suscipiet rei publicæ caussa; ne res quidem publica pro se suscipi volet. Sed hoc commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit rei publicæ, quidquam illorum facere sapientem. Quare hoc quidem effectum fit, in officiis diligendis id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate. Etenim cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio. Ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare prudenter. Atque hæc quidem hac tenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in exqui-

2. *Fœda.*] Quæ verecundiæ repugnant et modestiæ.

*Collegit permulta.*] Vulgus dicit eorum permulta.

*Posidonius.*] Stoicus philosphus, Panætii auditor, qui ipsi Ciceroni familiaris fuit. Vid. iii. 2. 9. lib. i. de Nat. Deor. c. 3. et 44.

*Tætra.*] Odiosa, fœda, dictu turpia.

3. *Non suscipiet.*] Subaudiri potest sapiens.

4. *Sed hoc commodius.*] Id est eo, tanto.

*Accidere tempus.*] Vid. c. x.

3. Lib. iii. 24. 4.

5. *Effectum fit.*] Conclusum sit; ex argumentis, quæ attu-

li, colligatur. ii. 3. 5. Frequentius *conficitur* hac significatio legitur.

*Quod teneatur hominum societate.*] Quod versetur in societate tuenda, in eaque positum fit. Lib. xiii. epist. 29. pr. "Me tibi esse vel coniunctissimum non his modo caussis, quæ speciem habeant magnæ conjunctionis, sed iis etiam, quæ familiaritate et consuetudine teneantur."

6. *Cognitionem.*] Verum puto *cognitionem*.

7. *Patefactus est enim locus.*] Monstrata est sedes quasi officiorum.

rendo officio, quid cuique sit præponendum,  
8 videre. In ipsa autem communitate sunt gra-  
dus officiorum: ex quibus, quid cuique præ-  
stet, intelligi possit: ut prima diis immortali-  
bus, secunda patriæ, tertia parentibus, dein-  
9 ceps gradatim reliquis debeantur. Quibus ex  
rebus breviter disputatis intelligi potest, non  
solum id homines solere dubitare, honestumne,  
an turpe sit: sed etiam, duobus propositis ho-  
10 nestis, utrum honestius. Hic locus a Panætio  
est, ut supra dixi, prætermissus. Sed jam ad  
reliqua pergamus.

8. *Deinceps gradatim reliquis.]* In *deinceps* latet vox *reliqua*.



---

M. TULLII CICERONIS  
DE OFFICIIS  
AD  
MARCUM FILIUM  
LIBER SECUNDUS.

---

I. QUEM ad modum officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. Sequitur, ut hæc officiorum genera persequar, quæ pertinent ad vitæ cultum, et ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. In quo tum quæri dixi, quid utile, quid inutile: tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto

i. 1. *Ab honestate.*] Vid. lib. possessionem et usum.

i. c. 3. extr.

*In quo tum quæri dixi.*] Po-

2. *Ad vitæ cultum*] Hæc fitus exquisitior particulæ tum. utilitatis est descriptio, de qua Construe ita: *In quo quæri di-*

hoc libro agitur. Vid. i. c. iii.

*xi, tum quid utile, quid inutile,*

7. *Facultatem.*] Acquisitionem,

*tum ex, ceterum. Ita transponitur*

*et—et c. iii. 3.*

ac de judicio meo dixero. Quamquam enim 3 libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitaverunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiae nomen sit invisum, mirenturque, in ea tantum me operæ et temporis ponere. Ego autem quam diu res publica per 4 eos gerebatur, quibus se ipsa commiserat, omnes meas curas cogitationesque in eam conferbam. Cum autem dominatu unius omnia 5 tenerentur, neque esset usquam consilio aut auctoritati locus, socios denique tuendæ rei publicæ, summos viros, amississim: nec me angoribus dedidi, quibus eram confectus, nisi iis restitissim, nec rursum indignis homine docto

*De judicio meo.]* Cur hæc philosophiae studia mihi recomenda judicaveriū.

3. *Complures.]* In quibus Hortenfium, Brutum, Varonem numerat.

*Philosophiae nomen.]* Philosophiam enim ad illa tempora nemo Romanus præcipuo studio dignatus fuerat, quam tamquam rem sua gravitate minorem, Græcis tractandam relinquebant. Princeps eorum, qui eam in invidiam adduxerunt, fuit Cato. Plutarch. in ejus vita p. 349. Vid. et Gell. xv. 11. Cicер. lib. ii. Tusc. princ.

*Mirenturque.]* Ex obliquo casu quibusdam subaudi quidam. Vid. lib. i. 19. 2. lib. iii. 10. 2.

4. *Quibus se ipsa commiserat.]* Quibus magistratus et imperia populi suffragiis mandata fue-

rant.

5. *Dominatu unius.]* Julii Cæsaris, eoque imperfecto, Antonii.

*Socios tuendæ rei publicæ.]* Pompeium, Catonem, aliosque multos, qui bello illo civili perierant.

*Quibus eram confectus.]* Pro effem. Elegans optimisque scriptoribus usitata modi enallage. Noster infra cap. xix. 10. "Admonebat me res,—ni vererer," cet. Liv. ii. 38. 5. "Et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit?" Lib. xxxiv. 29. 10. "Difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quinælius cum quatuor milibus delectorum militum supervenisset."

*Nec rursum.]* Est hic rursum

6 voluptatibus. Atque utinam res publica stetisset, quo cœperat statu, nec in homines non tam commutandarum, quam evertendarum re-  
 7 rum cupidos, incidisset. Primum enim, ut stante re publica facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operæ poneremus : deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus.  
 8 Cum autem res publica, in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino, illæ scilicet litteræ conticuerunt, forenses et senatoriæ. Nihil agere autem cum animus non posset, in his studiis ab initio versatus ætatis, existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissesem.  
 10 Cui cum multum adolescens discendi causâ

*e contrario ; quem ad modum Græcis ἀνθετάσιον. Cic. Tuscul. Quæst. i. 20.* "Habiles regiones, et rursum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris, vacantes."

*Indignis homine docto voluptatibus.]* Intelligit primum eas, quibus vulgus, quod animi veras voluptates numquam degustavit, indulget ; ludos, epulas, comissationes : tum et alias, quas ex agri cultura, venatione, piscatu percipiebant Romani, in prædiis suis abditi.

*6. Quo cœperat.]* Postquam Sulla libertatem populo reddiderat, et postquam Ciceronis consulatu recreata fuerat.

*Non tam commutandarum,*

*quam evertendarum.]* Hoc quid sit, explicat, Orat. iii. Catil. c. 10. et iv. 6.

*4. Non ea, quæ nunc.]* Dum de philosophia scribimus.

*Actiones nostras.]* In senatu et foro, id est, orationes utroque loco habitas, quæ *actiones* dicuntur. *Res* quidem a se gestas in libris de consulatu et de temporibus suis exposuit, nec umquam tamen edidit.

*8. Nulla esset omnino.]* Sic i. 11. 6.

*Scilicet litteræ.]* Hæc verba delet Pearcius.

*Forenses.]* Intelligit orationes, quibus alios in judicio vel accusavit, ut Verrinis ; vel defendit, ut plerisque aliis. *Senatoriæ*, in senatu habitæ.

temporis tribuissim, postea quam honoribus infervire cœpi, meque totum rei publicæ tradi-  
di; tantum erat philosophiæ loci, quantum su-  
perfuerat amicorum et rei publicæ temporis.  
Id autem omne consumebatur in legendo;  
scribendi otium non erat.

II. Maximis igitur in malis hoc tamen boni 1  
affecuti videntur, ut ea litteris mandaremus,  
quæ nec satis erant nota nostris, et erant co-  
gnitione dignissima. Quid est enim, per deos, 2  
optabilius sapientia? quid præstantius? quid  
homini melius? quid homine dignius? Hanc 3  
igitur qui expetunt, philosophi nominantur:  
nec quidquam aliud est philosophia, si interpre-  
tari velis, præter studium sapientiæ. Sapientia 4

10. *Superfuerat.*] Hoc plane eleganter dicitur pro *supererat*. Vide, quæ dicentur infra iii. 21. 4.

*Rei publicæ temporis.*] Per ellipsis omissum est *tempori*: tantum erat philosophiæ loci, quantum temporis superfuerat tempori amicorum et rei publicæ. Nisi potius Cicero derat quantum superfuerat amicorum et publicæ rei temporis, ut ad dandi casum rei utrumque nomen, et amicorum, et publicæ, referretur. Ita Partit. Or. cap. 38. “De periculo publicarum rerum atque pri-  
vatarum.” Nepos vii. 3. 3. “Quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret.” Negotia negotiorumque cu-  
ram a priscis *rem* dici, inde patet, quod *capessere et tracta-*

*re rem p.* aliaque his similia frequenter occurrunt. Nec dis-  
plicere debet illa conformatio-  
nis mutatio amicorum et publi-  
ca res. Similiter Livius xxxvi.  
29. 5. “Macedonum Roma-  
naque castra.”

*Id autem.*] Id temporis.

II. 1. *Hoc tamen boni.*] *Ta-  
men sine eti*, præcedentibus ablativis. Vid. i. 44. 1. et Tursellin. cap. 252. n. 2.

*Nostris.*] Romanis, qui phi-  
losophiam nondum aspernari  
desierant. Vid. cap. i. 3.

*Et erant.*] Præcedente *nec*,  
sequitur *et*. i. 21. 8.

3. *Præter studium sapientiæ.*] Frequenter boni usurpant *præ-  
ter* pro *nisi*. Cic. lib. ii. ad Divers. ep. 16. “Quid enim in illis fuit, præter querelam  
temporum?” Neque offendere

autem est, (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum et humanarum, caussarumque, quibus hæc res continentur, scientia: cuius studium qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet.  
 5 Nam si oblectatio quæritur animi requiesque curarum: quæ conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum? si ratio constantiæ virtutisque ducitur; aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas affe-  
 6 quamur. Nullam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nullâ sit, hominum est parum considerate loquentium,  
 7 atque in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina virtutis; ubi ea quæretur,  
 8 cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc, cum ad philosophiam cohortamur, accuratius disputari solent: quod alio quodam libro  
 9 fecimus. Hoc autem tempore tantum nobis

debet aliud, præter. Ita de

Orat. ii. 69. "Rogavit, num-  
quid aliud ferret, præter ar-  
cam." Liv. xxxviii. 21. 5.  
"Nec jam tela alia habebant,  
præter gladios."

4. *Sapientia autem est.*] Vid.  
supra i. 43. 7.

5. *Ratio constantiæ virtutis-  
que ducitur.] Rationem alicujus  
ducere nihil aliud est, quam  
rationem habere, id non negli-  
gere, ei consulere. Vid. Cort.  
ad Cicer. vii. epist. iii. 4. Con-  
stantia est æquabilitas totius*

vitæ.

*Ars est.] Disciplina, discen-  
di ratio.*

6. *Cum minimarum sine arte  
nullâ sit.] Cum ne minimæ  
quidem res sine præceptis dif-  
cantur.*

8. *Alio quodam libro.] In  
Hortensio, qui liber intercidit.  
De eo Augustinus lib. iii. Con-  
fess. c. 4. "Ille liber muravit  
affectionem meum, et ad te ip-  
sum, domine, mutavit preces  
meas, et vota ac desideria mea  
fecit alia."*

declarandum fuit, cur orbati rei publicæ muneribus ad hoc nos studium potissimum contulissimus. Occurritur autem nobis, et quidem 10 a doctis et eruditis, quærentibus, satisne constanter facere videamur, qui, cum percipi nihil posse dicamus, tamen et aliis de rebus differere soleamus, et hoc ipso tempore præcepta officii persequamur. Quibus vellem satis cognita es- 11 set nostra sententia. Non enim sumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat umquam, quid sequatur. Quæ enim esset ista 12 mens, vel quæ vita potius, non modo disputandi, sed vivendi ratione sublata? Nos autem, 13

10. *Doctis et eruditis.*] *Docti* sunt philosophi; *eruditii*, quibus verborum eruditio curæ est.

*Cum percipi nihil posse dicamus.*] Nullam esse certam rerum scientiam, Academicci affirmabant, quibus se adnumerari passus est Cicero, qui tamen aliqua esse probabilia concedebat.

11. *Quorum vagetur animus errore.*] Qui errorum more non habeamus, ubi constamus, nihil adfirmemus.

*Nec habeat umquam, quid sequatur.*] Sic Græci ἐπὶ ἔχω, τι et ἐπὶ ἔχω, οὐ, τι, apud quos εἰ, τι non quod solum, sed etiam quid et propter quid significat. *Habeo, quod*, sive non habeo, quod recte dicitur, ubi post habeo pronomen aliquid intelligitur, ut sensus sit εἴτε mihi aliquid, quod, sive nihil habeo, quod. At quum verbum habeo significat /cio, i. e. quum ad

verbum illud participia cognitum, constitutum, deliberatum, exploratum, perspectum, aut similia, extrinsecus adsumenda sunt: tum pronomen quid non modo blande admitti, sed etiam necessario requiri videtur. Sic noster vi. ad Div. ep. ii. 4. “Te aliiquid habere, quod speres; nihil, quod timeas.” Ad Atticum xv. 5. “Non habeo quid scribam.” (Præcesserat “Consilium meum magnopere exquirunt.”) Ad eumd. vii. ep. 19. pr. “Nihil habeo, quod ad te scribam.” Sed in fine ejusdem epist. “De pueris quid agam, non habeo.” De Nat. Deor. iii. 25. “De quibus habeo ipse, quid sentiam; non habeo autem, quid [i. e. in quo, qua re, δι' οὐ, τι] tibi adsentiar.”

12. *Ista mens.*] Qui posset in nobis mens esse, id est, ratio, vis veri perspiciendi?

*Ratione sublata.*] Si nulla

ut ceteri alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab his dissentientes, alia probabilia, contra alia 14 dicimus. Quid est igitur, quod me impedit, ea quæ mihi probabilia videantur, sequi? quæ contra, improbare: atque affirmandi arrogantiæ vitantem, fugere temeritatem, quæ a sa- 15 pientia diffidet plurimum? Contra autem omnia disputatur a nostris, quod hoc ipsum probabile elucere non possit, nisi ex utraque parte 16 caussarum esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in Academicis nostris satis, ut ar- 17 bitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quamquam in antiquissima nobilissimaque philosophia, Cratippo auctore, versaris, iis simillimo, qui ista præclara pepererunt; tamen hæc nostra, finitima vestris, ignota esse nolui. Sed jam ad instituta pergamus.

1. *III. Quinque igitur rationibus propositis officii persequendi, quarum duæ ad decus honestatemque pertinent; duæ ad commoda vi-*

*effet probabilis de rebus dis- putandi et recte vivendi ratio.*

13. *Contra alia.] Verba non probabilia esse sustuli, a viris doctis jam pridem condemnata.*

15. *Contentio.] Nisi inter se rationes utrimque committerentur, et, utra potior, perpendetur. Genitivus causarum pendet a contentio.*

17. *Philosophia.] Secta philosophorum Peripatetica.*

*Iis simillimo.] Primis philosophiæ conditoribus, Socrati,*

*Platoni, haud dissimili.*

*Ipsa præclara.] Etiam de Nat. Deor. ii. 29. doctrinæ inventorem ac principem dicit eum, qui ista peperit.*

*Finitima vestris.] Non eadem quidem, sed quæ tamen proprius ad vestra accedant.*

III. 1. *Quinque igitur rationibus.] Vid. lib. i. c. 3. extr.*

*Officii persequendi.] Exquirendi et inveniendi.*

*Ad commoda vitae, copias, opes, facultates.] Vid. lib. i. 3. 7. lib. iii. 5. 4.*

tæ, copias, opes, facultates: quinta ad eligendi judicium, si quando ea, quæ dixi, pugnare inter se viderentur: honestatis pars confecta est, quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, 2 quod utile appellatur. In quo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut honestatem ab utilitate secernens et constitueret, honestum esse aliquid, quod utile non esset, et utile, quod non honestum: qua nulla pernicies major hominum vitæ potuit afferri. Summa quidem auctoritate philosophi, severe 4 fane atque honeste, hæc tria genera confusa,

*Ad eligendi judicium.]* Ad cavendum in dubiis errorem, perspiciendumque, utrum e duobus sit eligendum.

3. *Lapsa consuetudo deflexit de via.]* Aberrans a recta via ablata est, recte judicandi rationem neglexit.

*Et constitueret, honestum—et utile.]* Vid. supra tum—tum c. i. 2.

*Qua nulla pernicies—afferri.]* Quo nihil fieri potuit hominum vitæ perniciosius: quippe quod flagitiis et sceleribus januam aperit.

4. *Summa quidem auctoritate philosophi.]* Particula quidem hic adversativam vim habere mihi videtur. Turpem vulgilevis errorem Cicero ut redargueret, opposuit ei severam illam atque honestam sententiam summorum philosophorum, Socratis, Platonis, Zenonis, qui defenderent, justum, honestum, utile, re conjuncta

atque eadem esse, cogitatione tantum distingui. De Fin. iii. 21. “Gravissimeque et verissime defenditur, numquam æquitatem ab utilitate posse separari: et quidquid æquum justumque esset, id etiam honestum: vicissimque, quidquid esset honestum; id justum etiam atque æquum fore.”

*Hæc tria genera.]* Justum, honestum, utile, quæ confusa sunt, id est, inter se implicata, ita cohærentia, ut divelli nequeant. Possis suspicari, in libris antiquis fuisse hæc tria genera re confusa. Eleganter autem Cicero tria genera appellat, quæ nostrum aliquis tres res, sive omisso substantivo, tria dixisset. Ita supra i. 5. 6. i. 6. 3. “In hoc genere.” Philipp. v. 4. extr. “Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut, si hoc genus in unum redigatur, non sit pecunia populo R. de-

5 cogitatione distinguunt. Quidquid enim justum sit, id etiam utile esse censem: itemque quod honestum, idem justum. Ex quo efficitur, ut, quidquid honestum sit, idem sit utile.  
 6 Quod qui parum perspiciunt, hi saepe versutos homines et callidos admirantes, malitiam sa-  
 7 pientiam judicant. Quorum error eripiendus est, opinioque omnis ad eam spem traducenda, ut honestis consiliis justisque factis, non fraude et malitia se intelligent ea, quae velint, conse-  
 8 qui posse. Quae ergo ad vitam hominum tu- endam pertinent, partim sunt inanima, ut au- rum, argentum, ut ea, quae gignuntur ex terra, ut alia generis ejusdem: partim animalia, quae habent suos impetus et rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratio-  
 9 ne utentia. Expertes rationis, equi, boves, reli- quae pecudes, apes, quarum opere efficitur ali-  
 10 quid ad usum hominum atque vitam. Ratio- ne autem utentium duo genera ponunt, deo-  
 11 rum unum, alterum hominum. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas: proxime autem et

futura." Philipp. vi. 2. extr.  
 " Semper eum dissimilia ge- nera tenuerunt, lenonum et latronum."

7. *Ad eam spem.*] Homines ad eam sententiam traducendi sunt, ut non aliter se ea, quae velint, consequi posse sperent, quam si justitiae et honestatis sint studioſi.

8. *Impetus et rerum appeti- tus.*] Iram, odium, cibi et con- junctionis aliarumque rerum

appetitum.

9. *Quarum opere.*] Nam opera potius est ratione utentium. Vid. n. 14.

10. *Unum deorum.*] Ita Sto- cis visum, qui cum deo homi- nes fere coequabant.

11. *Deos placatos.*] Propri- tios, bonos, benignos. Iram enim deo non tribuit, et si eos scelera vindicare non negat. Vid. lib. iii. 28.

*Proxime autem et secundum*

secundum deos homines hominibus maxime utiles esse possunt. (Earumque item rerum, 12 quæ noceant et obsint, eadem divisio est. Sed quia deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus obesse plurimum arbitrantur.) Ea enim ipsa, quæ inanima diximus, pleraque 13 sunt hominum operis effecta, quæ nec habemus, nisi manus et ars accessisset: nec his sine hominum administratione uteremur. Neque 14 enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agri cultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Jam vero et ea- 15

*deos.]* Plus est secundum, quam proxime. Nam proximum, ut Nonius interpretatur, “Dicebant veteres non solum ad. hærens et adjunctum: verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset,” cet. Secundum vero est, quod sine intervallo, ordine et quasi in serie quadam excepit alterum. Horat. Od. i. 12. 16.

*Unde nil majus generatur ipso,  
Nec viget quidquam simile  
aut secundum:*

*Proximos illi tamen occupavit  
Pallas honores.*

*13. Ea enim ipsa.]* Homines hominibus maxime utiles esse posse probatur. Quæ itaque inter n. 11. et hæc interjecta sunt, ne orationis contextum turbent, parenthesi separanda sunt.

*Manus.]* Labor, administratio. Infra c. 16. “Sine hominum labore et manu.”

*14. Frugum fructuumque.]* Fruges sunt agrorum cultorum, fructus pratorum, arborum, pecudum.

*Ulla esse potuisset.]* Sic etiam infra c. iv. 6. non posset. Quia esse posse natura prius est, certe prius cogitur, quam esse: Cicero, si de artibus, quas dixerat, pronuntiare voluisse, eas nullas futuras esse, recte dixisset, eas nullas esse posse. Jam vero, quod hoc significare voluit, artium illarum nulla esset, ex linguae Romanæ ingenio dixit nulla esse potuisset. Ita paullo post c. iv. 3. “Perspicuum est, qui fructus quæque utilitates—percipiantur, eas nos nullo modo—capere potuisse.” Hodie fortasse diceret aliquis capere posse. Virgil. Georg. i. 160.

*Dicendum, et quæ sint duris  
agrestibus arma,  
Quæ sine nec potuere feri,  
nec surgere messes.*

rum rerum, quibus abundaremus, exportatio,  
et earum, quibus egeremus, inventio, certe  
nulla esset, nisi his muneribus homines fungen-  
16 rentur. Eademque ratione nec lapides e terra  
excederentur ad usum nostrum necessarii,

*Nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur  
penitus abditum,*

sine hominum labore et manu.

1. IV. Tecta vero, quibus et frigorum vis pelleretur, et calorū molestiæ sedarentur, unde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subveniri, si aut vi tempestatis, aut terræ motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia p-2 tere didicisset? Adde ductus aquarium, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manu factos, quæ

15. *His muneribus.]* Has functiones susciperent.

16. *Nec ferrum,—abditum.]* Versus trochaicus tetrameter catalecticus. Ad ejusdem poëtæ, nescio cuius, verba respectit noster de Nat. ii. 60. “Nos e terræ cavernis ferrum elicimus, nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus.” Hinc etiam intelligere mihi videor, nomina metallo- rum, pro natura et pretio eorum, hic ita collocanda esse: *Nec ferrum, æs, argentum, au- rum.*

IV. 1. *Subveniri.]* Tectis, quæ ceciderunt, subvenire re-ete dicas eos, qui lapsa restituunt. Quemadmodum vero Græci βοηθεῖαι pro βοηθεῖαι

ἱμοὶ, ἐπιτάσσομαι pro ἐπιτάσσε-  
ται μοι, similique significatio-  
ne ἐπιτρέπομαι, πατένομαι, συγ-  
χινώσκομαι multaque ejusmodi  
dixerunt: ita adrideri, adfuri-  
gi, circumplaudi, circumsonari,  
decedi, imperari, invideri,  
obstrepri, offici, plaudi, subven-  
niri, alia præterea verba neu-  
tra a Cicerone atque optimis  
Latii scriptoribus passim usur-  
pata reperiuntur.

*Cecidissent.]* Suspicor, pri-  
mum fuisse concidissent. Suet.  
Tib. c. 74. “Turris Phari ter-  
ræ motu concidit.”

2. *Portus manu factos.]* Alii enim a natura effecti sunt,  
quos cothonas appellant, Græci  
κώδωνας, a κώδων, non κόδων,  
ut quidam scribunt.

unde sine hominum opere habere possemus? Ex quibus, multisque aliis perspicuum est, qui<sup>3</sup> fructus quæque utilitates ex rebus iis, quæ sunt inanima, percipientur, eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus, aut quæ<sup>4</sup> commoditas, nisi homines adjuvarent, percipi posset? Nam et qui principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque belua usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tempestivos fructus ex his capere possemus: ab eisdemque et eæ, quæ nocent, interficiuntur: et quæ usui possunt esse, capiuntur. Quid enumerem artium multi-<sup>6</sup> tudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? Quis enim ægris subveniret, quæ esset oblectatio valentum, qui vietus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent, quibus rebus exculta hominum vita tantum di-

*Sine hominum opere.]* Non res solum, quæ perficitur, sed labor etiam perficientis dicitur *opus*. Supra c. iii. 9. “Quarum opere efficitur aliquid.” Pro Marcell. c. 4. “Nihil est enim opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas.”

De Nat. Deor. ii. 60. “Jam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas invenitur et copia.”

3. *Quæ sunt inanima.]* Elegans est ex rebus iis, quæ sunt inanima. Vid. c. 7. pr. Ita

dixit nosfer ad Div. ep. xvi. 4. “Sumtui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit.” Sallust. Jugurth. xli. 1. “Abundantia earum rerum, quæ prima mortales putant.” Vid. utrobique Cortius, et ad Suet. Claud. c. 38. Ouden-dorpious.

*Eas nos.]* Eas utilitates.

5. *Principes inveniendi.]* Qui primi invenerunt.

*Tempestivos fructus.]* Convenienti tempore percipiendos.

6. *Quibus rebus exculta.]* Quibus artibus.

7 stat a vietu et cultu bestiarum? Urbes vero sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari: ex quo leges moreisque constituti, tum juris æqua descriptio certaque 8 vivendi disciplina. Quas res et mansuetudo animorum consecuta, et verecundia est: effetumque, ut esset vita munitior; atque ut dando et accipiendo, mutuandisque facultatibus et commodandis nulla re egeremus.

1 V. Longiores hoc loco sumus, quam necessæ est. Quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis a Panætio commemorantur, neminem neque ducem belli, nec principem domi, magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse? Commemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander; quos negat sine adjumentis hominum tantas res efficere potuisse. Utitur in re 2 non dubia testibus non necessariis. Atque ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu: sic nulla tam destabilis pestis est, quæ non homini ab homine

*Cultu bestiarum.] Cultus saepè a vietu non distinguitur: si vero hic discrimen aliquod admittendum est, intellige de ratione colendi sive habitandi, quæ διάτη Græcis vocatur: qua significacione fūs nemoris cultrix dicitur.*

*7. Sine hominum cœtu.] Congregata multitudine. Lib. i. c. 4. "Hominum cœtus et celebationes."*

*Ex quo.] Propter quod: ex eo, quod urbes ædificatæ sunt.*

*Juris æqua descriptio.] Jus suum cuique tribuens. i. 34. 9.*

*V. 2. Testibus non necessariis.] Qui suo exemplo testentur, quod sibi probandum sumvit, quamvis non dubium sit.*

*Conspiratione hominum.] Consensu, concordia.*

nascatur. Est Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumta; deinde comparat, quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est, bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus et profint, et obsint: proprium hoc statuo esse virtutis conciliare animos

4. *Est Dicæarchi liber.] Ex-*  
*stat. Vid. i. 11. 12. Dicæar-*  
*chus Siculus fuit, Aristotelis*  
*auditor, philosophus, orator,*  
*geometres, qui plura scripsit.*

*Collectis ceteris causis.] Ce-*  
*teris interitus hominum cau-*  
*sis, quales sunt eluviones, pe-*  
*stilentia, vastitas. Genitivi spe-*  
*cies significant causarum, non*  
*effecta. Eluvionis, inundatio-*  
*nis. Vastitatis, (an Cicero scrip-*  
*pserat siccitatis?) terris imbri-*um penuria, sterilitate, mon-*  
*tiuni incendiis aliisque fortui-*  
*tis calamitatibus sine homi-*  
*nūm opera vastatis: vel cum*  
*in vastas regiones errore de-*  
*ducti homines exercitusque*  
*perierunt.**

*Beluarum repentinæ multitu-*  
*dinis.] Non tantum ferarum,*  
*quam cladem Samaritis inci-*  
*diffisse legimus in sacris litteris;*  
*sed et minorum bestiarum,*  
*murium, ranarum, scorpio-*  
*num, serpentium, talparum,*  
*cuniculorum, locustarum.*

*Hominum genera.] Quasdam*  
*gentes.*

*Deinde comparat.] Ex altera*  
*parte ostendit, plures homines*  
*ab hominibus deletos.*

*Deleti sunt.] Indicativus in*  
*oratione obliqua. Romani vi-*  
*tantes orationis μονοσιδίαι ut*  
*alia multa, hunc quoque ser-*  
*monis ornandi variandique*  
*modum Græciæ acceptum re-*  
*ferebant. Noter ad Att. ep.*  
*i. 1. extr. “Vides enim, in*  
*quo cursu sumus.” Vide supra*  
*i. 7. 6.*

*5. Proprium hoc statuo esse*  
*virtutis.] Malitiam et fraudem*  
*animos hominum conciliare*  
*negat. Alii legunt: primum*  
*hoc statuo esse virtutis. Nec du-*  
*bitare desii, an hæc scriptura*  
*verior atque ita explicanda sit,*  
*ut particula primum ordipis*  
*significationem habeat, et ad*  
*prima capitibus proxime sequen-*  
*tis verba Quibus autem rationi-*  
*bus cet. sit referenda. Ita sol-*  
*lere bonos, exemplis docui-*

6 hominum et ad usus suos adjungere. Itaque, quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum promta ac parata, virorum præstantium sapientia et virtute excitantur. Etenim virtus omnis tribus in rebus fere vertitur: quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re verum, sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cujusque rei caussa sit: alterum cohibere mo-

mus supra ad i. 28. 9. Primum Cicero declarandum sibi sumit, a viro virtute prædicto fieri posse, et ad ejus curam hoc pertinere, ut hominum studia comprehendat: deinde ostendit, quibus rationibus hanc facultatem adsequi possit.

6. *Quæque in tractatione.*] Quæ ex beluis, quibus utimur, quasque alimus et tuemur, commoda, quasque utilitates percipimus.

*Artibus ea tribuuntur operosis.*] Artibus aut est dativus, ut sensus sit, artibus operosis designantur, adscribuntur, debentur; aut ablatus, ut sit, per artes conferuntur.

*Virorum præstantium sapientia et virtute excitantur.*] Ut homines prompti et parati sint ad nostras res amplificandas, id consequemur, si sapientia et virtute aliis præstabimus.

7. *Etenim virtus omnis.*] Enumerat Cicero potiores par-

tes, quas cultoribus suis virtus agendas imponat, eoque vincit, utique viro bono curandum esse, ut studia hominum complectatur ac teneat.

*Ex quo quæque gignantur.*] Cicero dicere videtur, ex quo principio omnia gignantur, et quæ cujusque rei sit origo. Tusc. Quæst. v. 4. “Unde omnia orientur, quoque reciderent.” Ibid. c. 24. “Inde est indagatio nata initiorum, et tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta: quæque cujusque generis, vel inanimi, vel animantis, vel muti, vel loquentis origo.” Philosophorum prisorum sententias de primis rerum omnium caussis exponit Aristot. Metaphys. i. 3. seqq.

*8. Alterum.*] Non displicere debet una res, alterum. Solent ita variare orationem. Supra i. 22. 9. “Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit

tus animi turbatos, quos Græci  $\pi\alpha\theta\eta$  nominant; appetitionesque, quas illi  $\delta\rho\mu\alpha\varsigma$ , obedi- entes efficere rationi: tertium, iis, quibus cum congregamur, uti moderate et scienter, quo- rum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus; per eosdemque, si quid importetur nobis incommodi, propulse- mus, ulciscamurque eos, qui nocere nobis co- nati sunt, tantaque pœna afficiamus, quanta æquitas humanitasque patitur.

VI. Quibus autem rationibus hanc faculta-  
tem assequi possimus, ut hominum studia com-  
pleteamur eaque teneamus, dicemus, neque ita  
multo post: sed pauca ante dicenda sunt. Ma-  
gnam vim esse in fortuna in utramque partem,

enim bellicam, quoniam vi  
manuque confecta est: sed ta-  
men id *ipsum* gestum est con-  
silio urbano, sine exercitu.”  
Liv. xlivi. 17. 2. “Ne quis  
*ullam rem* in bellum magistra-  
tibus Romanis conferret, præ-  
terquam *quod* senatus censu-  
isset.” Conf. supra ad cap. iv.  
3.

*Cohibere.*] Etsi præcesserat  
*una res* est in perspiciendo,  
tamen Ciceroni necessarium  
haud erat subjicere altera in  
*cohibendo*. Veteres non ita su-  
perstitione æqualitatem parti-  
um orationis servabant. Sæpe  
*ex una* verbi construzione in  
alteram transibant. De Orat.  
ii. 15. “Vult etiam,—signifi-  
cari,—ut caussæ explicitur.”  
Infra iii. 13. 1. “Non illud  
dici, ‘Quamvis hoc turpe sit,

tamen, quoniam expedit, fa-  
ciam:’ sed, ‘Ita expedire, ut  
turpe non sit.’”

*Quorum studiis.]* Ut eorum  
studiis.

*Quanta æquitas.]* Quanta ca-  
sum præcedentis nominis *pæ-  
na* non sine suavitate refert.

VI. 1. *Dicemus.]* Cap. 7.  
Neque ita multo post, est ‘Et  
quidem proxime, paullo post,  
sed pauca ante de fortuna di-  
cenda sunt.’

2. *In fortuna.]* Quam deo-  
rum cultores res humanas suo  
numine regere finixerunt, et  
hodie multi, sed a vero non  
minus alieni, plurimum posse  
putant. Tantum apud homi-  
nes imperitos inania nomina  
valent. *In fortuna pro fortunæ.*  
Infra c. 13. pr. “Etsi in eo  
ipso vis maxima est, ut simus

vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? 3 Nam et cum prospero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos: et cum reflavit, affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: deinde a bestiis iætus, morsus, impetus. Hæc ergo, ut dixi, rariora. At vero interitus exercituum, ut proxime trium, sæpe multorum; clades imperatorum, ut nuper summi ac singularis viri; invidiæ præterea multitudinis, atque ob eas bene meritorum sæpe civium expulsiones, calamitates, fugæ: rursusque secun-

ii, qui haberi velimus." Pro Domo c. 55. "Magna vis est cum in deorum immortalium numine, tum vero in ipsa re-publica."

3. *Affligimur.]* Metaphora a navibus, quæ faxis vel litoribus infliguntur.

4. *Ceteros casus rariores habet.]* Rarius ceteris casibus fortuna adfligit homines, quales sunt, qui ab inanimis proficiuntur, ut procellæ, tempestates.

*Ruinas.]* Ædificiorum ac montium. *Iætus,* quales sunt scorpionum, phalangiorum. *Impetus,* ut elephantorum, leonum, ursorum, aprorum, taurorum.

5. *Interitus.]* Hoc nomen plurali numero accipendum esse, quum ex iis quæ sequuntur, tum ex more Ciceronis intelligitur.

• *Ut proxime trium.]* Qui con-

cisi sunt in prælio Pharsalico, duce Pompeio, in Africa, duce Scipione, Pompeii socero, et in Hispania, ducibus Pompeii filiis.

*Sæpe multorum.]* Multorum, quorum aliis alio tempore interit. Ita solet Cicero. Tusc. Quæst. i. 30. "Cum vero caussam justam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis." Conf. iii. 10. 1.

*Summi ac singularis viri,]* Pompeii Magni. Etiam in Bruto c. 85. Catonem appellat *summum et singularem virum.*

*Invidiæ.]* Invidia, odia. Cic. lib. v. ep. 9. "Malevolorum obtrectationes et invidias non prosternat?" Vide i. 22. 15. *Fugæ, exilia.* Vide Vechneri Hellenolex. lib. ii. c. 7. p. 515. *Honores, magistratus; imperia, imp. militaria.*

dæ res, honores, imperia, victoriæ, quamquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. Hoc 6 igitur cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare possimus. Quæ si longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparatur. Ita fortassis etiam brevior videbitur. Quæcumque igitur homines homini tribuunt 8 ad eum augendum atque honestandum, aut benivolentiæ gratia faciunt, cum aliqua de caussa quempiam diligunt: aut honoris, si cuius virtutem suspiciunt, quemque dignum fortuna quam amplissima putant: aut cui fidem habent, et bene rebus suis consulere arbitran-

*Neutram in partem effici possunt.]* Hæc adversa et secunda, quæ enumeravi, nec ad interitum, nec ad salutem effici possunt.

*6. Hoc igitur cognito.]* Hoc cum sciamus.

*7. Quæ si longior fuerit oratio.]* Si de his rebus verhosius dicam, sermoque meus erit longior: quanta rei, de qua ago, sit utilitas, perpendendum, et sermonis longitudine cum utilitatis magnitudine comparanda erit.

*Fortassis.]* Hoc adverbium ætatis aureæ scriptoribus non displicuisse constat.

*8. Ad eum augendum atque honestandum.]* Ad ejus commodity augenda et dignitatem amplificandam.

*Aut benivolentiæ gratia.]* Sex

enumerat rationes, cur homines hominibus se utiles præbeant. De prima et quarta, quæ *benivolentiam* et *metum* habent, dicturus est initio cap. vii. usque ad finem cap. viii. de secunda et tertia, in qua continentur *honos* et *fides*, agit a c. ix. fere ad finem c. xiv. de quinta et sexta, in quibus *liberalitas* et *corruptela* insunt, a cap. xv. usque ad finem cap. xxiv.

*Faciunt.]* Subaudi ea,

*Honoris.]* Honoris gratia, quia eum colunt et aliis præferunt.

*Quemque dignum.]* Id est, et si quem dignum. i. 35. 3.

*Aut cui fidem habent.]* Si cuius fidei se suaque recte se credere posse putant.

tur: aut cuius opes metuunt: aut contra, a quibus aliquid exspectant: ut cum reges, popularesve homines largitiones aliquas propo-nunt: aut postremo, pretio ac mercede ducun-tur: quæ sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima, et iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam non num-quam hoc subsidium necessarium est: quem ad modum sit utendum eo, dicemus, si prius iis de rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixeri-mus. Atque etiam subjiciunt se homines im-perio alterius et potestati de caussis pluribus. 12 Ducuntur enim aut benevolentia, aut benefi-ciorum magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe, sibi id utile futurum, aut metu, ne vi-

*A quibus aliquid exspectant.]*  
Si quid a quibus sperare pos-funt.

*Popularesve homines.]* Qui multitudini placere volunt, ejusque studium quibuscumque artibus captant. His oppo-nuntur *optimates*, qui nobilitatis potentiae amici sunt.

*Largitiones proponunt.]* Pro-ponere est, publice promittere. *Largitionum* genera erant leges agrariæ, frumentariæ, tabulæ novæ, munera gladiatoria, e-pulæ, viscerationes, congaria: de quibus cap. 16. 17. et 24.

*Aut postremo, pretio ac mer-cede.]* Hic quoque si subau-di: si pretio ac mercede con-

ducuntur.

9. *Est illa quidem ratio.]* i.  
27. 9. "Decorum totum il-lud quidem est cum virtute consufsum." xxix. 8. "Ludo autem et joco uti illo quidem licet."

*Qui ea tenentur.]* Qui ea lo-cupletioribus obligantur.

11. *Atque etiam.]* Supra cauas exposuit, quibus addu-cti homines aliis ea tribuunt, quæ ad augendos et honestan-dos eos pertinent: nunc ostendit, quibus rebus permoti se aliis subjiciant. Non idem ita-que bis dicitur.

12. *Aut spe—futurum.]* No-mini data verbi constructio. Lib. i. de Fin. c. 16. "Tum

parere cogantur, aut spe largitionis promissis-  
que capti: aut postremo, ut saepe in nostra re  
publica videmus, mercede conduicti.

VII. Omnia autem rerum nec aptius est<sup>1</sup>  
quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam  
diligi, nec alienius, quam timeri. Praeclare  
Ennius:

2

*Quem metuunt, odere: quem quisque odit, peri-  
isse expetit.*

Multorum autem odiis nullas opes posse obser-  
vere, si antea fuit ignotum, nuper est cogni-  
tum. Nec vero hujus tyranni solum, quem<sup>4</sup>  
armis oppressa pertulit civitas, paretque cum  
maxime mortuo, interitus declarat, quantum  
odium hominum valet ad pestem; sed reliquo-

spe, nihil earum rerum defu-  
turum, quas natura depravata  
desiderat." Vid. infra ii. 24.

9.

*In nostra republica videmus.]*  
Hoc ipso tempore, quo Anto-  
nius mercede conducebat ve-  
teranos et alios.

VII. i. *Omnium autem rerum.]*  
Hoc non pendet ab aptius, sed  
a quidquam. Cap. ix. 11. "Ha-  
rum igitur duarum ad fidem  
faciendam justitia plus pollet."  
Vid. i. 13. 11. ii. 14. 7. et de  
Generis Inequalitate ii. 4. 3.

*Tuendas ac tenendas.]* Ita de  
Fin. ii. 4. conjunxit "Id te-  
nere unum, id tueri, id de-  
fendere." In Verr. iv. 63.  
"Ut quisque eis rebus tuen-  
dis conservandisque præfue-  
rat."

*Diligi,—timeri.]* Hoc et se-

quente capite tractat *benivo-  
lentiam* et *metum*, quæ in ra-  
tionibus illis sex (cap. vi. 8.  
enumeratis) primum et quar-  
tum locum obtinent.

2. *Quem metuunt.]* Versus  
Ennii trochaicus tetrameter  
catalecticus.

3. *Nuper est cognitum.]* In  
Julii Cæsaris interitu.

4. *Paretque cum maxime mor-  
tuο.]* Cum maxime exponitur  
hoc ipso tempore. Parebat au-  
tem Cæsari mortuo civitas Ro-  
mana, cum ejus non acta so-  
lum servarentur, sed et leges,  
a vivente numquam latæ, fi-  
ctæ et commenticiæ, figeren-  
tur ab Antonio: cumque vin-  
dices libertatis ab ejus amicis,  
qui opibus prævalebant, omni-  
bus minis terrorerentur.

*Falet ad pestem.]* Ad perni-

rum similes exitus tyrannorum, quorum haud  
5 fere quisquam talem interitum effugit. Malus  
est enim custos diuturnitatis metus, contraque  
6 benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem. Sed  
iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane  
adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter  
7 teneri non possunt. Qui vero in libera civi-  
tate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil  
8 potest esse dementius. Quamvis enim demer-  
sæ sint leges alicujus opibus, quamvis timefa-  
cta libertas, emergunt tamen hæc aliquando  
aut judiciis tacitis, aut occultis de honore suf-  
9 fragiis. Acriores autem morsus sunt inter-  
10 missæ libertatis, quam retentæ. Quod igitur  
latissime patet, neque ad incolumitatem solum,  
sed etiam ad opes et potentiam valet pluri-

ciem. De indicativo vide su-  
pra c. v. 4.

5. *Diuturnitatis.*] Incolumi-  
tatis diuturnæ, ut *perpetuitas*  
est salus ad supremum serum-  
que vitæ finem durans.

6. *Teneri.*] Contineri, coër-  
ceri.

7. *Instruunt.*] Opibus, ar-  
mis, singularis potentiae præ-  
fidiis.

*Nihil potest esse dementius.*] Nemo dementior. Neutrum pro masculino ponitur. Modus loquendi Ciceroni familiaris. Læl. c. xv. 7. "Neque quidquam insipiente for-  
tunato intolerabilius fieri pot-  
est." Epist. ad Div. iv. 4. 6.  
"Victoris, quo nihil moderatius," i. e. nemo moderior.

8. *Quamvis enim.*] Quan-

tumvis demersæ sint. i. 25. 5.

[*Judiciis tacitis.*] *Judicia ta-  
cita*, sunt, quæ sine verbis de-  
clarantur, factis maxime. Ta-  
lia erant, cum sub tyrannis  
nobiles secessum et latebras  
petebant, a matrimonio ab-  
horrebant, liberos tollere gra-  
vabantur. Vlde Plin. Paneg.  
c. 27.

[*Occultis de honore suffragiis.*] Cum illis honores deferuntur,  
qui tyrannis maxime invisi  
sunt. Exemplum habes apud  
Sueton. Cæs. c. 80.

9. *Acriores autem morsus sunt  
intermissæ libertatis.*] Libertas  
intermissa acrius mordet. Est  
autem *intermissa libertas*, quæ  
aliquamdiu non usurpata fuit,  
quæ ad tempus continere se  
coacta est.

mum, id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur: ita facillime, quæ volemus, et privatis in rebus, et in re publica consequimur. Etenim, qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi, necesse est. Quid enim censemus, superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone adurebat capillum? Quid? Alexandrum Pheræum, quo animo vixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum delige-

*12. Quid enim censemus.]* Quid in hac formula interrogandi tantum vim habet, ac potius abundat. Pro Rosc. Am. c. 17. pr. “Quid censes hunc ipsum S. Rosciū, quo studio—esse?” De Or. i. 17. extr. “Quid censes,—qualem illum—oratorem futurum?”

*Superiorem illum.]* Dionysium majorem, Siciliæ tyranum, minoris patrem.

*Cultros metuens tonsorios.]* Val. Max. ix. 13. extr. “Tonsorum metu tondere filias suas docuit. Quarum, postquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit, ut carentium juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.”

*Adurebat capillum.]* Dionysius adurebat capillum, id est adurendum sibi curabat, ita instituerat filias, ut sibi capillum adurerent. Dictum est ut illud Sueton. Aug. c. 79. “In capite comendo tam incurio-

sus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet.” De eodem Dionysio Cic. Tusc. v. 20. “Instituitque, ut carentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.” Sed locus noster nullo supplemento indiget; *capilli* enim adpellatione barba etiam includitur, quemadmodum hoc vocabulo usus est Cic. in Verr. lib. v. cap. 49. “Sthenius hic Thermitanus cum hoc capillo atque veste.” Sthenius vero, ut folidatus, et *barbam*, et *capillum* submisserat.

*13. Alexandrum Pheræum.]* Pheræ in Thessalia sitæ erant, quibus Alexander hic tyranus imperavit. Vide Plutarch. et Corn. Nep. in Pelopida.

*Uxorem Theben.]* Jasonis filiam, de quo lib. i. 30. 11,

ret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, et eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Thraciis, destricto gladio jubebat anteire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas mulieres, et, ne quod in vestimentis occultaretur 14 telum, exquirerent. O miserum, qui fidelorem et barbarum et stigmatiam putaret, quam conjugem! Nec eum fecellit. Ab ea est enim ipsa propter pellicatus suspicionem imperfectus. 15 Nec vero ulla vis imperii tanta est, quæ, pre- 16 mente metu, possit esse diurna. Testis est Phalaris, cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander; non a paucis, ut hic noster: sed in quem universa Agrigentino-

*Notis Thraciis.]* Alii *Threiciis* ab Ionica voce Θρηικος. Thracibus antiqui sœpe pro satellitibus utebantur, ut nostri reges Hungaris vel Helvetiis. His enim major, quam civibus, fides habebatur. Illi vero stigmatibus corpora notare solebant.

*Destricto gladio.]* Vid. iii. 31. 9.

14. *Stigmatiam.]* Græci σιγματιαν vocant. A σιγω, pungo, fit ὁ σιγματιος, notis compunctus.

*Nec eum fecellit.]* Thebe non fecellit maritum, suspicio tyraanni non falsa fuit, non imprudenter in ea fecit. Ep. ad Div. iv. 2. 6. “Quantum nos fecellerit, [Cæsar] vides.”

*Ab ea est enim ipsa.]* Tradit

quidem Plutarchus in vita Pelopidae extrema Theben ad interficiendum tyrannum Tisiphoni, Pytholai et Lycophronis, fratrum suorum, opera usam esse. Et Diodor. Sic. i. xvi. p. 517. ait. Pheræum tyrannum ab uxore sua Thebe, hujusque fratribus, Lycophrone et Tisiphono, imperfectum esse. Nec tamen est, quod quispiam miretur, Ciceronem dicere, ab ipsa Thebe Alexandrum occitum esse.

16. *Phalaris.]* Siciliæ tyrannus, vixit Solonis et Æsopi tempore.

*Nobilitata.]* Nota, celebris. Vid. i. 4. 9.

*Hic noster.]* Cæsar.

*Universa Agrigentinorum multitudo.]* A qua lapidibus pro-

rum multitudo impetum fecit. Quid? Mace-<sup>17</sup>  
dones nonne Demetrium reliquerunt, universi-  
que se ad Pyrrhum contulerunt? Quid? La-  
cedæmonios, injuste imperantes, nonne repen-  
te omnes fere socii deseruerunt, spectatoresque  
se otiosos præbuerunt Leuætricæ calamitatis?

VIII. Externa libentius in tali re, quam do-<sup>1</sup>  
mestica, recordor. Verum tamen quam diu<sup>2</sup>  
imperium populi Romani beneficiis tenebatur,  
non injuriis: bella aut pro sociis, aut de impe-  
rio gerebantur; exitus erant bellorum aut mi-  
ties, aut necessarii; regum, populorum, natio-  
num portus erat et refugium senatus; nostri<sup>3</sup>

stratus est, Zenonis Eleatæ  
maxime impulsu, quem vario  
cruciatus genere tyrannus tor-  
quebat. Valer. Max. lib. iii.  
3. 2. Ovidius in Ibi, ver. 441.  
eum in Perilli taurum conje-  
ctum et combustum tradit.

17. *Demetrium.*] Poliorcen-  
ten, Antigoni, Afiae regis, fi-  
lium. Plutarchus inter cete-  
ra, insolenter ac superbe a De-  
metrio facta, quibus cives of-  
fenderit, hoc quoque nar-  
rat. Cum oblatas sibi in iti-  
nere multorum scriptas pe-  
titiones benigne præter con-  
suetudinem accepisset, sum-  
moque cum gaudio, qui dede-  
rant, regem prosequerentur,  
omnes eas, ut in pontem Axii  
venit, chlamyde excusâ in  
fluvium projecti.

*Spectatoresque se otiosos.*] Cor-  
nel. Nep. Epam. 6. extr. De  
*Leuætrica calamitate* vid. i. 18.  
9. 24. 10.

VIII. 2. *Beneficiis tenebatur.]*  
Reête, præclare et aliis bene  
faciendo. Sallust. Cat. ix. 5.  
“In pace beneficiis, quam  
metu agitabant.”

*Non injuriis.]* In his verbis  
*περιστασιῶν* periodi finiendam  
duxi. Sequentia vero usque  
ad finem n. 3. *ἀπόδοσις* esse  
jussi.

*Exitus erant.]* Subintellige  
copulam: *et exitus erant.*

*Necessarii.]* Etiamsi durius  
aliquid in hostes consuleretur,  
necessitatibus danda erat venia:  
quod publicæ utilitatis ratio  
id exigebat. Ita Carthago, ita  
Corinthus excisa est, quod  
nulla cum his civitatibus pax  
satis fida fore videbatur.

*Populorum, nationum.]* La-  
tius patet *nationis* nomen,  
quam *populi*. Est enim *natio*,  
quæ communi lingua utitur;  
*populus*, qui iisdem institutis et  
legibus continetur.

autem magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate et fide defendissent.  
 4 Itaque illud patrocinium orbis terræ verius,  
 5 quam imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem et disciplinam jam antea minuebamus: post vero Sullæ victoriam penitus amisimus. Desitum est enim videri quidquam in socios iniquum, cum exsistisset in cives  
 7 tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam caussam non honesta victoria. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletium, et certe civium, prædam se suam vendere.  
 8 Secutus est, qui in caussa impia, victoria etiam fœdiore, non singulorum civium bona publica-

4. *Patrocinium.*] Tutela, summum præsidium, sub quo omnes gentes tutæ agerent. addicebantur. Vid. n. 12. et cap. xxiii. 10.

5. *Jam antea.*] Ante Sullæ dominatum, cuius crudelitatem lege apud Vell. Patrc. ii. 28. Sallust. Cat. c. 11.

*Prædam sē suam.*] Se bona eorum vendere, quos bello devicisset: quasi hostes illi, non cives, essent.

7. *Honestam caussam non honesta victoria.*] Sallust. eod. loc. "Postquam L. Sulla, armis recepta republ. bonis inititiis malos exitus habuit." Initia erant honesta, quod nobilitatis a Mario oppressæ cau-

sum defendebat: exitus victoriæ minime erat honestus, sed crudelissimus.

*Hasta posita.*] Cum venderet bona proscriptorum: cuius venditionis signum erat *hasta*, unde *hastæ subjici* dicebantur, quæ plus licitantibus

*Julius Cæsar*, cuius *causam impiam* dicit, quod contemptis legibus eos sibi honores arrogavit, quos nemo civis Rom. æquo jure cum aliis vivens, adsequi poterat, et hanc unam civilis belli causam habuit.

*Victoria etiam fœdiore.*] Qua non singulos cives, sed universas provincias adfluxit, quod Sulla non fecerat. Quamquam ob id ipsum quoque foedior erat victoria, quod causa erat impia.

*Non singulorum civium.*] Qua-

ret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis jure comprehendenderet. Itaque vexatis et perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua numquam nostri imperatores ex Transalpinis [bellis] triumpharunt. Multa præterea com-

*Si scripsisset non tam singulorum civium quam universas, cet.* Apud Sallust. Jug. xiv. 23. Adherbal de fratre Hiempiale, quem regni participem Jugurtha interfecerat: "Non enim regnum, sed fugam, exsilio —cum anima simul anisisti."

*Uno calamitatis jure.] Jus est status et conditio.* Agrar. iii. 2. "Libera meliore jure sunt, quam serva." Respexisse Ciceronem crediderim ad id, quod *victor jura dare victis* dicitur. Cæsar igitur *universas provincias regionesque uno calamitatis jure comprehendit*, i. e. *victor hanc eis condicionem tulit, legem hanc eas accipere coegerit*, ut una omnes pariter essent calamitosæ. Nec mirum videri debet, *jus appellari*, quod multis calamitatibus afferat. Namque est etiam *jus injustum*. Paullus de Just. et Jur. "Prætor quoque, [inquit] jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit: relatione scilicet facta, non ad id, quod ita prætor fecit, sed ad illud, quod prætorem facere convenit."

*9. Exteris nationibus.] Gallicis, Graecis, Ægyptiis, Afris, Hispanis.*

*Ad exemplum amissi imperii.]*

Quasi imperium Rom. amisum esset, dum de sociis civitatibus triumpharet: ac si hoc exemplo declararetur, populum Rom. suum imperium amisisse, cum suos socios unus potestati subjici videret.

*Portari in triumpho Massiliam.] Massilia, Galliae Narbonensis civitas, Romanis semper amica et fida, Cæsari adversus Pompeii legatos in Hispaniam proficisci portas clauserat. Itaque ab eo obfessa et magnis operibus expugnata in triumpho Gallico portata est, id est, imago ejus citrea inter pompæ sercula translata est. Conf. Quintil. vi. 3. 61. cum Velleio ii. 56. 2.*

*Ex Transalpinis.] Substantive Transalpinos dicere potuit, quemadmodum Brutus lib. xi. ad Divers. ep. 4. Progressus sum ad Inalpinos. Formula dicendi ex urbe (de ea urbe) et ex gente triumphare usitissima est. Cicero de eadem Massilia Philipp. viii. 6. "Ne triumphus quidem facit finem belli? per quem lata est urbs ea, sine qua numquam ex Transalpinis gentibus majorcs nostri triumpharunt."*

memorarem nefaria in socios, si hoc uno quidquam sol vidisset indignius. Jure igitur plementum. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervernisset licentia: a quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hereditas. Nec vero umquam bellorum civiliū semen et cauſsa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt. Quam P. Sulla cum vibrasset, dictatore propinquo suo, idem sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit. Al-

10. *Sol vidisset.]* Hoc sumtuum est e medio, cum sol, quasi mundi oculus, omnia adspicere videatur. Vide Erasmī Adag. Theognis v. 167.  
"Ολειος ουδεις Ἀνθρώπων, οπόσες  
κέλιος καθηροῦται."

11. *Multorum impunita.]* Patientiam Romanorum reprehendit, Sullæ, Clodii, Pisonis, Gabinii aliorumque scelera inulta relinquentium.

*Ad paucos.]* Sororum Cæsarialis nepotes, quos heredes instituerat, C. Octavianum ex dorante, L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante reliquo. Sueton. Cæs. c. 83.

12. *Semen et cauſsa.]* Semen bellorum civilium, sunt bellorum civilium concitatores. Ita apud Liv. iii. 19. 5. tribuni pl. *semina discordiarum* vocantur. *Cauſsa* vero est praetextus. Infra iii. 10. 5. "Muri cauſsam opposuit."

*Homines perditi.]* Omnes illi, quibus amissis rebus suis nulla

spes supereft, nisi in proscriptione bonorum civium: quem Cicero Antonium maxime videri vult, qui et ipse se fator fuerat. Vide Philipp. ii. 26.

*Hastam illam cruentam.]* Venditionem bonorum, quorum domini vel in bello occubuerant, vel in numerum proscriptorum relati impune trucidabantur.

*P. Sulla.]* Cujus patruus fuerat L. Cornelius Sulla, dictator. Hie, cum illo dictatore proscriptionibus præfuisset, sexto et tricesimo anno postea sub Cæsare sui se similem præbuit.

*Sexto tricesimo.]* Ita copulam omisit de Invent. i. 55. "Tertius decimus." Ibid. 56. "Quartus decimus, sextus decimus." Pro Cluent. 27. "Septimus decimus." Ad Divers. xii. 25. princ. "Alter viceimus." Liv. vii. 18. 1. "Quintus tricesimus."

ter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in  
hac fuit quæstor urbanus. Ex quo debet in- 13  
telligi, talibus præmiis propositis, numquam  
defutura bella civilia. Itaque parietes modo 14  
urbis stant et manent, iisque ipsi jam extrema  
scelera metuentes: rem vero publicam penitus  
amisimus. Atque in has clades incidimus (re- 15  
deundum est enim ad propositum) dum metui,  
quæ cari esse et diligi maluimus. Quæ si 16  
populo Romano injuste imperanti accidere po-  
tuerunt, quid debent putare singuli? Quod 17  
cum perspicuum sit, benivolentiæ vim esse ma-  
gnam, metus imbecillam; sequitur ut dissera-  
mus, quibus rebus possimus facillime eam,  
quam volumus, adipisci cum honore et fide  
caritate. Sed ea non pariter omnes ege- 18  
mus. Nam ad cujusque vitam institutam ac-

*Scriba fuerat.]* Is fuit *Ser-  
vius Cornelius Sulla*, Publpii  
Sullæ, quem paullo ante no-  
minavit, frater, qui e conjura-  
tione Catilinaria evaferat.

*13. Talibus præmiis propositis.]* Cicer. Philipp. viii. 3.  
“ Hasta Cæsar is multis im-  
probis et spem adfert et auda-  
ciam. Viderunt enim ex men-  
diciis fieri repente divites. Ita-  
que hastam videre semper cu-  
piunt ii, qui nostris bonis im-  
minent.”

*14. Extrema scelera metuen-  
tes.]* Ne faces sibi subdantur.

*Rem vero publicam penitus  
amisimus.]* Vide i. 11. 6.

*14. Maluimus.]* Quia præ-  
greditur præteritum tempus in  
has [sc. quas dixi] clades inci-

dimus, etiam post particulam  
dum præteriti temporis ver-  
bum requiritur.

*16. Quid debent putare sin-  
guli.]* Fortasse Cicero scripse-  
rat: quid debet putari, singu-  
lis? ut ex antecedentibus re-  
petatur accidere posse.

*17. Quod cum.]* Quod relati-  
vam significationem, nec ul-  
lam aliam vim hic habet, ac  
prope abesse potest. Vid. iii.  
31. 7.

*18. Non pariter.]* Non o-  
mnibus pari opus est gloria,  
sed major alii, alii minor est  
appetenda.

*Ad cujusque—accommodan-  
dum.]* Ex cujusque vitæ insti-  
tuto existimandum est, multis  
an paucis ei opus sit amicis.

commodandum est, a multisne opus sit, an satis  
 19 a paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idque  
 et primum et maxime necessarium, familiarita-  
 tes habere fidas amantium nos amicorum, et  
 20 nostra mirantium. Hæc enim est una res pror-  
 fusa, ut non multum differat inter summos et  
 mediocres viros; eaque utrisque est prope mo-  
 21 dum comparanda. Honore, et gloria, et beni-  
 volentia civium fortasse non æque onines e-  
 gent, sed tamen si cui hæc suppetunt, adjuvant  
 aliquantum tum ad cetera, tum ad amicitias  
 comparandas.

1 IX. Sed de amicitia alio libro dictum est,  
 qui inscribitur Lælius. Nunc dicamus de glo-  
 ria, quamquam ea quoque de re duo sunt no-  
 stri libri; sed attingamus, quando quidem ea  
 in rebus majoribus administrandis adjuvat plu-  
 2 rimum. Summa igitur et perfecta gloria con-

19. *Certum igitur hoc sit.]* Vide i. 12. 6.

20. *Est una res prorsus, ut.]* *Est ut* Graecorum more fre-  
 quentissime dicitur. Rarius vero hoc, ut *res* adjiciatur.  
*Pro Mil. c. 13. extr.* “Ille erat ut odiasset.” Alii dixi-  
 sent, ‘Hæc una res est, in qua non multum differat inter summos et mediocres viros.’  
*Vide infra cap. 24. pr.*

*Prope modum.]* Certo quodam modo.

IX. 1. *Alio libro—Lælius.]* Cicero in proœm. libri ii. de divinatione, ubi omnes libros suos enumerat, Lælium non nominat; nec ipsorum de of-

ficiis librorum mentionem ibi facit. Fieri ergo potuit, ut inter illum de divinatione, et hunc de officiis librum brevis de amicitia dialogus interjiceatur, et jam in Attici manibus esset, cum hæc scriberentur.

*Nunc dicamus de gloria.]* Ab hoc capite ad finem cap. 14. de *honore et fide* agit. Vid. vi. 8.

*Duo sunt.]* Exstant. Vid. cap. v. 4. Ne hi quidem existabant, cum liber secundus de divinatione ederetur, adeoque et ipsi nuper admodum ad Atticum missi erant.

stat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Hæc autem, si est simpliciter bre-  
viterque dicendum, quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alias quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tamquam influere possimus. Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi, benivolentiæ præcepta videamus: quæ quidem beneficiis capitur maxime: secundo autem loco benefica voluntate benvolentia movetur, etiam si res forte non suppetit. Ve-  
hementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniunque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod

3. *Simpliciter.*] Aperte, candide, sine dissimulatione.

- *Pariuntur a singulis.*] Quibus rebus, ut a singulis amemur, consequimur, iisdem, ut multis cari simus, consequimur. Verbo *parere* pro *parare* usurpato, præpositiones haud insolenter adjiciuntur. Infra xiii. 13. “Sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione.” Liv. xlvi. 61. 10. “Similem gloriam ex hoste pariendi occasionem optabant.” Curt. x. 6. 8. “Ut victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obtinere possimus.”

*Alius quoque quidam.*] Vide i. 4. 1.

4. *Quæ quidem beneficiis capitur.*] Benvolentiam capi satis latine dicas sicuti *captari* benvolentia recte dicitur.

*Benvolentia movetur.*] Abesse potest verbum *benvolentia*.

5. *Commovetur.*] Et n. 6. “Specie sua commovet.” Vid. iii. 4. 1.

*Opinione liberalitatis.*] *Opinio* non est sua cujusque de suis virtutibus persuasio, sed aliorum de his existimatio. Sic “Opinio probitatis,” n. 12. “Opinio justitiae,” c. xi. 6. “Quorum de justitia magna esset opinio multitudinis,” c. xii. 5.

honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus: idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. Atque haec quidem caussae diligendi gravissimae: possunt enim præsterea non nullæ esse leviores. Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest: si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam. Nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, quoque et futura prospicere credimus, et cum res agatur in discrimenque ventum sit, expedire rem et consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem homines existimant veramque prudentiam. Justis autem et fidis hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis injuriæque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos, rectissime committi arbitramur. Harum

6. *Maximeque quasi perlucet.]* Quia *τροπαστιν* constituit, cui adhæret maximeque quasi perlucet: *ἀπόδοσις* ab idcirco incipit.

8. *Fides autem ut habeatur.]* Hoc quid sit, disce ex n. 10.

9. *Expedire rem.]* Difficultatibus superatis perficere id, quod velis.

*Homines existimant.]* Multi philosophi facultatem istam politicam adeo contemnebant, ut eam perfecto sapiente vix dignam putarent. Dicit igit-

tur Cicero, *homines*, i. e. plerosque, prope omnes, vulgo homines, hanc prudentiam politicam utili et veram prudentiam existimare. Hæc significatio vocis *homines* nostro valde usitata est. Ad Diuers. ep. i. 7. "Ex eventu homines de tuo consilio existimatuos." Lib. x. ep. 25. "Id quod homines arbitrantur."

11. *Harum igitur duarum.]* Vid. c. 7. pr.

igitur duarum ad fidem faciendam justitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine justitia nihil valeat ad faciendam fidem. Quo enim quis<sup>12</sup> versutior et callidior est, hoc invisiō et suspēctior, detracta opinione probitatis. Quā ob<sup>13</sup> rem intelligentiae justitia conjuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium; justitia sine prudentia multum poterit; sine justitia nihil valebit prudentia.

X. Sed ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso saepe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere virtutes: nunc ita sejungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, justus esse: alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quā ob rem, ut vulgus, ita nos hoc loco lo-<sup>3</sup> quimur, ut alios fortes, alios bonos viros, alios

*12. Detracta opinione probitatis.]* Nisi probus esse aliis quoque videatur.

*13. Quā ob rem.]* Quā Cicero inde a n. 8. tradiderat suisque rationibus confirmaverat, ea brevi comprehensio ne devincta hic repetit, reminiscendique causa unum sub aspectum subjicit.

*Intelligentiae justitia conjuncta.]* Justitia cum prudentia conjuncta ad faciendam fidem tantum virium habebit, quantum ipsa volet.

X. 1. *Ne quis sit admiratus.]*

Ne quis admiretur.

*A meque ipso saepe.]* Maxime lib. iii. Tusc. et v. de Fin.

*Qui unam haberet.]* Hoc imperfectum non ad constet, sed ad disputatum sit referendum.

*2. Cum veritas ipsa limatur.]* Cum vera a falsis secernuntur, et quasi lima poliuntur.

*Ad opinionem communem.]* Vulgarem. Sic "Communia officia," lib. i. c. 3. lib. iii. 3. 10. "Communes amicitiae," l. iii. 10. 15. de Amicit. c. xxi. 4.

4 prudentes esse dicamus. Popularibus enim verbis est agendum, et usitatis, cum loquimur de opinione populari, idque eodem modo fecit  
 5 Panætius. Sed ad propositum revertamur. Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent, hoc tertium, ut cum admiratione hominum,  
 6 honore ab iis digni judicaremur. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, et præter opinionem suam animadver-  
 terunt: separatim autem in singulis, si perspi-  
 7 ciunt nec opinata quædam bona. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam, et  
 8 singulares perspicere virtutes: despiciunt au-  
 tem eos et contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Non enim omnes eos contemnunt, de quibus male  
 9 existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, et ad faciendam injuriam instructos, eos contemnunt quideam neutquam,  
 10 sed de his male existinant. Quam ob rem, ut ante dixi, contemnuntur ii, qui 'nec sibi, nec

4. *De opinione populari.]* De populi sive multitudinis opinione, quam illa de alicujus virtute habet.

5. *Pertinerent.]* Vide supra i. 9. 6. xliv. 10.

*Cum admiratione hominum.]* Admirantibus nos hominibus.

6. *Communiter.]* Universi pariter in omnibus. *Generali-*liter vulgo dicunt; ut *speciali-*ter, quod Cicero *separatim*.

*Nec opinata.]* Alii *nec opinata*, una voce scribunt. Est enim *inopinata*.

8. *Nihil virtutis, nihil ani-  
mi, nihil nervorum.]* Nullam prudentiam, nullum animum, nullas ad efficiendum vires.

10. *Qui nec sibi nec alteri.]* Verbum supprimitur, quod in proverbiis sollempne et elegans est. Facciolatus *valent subin-*telligit, idque in utramque

alteri,' ut dicitur ; in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem afficiuntur ii, qui anteire ceteris virtute putantur, et cum omni carere dedecore, tum vero iis vitiis, quibus alii non facile possunt obsistere. Nam et voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes animi a virtute detorquent ; et dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterritentur. Vita, mors, divitiæ, paupertas, omnes homines vehementissime permovent. Quæ qui in utramque partem excenso animo magnoque despiciunt, cum aliqua his ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit et rapit. Tum quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis ?

XI. Ergo et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit : et maxime justitia

partem, ad commodum et ad incommodum.

*Admiratione aut afficiuntur.]*  
Sic honore, laude, præmiis offici dicimus. Idem aliter expressit xi. 1.

*11. Majores partes animi.]*  
Sunt τό, τε ὀμητικῶν, καὶ τὸ λογικῶν τῆς φυσῆς μέρος. Ita Cicero supra i. 28. 11. " Una pars [animorum] in appetitu posita est,—altera in ratione." Vid. quæ ibi adnotavimus.

*Dolorum cum admoventur faces.]* Cum dolorum metus interfertur, cum dolores, quasi Fusiæ, faces intentant.

*12. Permovent.]* Multum in

utramque partem valent ad animos et excitandos et terrendos.

*13. In utramque partem.]* Et cum adsumt, et cum absunt, ita ut neque cupiant vitam et divitiias, neque metuant mortem et paupertatem.

*Totos ad se convertit et rapit.]* Totos dicit, quia perversæ, quas commemoraverat, cupiditates non sinunt homines se totos virtutis dedere, quippe quæ majores partes animi a virtute detorquent.

*XI. 1. Admirabilitatem magnam facit.]* Facit homines valde admirabiles.

(ex qua una virtute viri boni appellantur) mirifica quædam multitudini videtur: nec injuria. Nemo enim justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exsiliū, qui egestatem timet, aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati anteponit. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur. Itaque illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omnia justitia conficit: et benivolentiam, quod prodeesse vult plurimis: et ob eamdem caussam, fidem: et admirationem, quod eas res spernit et neglijit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. Ac mea quidem sententia omnis ratio atque institutio vitae adjumenta hominum desiderat: in primis que, ut habeat, quibuscum possit familiares

*Mirifica quædam.]* Ut apud Græcos τις sæpe abundat, ita apud Latinos eorum imitatores, quidam adjicitur, ubi parum necessarium videtur. Læl. xiii. 13. "Qui virtutem duram et quasi ferream esse quamdam volunt."

*2. Qui mortem timet.]* Qui mortis, doloris, exsiliī, egestatis metu officium negligit, injuste facit.

*3. Pecunia non moveatur.]* Qui pecuniam nihili facit.

*Igni spectatum.]* A Platone acceptum, qui ἀσπερ χεισθεὶς βασανίζομενος dixit. Sic Ovid. lib. i. Trist. v. 25.

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum.*

*4. Proposita sunt.]* Antea posita, necessaria esse dicta sunt. Cap. ix. 2.

*Inflammati aviditate.]* Summa cupiditate incensi.

*5. Ut habeat, quibuscum possit.]* Pendet hoc ut a desiderat: q. d. et in primis amicos desiderat, quibus cum possis conferre sermones. Simile constructionis genus, qua verbo primum accusativus, deinde ut adjungitur, habes apud Corn. Nep. Eum. c. viii. 7. "Imperavit quam plurimos utres; post haec pabulum;—utque quam minime fieret ignis." Tertiæ personæ habeat junge homo, quod subaudiendum est ex adjumenta hominum. Sic in

conferre sermones : quod est difficile, nisi spēciem præ te boni viri feras. Ergo etiam solitario homini, atque in agro vitam agenti, opinio justitiæ necessaria est : eoque etiam magis, quod eam si non habebunt, injusti habebuntur : nullis præsidiis septi, multis affidentur injuriis. Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, 7 conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, justitia ad rem gerendam necessaria est. Cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, 8 qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. Nam qui eorum 9 cuipiam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit ; is sibi ne in latrocino quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispartiat, aut interficiatur a sociis, aut relinquatur. Quin 10

Cat. Maj. viii. 5. "Videtis, ut senectus non modo languida—non sit, verum etiam sit operosa.—Quid, quod etiam addiscunt aliquid ?" scil. senes. Vide etiam supra i. 37. 11. et 12.

*Nisi speciem præ te boni viri feras.]* Nisi aliis etiam bonus vir esse videaris. Non fallacem sine re, sed rei ipsi consentaneam speciem requirit.

6. *Solitario homini, atque in agro.]* Non idem est solitarius et qui in agro vitam agit. Hic enim paucorum, ille nullius hominis convictu utitur. Hinc verba plurali numero sequuntur, habebunt, habebuntur.

*Opinio justitiæ.]* Non potest

commode aut tuto vitam agere, nisi alii eum justum esse opinentur.

7. *Ad rem gerendam.]* Vide i. 4. 4.

8. *Qui maleficio et scelere pascuntur.]* Latrones, griffatores, fures.

*Sine ulla particula.]* Sine aliqua.

9. *In latrocino.]* Inter latrones.

*Aut interficiatur.]* Vulg. aut occidetur—aut relinquetur. Coniunctivum retineo, quod ita saepe Cicero, ubi futurum vulgus mavult. Lib. i. 33. 6. "Qui igitur ad naturæ suæ non vitiosæ genus consilium vivendi omne contulerit, is

etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pa-  
11 reant, quas observent. Itaque propter æqua-  
bilem prædæ partitionem et Bardylis Illyrius  
latro, de quo est apud Theopompum, magnas  
opes habuit, et multo majores Viriathus Lusi-  
tanus, cui quidem etiam exercitus nostri impe-  
ratoresque cesserunt: quem C. Lælius, is, qui  
sapiens usurpat, prætor fregit, et comminuit,  
ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bel-  
12 lum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis  
justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet  
atque augeat, quantam ejus vim inter leges et  
judicia in constituta re publica fore putamus?

**I. XII.** Mihi quidem non apud Medos solum,  
ut ait Herodotus, sed etiam apud majores no-

constantiam teneat." Lib. eod.  
xliv. 9. " Magnitudo animi,  
remota communitate conjunc-  
tioneque humana, feritas sit  
quædam et immanitas."

**II. Bardylis Illyrius latro.]**  
*Βαρδύλλιος* dicitur Helladio,  
Plutarchio in Pyrrho *Βάρδυλλιος*,  
Diodoro Sic. *Βάρδυλλις*. Penul-  
timam itaque rectius produci-  
mus. Ceterum Plutarchus et  
Diodorus *Illyriorum regem* vo-  
cant, non *latronem*, cuius fi-  
liam *Bircennam* uxorem duxit  
Pyrrhus Epirote.

**Theopompum.]** Gaidium, I-  
socratis auditorem, historiæ  
Græcæ scriptorem, Herodoto  
et Thucydidi proximum. Vi-  
de de eo Quintil. lib. x. 1. 74.  
Cornel. Nepot. Alcib. c. 11.

**Viriathus Lusitanus.]** Ex ve-  
natore latro, inde dux et im-

perator inter suos. Eadem de  
eo tradit Diodor. Sicul. in Ex-  
cerpt. Vales. p. 346. 361. Vi-  
de et Flor. lib. ii. 17. 5.

**C. Lælius.]** Qui prætor fuit  
a. 609. Vide de ejus prætura  
de Amicit. c. xxv. 14.

**Qui sapiens usurpat.]** Vo-  
cari solet. Dicitur de iis, quæ  
consuetudine potius fiunt,  
quam jure. Cic. de Univers.  
c. 11. " Quos fratres inter se  
usurpari atque appellari vide-  
mus."

**Facile bellum.]** Bellum con-  
fectu facile, non multi operis.

**XII. 1. Apud Medos.]** Qui  
primi reges habuerunt. *Herodotum* vide libro i. qui *Clio* in-  
scribitur, quo loco ait, quibus  
artibus Deioces ad regnum ad-  
spiravit.

stros, iustitiae fruendae caussa videntur olim be-  
ne morati reges constituti. Nam cum preme- 2  
retur inops multitudo ab iis, qui majores opes  
habebant: ad unum aliquem confugiebant,  
virtute præstantem; qui cum prohiberet inju-  
ria tenuiores, æquitate constituenda summos  
cum infimis pari jure tenebat. Eademque con- 3  
stituendarum legum fuit caussa, quæ regum.  
Jus enim semper est quæsumum æquabile: ne-  
que enim aliter esset jus. Id si ab uno justo et 4  
bono viro consequabantur, erant eo contenti.  
Cum id minus contingere, leges sunt inventæ,  
quæ cum omnibus semper una atque eadem  
voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspi- 5  
cuum est, eos ad imperandum deligi solitos,

2. *Cum prohiberet injuria te-  
nuiores.]* Ita Cic. pro lege Ma-  
nil. c. 7. “Erit igitur huma-  
nitatis vestræ, magnum eorum  
civium numerum calamitate  
prohibere.” Nec solum cum  
Cæsare de Bel. Gall. i. 15. 4.  
“Hostem prohibere populationib-  
us,” dicere licet: sed etiam “Agros populationibus  
prohibere,” auctore Livio xxv.  
15. 3. et xxxi. 25. 5.

*Æquitate constituenda.]* Æ-  
quitas est jus æquabile, par-  
tium cuique tribuens. Id tum  
constituebat, cum summis in-  
fimis exæquabat.

*Pari jure tenebat.]* Infra cap.  
xxiiii. 11. “Commoda civium  
non divellere, atque omnes  
æquitate eadem continere.”  
Hoc est, conjunctos regere,  
inter eos, quodam modo exæ-  
quatos concordiam firmare.

Est autem nostro loco tenere  
idem, quod regere, gubernare,  
in officio continere. Supra  
cap. vii. 6. “Sed iis, qui vi  
oppresso imperio coercent, fit  
fane adhibenda sævitia, si ali-  
ter teneri non possunt.” Liv.  
vii. 25. 7. “Quum cerneret,  
metu tenendos, quos fides non  
tenuisset.”

4. *Id si ab uno justo.]* Si jus  
illud ab uno obtinebant, ejus-  
que æquitate suum cuique  
reddebatur.

*Cum id minus contingere.]* Cum minus, quam vellent (ut  
loquitur Nepos Them. iv. 3.)  
id adsequerentur, vel cum ra-  
rius. Nam et hoc significat  
minus. Lib. xii. epist. ii. 10.  
“L. Cotta fatali quadam de-  
speratione, ut ait, minus in  
senatum velit,” scil. quam so-  
let, quam decet.

quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur.

6 Omni igitur ratione colenda et retinenda justitia est, tum ipsa per se (nam aliter justitia non esset) tum propter amplificationem honoris et gloriae. Sed ut pecuniae non quærendæ solum ratio est, verum etiam collocandæ, quæ perpetuos sumtus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales: sic gloria et quæsienda, et collocanda ratione est. Quamquam

5. *Adjuncto vero.]* Scil. hoc. Sextus casus participii absolute positus, quod aliis, quam Ciceroni, familiarius est.

6. *Ipsa per se.]* Sine spe mercedis et fructus. Cicero saepe ita locutus est. Ad Divers. ep. iii. 9. "Tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se." Læl. xxi. 12. "Per se sibi quisque carus est."

7. *Collocandæ.]* Pecunia collocantur, cum vel in ea confertur, quæ solo continentur, vel senori datur, ut et ipsa salva sit, et certus inde fructus redeat.

*Perpetuos sumtus.]* Perennes. *Liberales,* ad vitam liberaliter degendam, ut et in nos et in alios benigni esse possimus.

*Et collocanda ratione est.]* Quia in majoribus rebus administrandis plurimum adjuvat gloria, is, cui haec suppetit, patriæ multorumque homi-

num commoda egregie potest augere. Quemadmodum igitur pecuniam, ita gloriam ratione collocat, non ille, qui id unice agit, ut eam conservet atque augeat, sed qui ea sic utitur, ut rei publ. plurimorumque hominum utilitatibus serviat. Cic. Philipp. iii. 2. "Non enim effudit [C. Cæsar patrimonium] sed in salute rei p. collocavit."

8. *Quamquam præclare Socrates.]* Apud Xenophontem lib. i. ἀπομνημόν. extr. Αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν, ὃς οὐκ εἴη καλλίσ οὖσις ιτ' εὐδοξίαν, οὐ δι τὸν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, οὐ δοκεῖν βούλοιτο. Lib. ii. paullo ante fin. Αλλὰ συντομεστάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη η καλλίσ οὖσις, οὐ Κριτίσειτε, οὐ τι μέλη δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενοθανεῖ ἀγαθὸν περισσότερον. Sententia a particula quamquam incipiens, longa vero interpositione disjuncta, infra c. xiii. n. 2. interveniente conjunctione sed,

præclare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, et inani ostentatione, et ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tamquam flosculi, decidunt; nec simulatum potest quidquam esse diuturnum. Testes sunt permulti in utramque partem: sed brevitas caussa familia contenti erimus una. Ti. enim Gracchus, P. F. tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At ejus filii, nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum obtinenter jure cæforum.

XIII. Qui igitur adipisci veram gloriam volet, iustitiæ fungatur officiis: ea quæ essent, dictum

continuatur. Ibi vero, ut legentium memoriæ subveniatur, dicta, quæ parenthesin antecesserant, mutatis verbis repetuntur. De hoc more orationem parenthesi longiore interruptam connectendi vide supra i. 1. 3.

11. *In utramque partem.*] Qui et gloriam recte partam retinuerunt, et in malis artibus quæsitam amiserunt.

12. *Tib. Gracchus.*] Qui duobus perfunditus consulatibus (a. 576. et 590.) bis triumphavit, censuram gessit, augur fuit. Africani majoris gener, so-

cer minoris, Tullio teste *civis gravis et eloquens*. Ejus filii fuerunt Tiberius et C. Gracchus, ex Cornelia nati, qui legibus agrariis rempubl. perturbarunt, et affectati regni suspecti ambo, sed diversis temporibus, occisi sint. Vide i. 22. ii. 23. 4.

*Numerum obtinent.*] Lib. iii. de Nat. Deor. c. 20. "Errantes [stellæ] numerum deorum obtinebunt." Brut. c. 47. "Cneusque Pompeius, Sex. filius, aliquem numerum obtinebat." Numerus nihil aliud est, quam *locus*.

2 est in libro superiore. Sed, ut facillime, quales simus, tales esse videamur, etsi in eo ipso vis maxima est, ut simus ii, qui haberi velimus, tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet caussam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam (quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse) aut aliquo casu atque fortuna: in hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum, quid agat, quem ad modum vivat, inquiritur: et tamquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum. Quorum autem prima ætas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur,

XIII. 1. *In libro superiore.*] Cap. vii. et proximis inde. Si nūlter præpositio adjicitur infra iii. 18. 7. Cat. Maj. xvii. 1. Dispar ratio erat supra cap. ix. 1. ibi enim significatur, toto libro de amicitia agi: nostro autem loco Cicero intelligi vult, non totum librum superiorem de justitia conscriptum esse, sed in eo libro se inter alia plura etiam de justitiæ officiis differuisse.

2. *Etsi in eo ipso vis maxima est.*] Etsi in eo plurimum situm est, ut re vera simus ii, qui videri volumus: tamen, ut facilius tales esse videamur, quales sumus, aliqua præcipienda sunt.

*Qui haberi velimus.*] Con junctivus *velimus*, sicut paullo ante *quales simus*, ponitur, quia incertum est, cui potissimum virtuti dediti esse videri

velimus, utrum fortitudini, animaganimitati, an iustitiæ.

3. *Caussam celebritatis et nominis.*] Non dicit celebitatem et nomen, quod in adolescentulos non cadit; sed *caussam celebritatis et nominis*, id est, incitamenta et stimulos inclarescendi.

4. *Casu atque fortuna.*] *Casus* et *fortuna* prope idem significant, differunt tamen nonnihil: ille ad tempus accidit; haec constantior est. In Servio Tullio, quo exemplo hic interpres utuntur, utrumque apparet. Ille *casu*, visa circa caput flamma, primum regiæ domus oculos in se convertit; deinde *fortuna*, cum reginæ favore ceteris præferretur, ad summos honores adspiravit.

4. *In hominibus ignoratione.*] Id est, hominibus ignotus est. Lib. iii. 17. 14. “Quotus e-

hi simul ac juvenes esse cœperunt, magna spe-  
ctare et ad ea rectis studiis debent contendere :  
quod eo firmiore animo facient, quia non modo  
non invidetur illi ætati, verum etiam favetur.  
Prima est igitur adolescenti commendatio ad 5  
gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari pot-  
est ; in qua multi apud majores nostros exsti-  
terunt : semper enim fere bella gerebantur.  
Tua autem ætas incidit in id bellum, cujus al- 6  
tera pars sceleris nimium habuit, altera feli-  
citatris parum. Quo tamen in bello, cum 7  
te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam  
laudem et a summo viro, et ab exercitu con-  
sequebare equitando, jaculando, omni mili-  
tari labore tolerando. Atque ea quidem tua  
laus pariter cum re publica cecidit. Mihi au- 8

nim quisque reperiatur, qui,  
impunitate et ignorantie o-  
mnium proposita, abstinere  
possit injuria."

*Eo firmiore animo.]* Eo con-  
fidentius, eo minus timide.

5. *Prima est igitur adoles-  
centi.]* Quoniam Romana  
gens bellicis studiis plurimum  
tribuebat, haud facile in ea  
quisquam ad honores adspira-  
bat, cuius industria non satis  
in bello erat cognita.

*Si qua.]* Si qua gloria, non  
commendatio.

*In qua multi extiterunt.]* In  
quo gloriæ genere multi se-  
ostenderunt, emiserunt. *Ex-  
stitere est, se proferre, alias  
præstare, eminere.* Cicer. pro  
Sext. c. 42. " Qui igitur pri-

mi virtute et consilio præstanti  
extiterunt."

6. *Cujus altera pars.]* Cæ-  
fariana, cuius causam impiam  
dixit cap. vii. 8. *Altera Pom-  
peiana,* quam fortuna destituit.

7. *Alæ alteri.]* Singulis le-  
gionibus duæ equitum alæ five  
turmæ adjiciebantur, quæ non  
ex equitibus Rom. sed ex pro-  
vincialibus constabant. Illæ  
latera legionum muniebant,  
et Romanos adolescentes no-  
biles habebant præfectos. U-  
nam igitur ex duabus turmam  
Cicero filius duxit, quam al-  
teram dicit Cicero, et si legionis  
nomen non adscriptum est.

*A summo viro.]* Pompeio.

*Tua laus pariter cum re pub-  
lica.]* Ex quo Pompeius ceci-

tem hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto. Quam ob rem pergamus ad ea, 9 quæ restant. Ut igitur in reliquis rebus multo majora sunt opera animi, quam corporis: sic eæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, 10 graviores sunt, quam illæ, quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate in parentes, [tum] in suos benivolentia. Facillime autem, et in optimam partem, cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros, bene consulentes rei publicæ, contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi [ipſi] delegerint ad imitan- 12 dum. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentia, et juris scientia, P. Mucii com-

*dit, qui reipubl. causam defendit, ipsa respubl. et cum ea tua laus periit, quam consecutus es a Pompeianis. Nunc enim nulla pro patria pugnandi facultas datur.*

8. *De genere toto.] De universa commendatione prima ad gloriam.*

9. *Persequimur.] Quas traetiamus, quas consequi studemus. Fortasse Cicero scripserrat quas ingenio ac ratione consequimur.*

*Graviores sunt.] Plus habent constantiae ac dignitatis.*

10. *Tum in suos benivolentia.] Tum abest a multis; nec necessarium est.*

11. *In optimam partem.] Ad ipsorum decus et laudem.*

*Ad claros et sapientes viros.]*

Vide lib. i. 34. 2.

*Opinionem afferunt populo.]*

*Eam de fœstem faciunt populo.*

*Quos sibi ipſi.]* Recte Nonius ipſi omittit.

12. *P. Rutilii.]* P. Rutilus Rufus et juris et philosophiae perstudiosus fuit, in jure civili P. Mucii pontificis, in philosophia Panætii auditor. Consul fuit cum Cn. Manlio anno 648; inde Q. Mucio, P. F. Afia proconsuli legatus. Ibi cum Afiam a publicanorum injuriis defendisset, accusatus ab equestri ordine ac damnatus, reliquam vitam exsul in Afia exegit, nec data potestate Romam redire voluit. Vide iii. 2. extr.

*P. Mucii.]* Hic P. Mucius Scaevola P. F. Q. N. P. PRON.

mendavit domus. Nam L. quidem Crassus, 13 cum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili et gloria. Et qua ætate qui exercentur, laude affici solent, ut Demosthenem accepimus, ea ætate L. Crassus ostendit, id se in foro optime jam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

pater Q. Mucii pontificis, (eius, de quo supra i. 32. 4. et Læl. i. 3.) frater patruelis Q. Mucii auguris (de quo Læl. i. 1.) fuit consul a. 620, et pontifex M. Primus jus civile fundavit, primusque hanc scientiam in familiam Muciam intulit.

**13. Nam L. quidem Crassus.]** Crassus enim excipiens est, quem nullius clari viri adsestatio ad famam commendavit. De eo vide i. 30. 9. infra c. xvi. 11.

**Admodum adolescens.]** xxi. annos natus. Hac ætate qui sunt, adolescentuli et admodum adolescentes multi dicuntur, ut Eumenes Nepoti Cornelio peradolescentulus, annos natus xx. Vid. c. sq. n. 8. "Adolescens M. Antonius."

**Ex illa accusatione nobili.]** Qua. repetundarum postulavit C. Papirium Carbonem eloquentissimum hominem, anno 634; proximo post, quam consulatu is abierat. Ob turbulentissimum tribunatum plebis et necis, P. Africano minori illatæ, invidiani Carbo damnatus et in exsilium abire jussus,

voluntaria se morte a severitate judicum vindicavit.

**Exercentur.]** In schola declamando.

**Ut Demosthenem accepimus.]** Procul dubio Crassum cum Demosthene comparavit Cicero, quod uterque adolescentulus in forum prodiit: ille, quum anno ætatis xxi. Carbonem repetundarum postularet; hic, quum annos natus xviii. tutores male administrati patrimonii sui accusaret. Acute Ruhnkenius ad Rutil. Lup. paucorum verborum trajectione sententiam juvandam locumque ita constituendum censet: **Ea ætate, ut Demosthenem accepimus, L. Crassus ostendit, cet.** In verbis **ut Demosthenem accepimus** extrinsecus adsumatur fecisse. Ejusmodi ellipses Tullio sunt usitatae. Supra i. 6. 5. "Ut in astrologia C. Sulpicium audimus, in geometria S. Pompeium ipsi cognovimus, multos in dialecticis, plures in jure civili." In Ver. iv. 18. "Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut—salutem viri proderet." **Quod etiam tum.]** Quod co

1 XIV. Sed cum duplex ratio sit orationis, quarum in altera sermo sit; in altera contentio: non est id quidem dubium, quin contentio orationis majorem vim habeat ad gloriam (ea est enim, quam eloquentiam dicimus) sed tamen difficile dictu est, quanto opere conciliet animos committas affabilitasque sermonis. Exstant epistolæ, et Philippi ad Alexandrum, et Antipatri ad Cassandrum, et Antigoni ad Philippum filium, trium prudentissimorum, (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam allicant, mi-

*adhuc tempore* (vid. Schwartzius ad Tursellin. de partic.) quo jam in foro causas agebat, poterat domi cum laude meditari. *Meditari* vero est, declamando se exercere in umbra. Vide i. 40. 9.

XIV. 1. *Cum duplex ratio sit orationis.*] Vid. lib. i. c. 37. pr.

*Difficile dictu est.*] Incredibile est. Nam et id *difficile dictu* dicitur, quod eloqui facile quidem est, difficulter vero credi potest. Læl. c. vii. 2. “Imbecilles valent, et, quod difficilius dictu est, mortui vivunt.”

2. *Philippi ad Alexandrum.*] Philippi Macedonis ad Alexandrum Magnum filiuni.

*Antipatri ad Cassandrum.*] Antipater, Cassandi pater, post Alexandrum Macedoniam potitus est. Is duos epistolarum libros reliquit, quorum Suidas meminit.

*Antigoni ad Philippum fili-*

*um.*] Antigonus, Asiae rex, unus ex Alexandri successoribus, vir prudens, et ætate iis proximus, cum quibus a Cicero conjugitur. Huic Demetrius Poliorcetes filius fuit, vulgo etiam notus, sed præter eum alias etiam Philippus nomine. Plutarchus in Demetrio princ. Antigonom ex Stratonice duos filios suscepisse scribit, Demetrium et Philippum: Philippum, non multis annis Demetrio minorum, ante patrem e vita erexit. Nec vero puerum, sed adolescentem jam, mortuum, ex ejusdem Plut. apophthegm. disco, ubi is dicitur in castris paternis, et ea ætate fuisse, quæ a libidine maxime arcenda est. Cum enim hospitium sibi legisset apud viduam, quæ tres habebat filias forma insignes, vocato ad se eo, qui hospitiis designandis præferat, “Nonne, [inquit,] filium mihi ex istis angustiis expedies?”

litesque blande appellando deleniant. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio; ea saepe universam excitat. Magna est enim admiratio copiose sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam et sapere plus, quam ceteros, arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestiæ gravitas, nihil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt in adolescente. Sed, cum sint plura cauſſarum genera, quæ eloquentiam desiderant, multique in nostra re publica adolescentes et apud judices, et apud senatum dicendo laudem assecuti sint, maxima est admiratio in judiciis: quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione et defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen accusatio probata persæpe est. Dixi paullo ante de Craſſo. Idem fecit adolescentis M. Antonius. Etiam P. Sulpicij

3. *Universam excitat.]* Intelligit multitudinem.

5. *Nihil admirabilius fieri.]* Fieri hic est esse.

7. *Constat.]* Ratio judiciorum.

*Quarum etsi laudabilior.]* Quarum ex numero. Vide cap. vii. pr.

*Accusatio probata persæpe.]* Adolescentibus quidem laudierat, claros viros in republ. administranda minus integre versantes in judicium vocare, in eosque, quasi canes generosos, incitari, qui noxias feras persequuntur. Vide Plutarch. in Lucull. princ. Plin. epist. ix. 13. 2. supra 13. 13.

8. *Adolescens M. Antonius.]* Avus M. Antonii triumvir, cum annos natus xxxii. accusavit Cn. Papirium Carbonem, qui biennio ante (a. 640.) consul temere cum Cimbris congregatus in Illyrico, prælioque vietus, turpi fuga provinciam reliquerat. Pater hic fuit Carbonis ter consulis, Marianarum partium ducis.

*P. Sulpicij.]* Rufi, qui juvenis nondum quaestorius C. Junium Norbanum reum fecit a. 659. quod anno superiore tribunus plebis ingentem seditionem concitatasset. Dixit testimonium contra reum M. Æmilius Scaurus princeps fe-

eloquentiam accusatio illustravit, cum seditionem et inutilem civem, C. Norbanum, in iudicium vocavit. Sed hoc quidem non est saepe faciendum, nec umquam nisi aut rei publicæ caufsa, ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi, ut duo Luculli; aut patrocinii, ut nos pro Siculis; pro Sardis, pro M. Albucio Julius. In accusando etiam M. Aquillio L. Fufi cognita industria erit. Semel igitur, aut non saepe certe. Sin erit, cui faciendum sit saepius, rei publicæ

natus, lapide in illo anni prioris tumultu percussus. Defendit Norbanum M. Antonius orator, cuius eloquentia factum, ut reus nocentissimus absolveretur. Idem Sulpicius, teste Velleio *dilectus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii atque animi celeberrimus*, trib. pl. a. 665. in magistratu occisus est, quod bellum Mithridaticum a Sulla in C. Marium transferret. Norbanus, consul a. 670. vietus a Sulla et proscriptus, Rhodi, quo confugerat, in medio foro semet transfixit, Vid. Læl. i. 5.

*Inutilem civem.*] Pernicium. Vid. iii. 13. 12.

9. *Ut duo Luculli.*] M. et L. Luculli, fratres, qui Servilium Augurem peculatus accusarunt, a quo patrem suum L. Licinium, qui a. 651. prætor adversus fugitivos in Sicilia male rem gesserat, repetundorum postulatum dolebant. Cicero et Plutarch. Lucull. princ. De Lucio fratre vid. i. 39. 9. Marcus col. fuit anno post fratrem, 680.

*Aut patrocinii.]* Subintelligatur *caufsa* et hic et ad verbum *ulciscendi*.

*Ut nos pro Siculis.]* Ut ego Siculos a Veris injuriis ultus sum, cum in ea provincia paullo ante quæstor fuisset.

*Pro Sardis, pro M. Albucio Julius.]* Lege : *Pro Sardis contra Albucium Julius.* Constat inter omnes, C. Julium Cæsarem Strabonem (de quo vide i. 30. 9.) pro Sardis dixisse, non pro Albucio, quem potius accusavit. Cum enim T. Albucius præturam in Sardinia a. 648. in consulatu P. Rupilii (cap. præced. n. 12.) male gesisset, Cæsar illum Sardorum nomine reum postulavit. Albucius non Marci, sed Titi prænomen habuit. Ab eodem T. Albucio Q. Mucium augurem repetundarum accusatum esse, testatur Cicero Brut. c. 26. Nec tamen Albucius Scævolam condemnavit. Cic. de Or. ii. 70. pr.

*Manio Aquillio L. Fufi.]* C. Marii quintum consulis (a. 652.) collega fuerat M. Aquil-

tribuat hoc muneris, cuius inimicos ulcisci sæpius, non est reprehendendum. Modus tamen adsit. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitum inferre multis. Id cum pericolosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator nominere: quod contigit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui juris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem umquam innocentem judicio capitum arcessas: id enim sine scelere fieri nullo paœto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque

lius. Deinde procos. ob eompressos in Sicilia serviles tumultus a. 654. ovationem obtinuerat, anno post L. Fufio Caleno accusante de repetundis cauſam dixit, sedente inter judices C. Mario; sed a M. Antonio oratore egregie defensus. Vid. Liv. epit. 70. Fusii industria etiam M. Drusum, in tribunatu pl. collegam a. 662. adjuvit.

10. *Hoc muneris.]* Hoc officium, reipubl. causa hunc laborem fulcipiat. Ita feie manus usurpatur cap. xx. 7. xxi. 31.

12. *Contigit.]* In re non optata hic ultius verbo *contigit*,

ut infra xix. 5. Cat. Maj. xix. 18.

*M. Bruto.]* Nato circa Carthaginis eversæ tempora, L. Cratifi oratoris inimico, qui virtus prævæ voluntatis honores non petivit, bona paterna effudit, plures accusavit, in his M. Scaurum, principem senatus. Pater M. Junius, vir consularis filius, ædilitatem, quam gessit a. 603. non supergressus, Africani minoris fere æqualis, libros de jure civili scripsit. Vide Brut. c. 34. de Orat. ii. 54. 55.

15. *Item est habendum.]* Id est, æque, similiter.

defendere. Vult hoc multitudo, patitur con-  
 16 suetudo, fert etiam humanitas. Judicis est,  
 semper in caussis verum sequi: patroni, non  
 numquam veri simile, etiam si minus sit verum,  
 17 defendere: quod scribere (præsertim cum de  
 philosophia scriberem) non auderem, nisi idem  
 18 placeret gravissimo Stoicorum Panætio. Ma-  
 xime autem et gloria paritur, et gratia defen-  
 sionibus: eoque major, si quando accidit, ut ei  
 subveniatur, qui potentis alicujus opibus cir-  
 19 cumveniri urgerique videatur: ut nos et saepe  
 alias, et adolescentes, contra L. Sullæ domi-  
 nantis opes pro S. Roscio Amerino fecimus:  
 quæ, ut scis, exstat oratio.

1. XV. Sed expositis adolescentium officiis, quæ  
 valeant ad gloriam adipiscendam deinceps de  
 beneficentia ac de liberalitate dicendum est.  
 2 Cujus est ratio duplex. Nam aut opera benigne  
 fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est hæc  
 posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior,

16. *Verum sequi.]* Quærere,  
 exquirere, ex ejus præscripto  
 pronuntiare.

*Etiam si minus sit verum.]* Etiam si non plane, vel non  
 sit verum. Multas Ciceroni  
 gratias habeant causidici, qui-  
 bus eo auctore malis causis co-  
 lorem dare licet. Religiosior  
 est Quintilianus, qui lib. ii. 15.  
 32. et lib. xii. 1. minus licen-  
 tiæ oratoribus concedit.

17. *Non auderem.]* Erant  
 ergo jam illis temporibus, qui-  
 bus hæc Ciceronis facilitas  
 displicebat.

18. *Adolescentes.]* Natus tum  
 erat annos 26. Gellius lib. xv.  
 28. Quintil. lib. xii. 6. 4.

19. *Exstat oratio.]* In vulgus  
 exiit, in manibus hominum  
 est.

XV. 1. *De beneficentia.]* De  
 liberalitate et corruptela (vide  
 supra ad c. vi. 8.) agit usque  
 ad fin. cap. 24.

*Ac de liberalitate.]* Iterat  
 præpositionem. Vide supra i.  
 14. 1.

2. *Lautior.]* Vide cap. 19.  
 tot. Idem significat, quod di-  
 tior, copiosior et ad bene de-

ac splendidior, et viro forti claroque dignior. Quamquam enim in utroque ineſt gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur: largitioque, quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaust. Ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. At qui opera, id est virtute et industria benefici et liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjutores habebunt. Deinde consuetudine beneſcientiæ paratores erunt et tamquam exercitatores ad bene de multis promerendum. Præclare epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benvolentiam Macedonum conſecetur. “Quæ te, malum, [inquit,] ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupſ-

multis promerendum magis idonea. Conf. Parei lex. critic. in voc. *Lautus.*

3. *Ex arca depromitur.*] Alterius quasi fons est dives arca, alterius virtus. Opus enim est prudentia, justitia, industria, ut aliis utilitates adferas.

4. *Virtute et industria.*] Virtus hic potest intelligi de specie virtutis, quæ *avdacia* est.

*Adjutores habebunt.*] Dum eos benevolos sibi reddiderunt, eorum studiis adjuti pluribus benefacere poterunt.

5. *Paratores.*] Alacriores et promptiores.

6. *Epistola quadam.*] In epi-

*stola quadam* melius videtur. Valer. Max. vii. 2. 10. extern. “Age, Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benvolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit.”

Quæ te, malum.] Malum hic indignantis et exclamantis particula est. Valer. Max. loco jam indicato: “Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulſes?”

fes? An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et præbitorem sperarent fore?" Bene "Ministrum et præbitorem;" quia sordidum regi: melius etiam, quod largitionem, corruptelam esse dixit. Fit enim deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior. Hoc ille filio: sed præceptum putemus omnibus. Quam ob rem id quidem non dubium est, quin illa benignitas, quæ constat ex opera et industria, et honestior sit, et latius pateat, et possit prodeesse pluribus. Non numquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est: et saepe idoneis hominibus de re familiari impariendum, sed diligenter atque moderate. Multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Quid autem est stultius, quam quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum benivolentiæ comparandæ caussa benefici esse velint: non tanta studia assequuntur eorum,

*Præbitorem sperant.] Præbitor est rapias.*

*8. Latius pateat.] Latius manet.*

*9. Idoneis hominibus.] Non iis, qui restituere ac referre gratiam possunt, sed dignis, sed probis, qui beneficia sustinere possunt. Addunt glossatores indigentibus, ut inopes signifi-*

cari pateat.

*Impartiendum.] Vid. ad lib. i. 26. 9.*

*Sed diligenter.] Id est, cum dilectu, non obvio cuique, sed dignis.*

*10. Patrimonia effuderunt.] Ut Milo, qui tria patrimonia effudit, ut Curio, ut Cæsar, horumque plures simillimi.*

quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quam ob rem nec ita claudenda 13 est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita referanda, ut pateat omnibus: modus adhibetur, isque referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, quod a nostris 14 hominibus s̄epissime usurpatum, jam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Etenim quis potest modus 15 esse, cum et idem qui consuerunt, et idem illud alii desiderent?

XVI. Omnino duo sunt genera largorum, 1 quorum alteri prodigi, alteri liberales. Pro- 2 digi, qui epulis, et viscerationibus, et gladiato- riis muneribus, ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino sint relicturi. Liberales autem, qui suis facultati- 3

14. *Largitionem fundum non habere.*] Quasi pertusum dolium, quod, etiam si plurimum ingeras, nihil tamen continet, numquam expletur. Largitio enim numquam eorum famem satiat, in quos suas opes effundit. Itaque nullum modum habet.

15. *Cum et idem.*] Fabricius idem antique scriptum putat, pro iidem, ut saepe alibi. Vulgata lectio hoc sibi vult: "Cum idem et illi, qui consueverunt [accipere] et alii desiderent."

XVI. 2. *Epulis.*] Epulae et senatui dabantur in Capitolio

aut in templis, et universo populo in foro.

*Viscerationibus.*] Carnibus crudis coctisve populo divisisi.

*Gladiatoriis muneribus.*] Eorum locus erat amphitheatum.

*Ludorum.*] Scenicorum, quales erant tragœdiae, comœdiae, mimi, posterioribus maxime temporibus.

*Venationum.*] Cum nobiles feræ, leones, pantheræ itemque elephanti, vel cum aliis bestiis, vel etiam cum hominibus pugnantes, in amphitheatro conficiebantur.

bus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur in re vel quærenda, vel augenda. Itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem de divitiis scripsit: in quo multa præclare: illud absurde. Est enim multis in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum: taliumque sumtuum facultatem frumentum divitiarum putat. Mihi autem ille frumentus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, multo et major videtur, et certior. Quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admirremur, quæ

3. *Æs alienum suscipiunt amicorum.]* Qui aut sua pecunia, quod illi debent, dissolvunt; ut Plinius lib. ii. ep. 4, aut alios, ut ad levandam miserorum inopiam stipem conferant, rogant, quos ἴσχυρας vocabant. Exemplo est Epaniondias apud Cornel. Nep. c. iii. 4.

*In filiarum collocatione adjuvant.]* In dotem aliquid conferentes. Vide Plin. eod. loco et lib. vi. ep. 32.

*In re vel quærenda.]* In parandis facultatibus necessariis.

4. *Theophrasto.]* De quo i. 1. 6. Eum de divitiis, περὶ πλούτου, scripsisse, testis est Laërtius lib. v. 47.

*Taliūque sumtuum facultatem.]* Maximam ex divitiis voluptatem et utilitatem capere putat eos, qui talia mu-

nera populo suis sumtibus appare possint. *Frustrus* est frustio. Vid. cap. xviii. 13.

6. *Quanto Aristoteles.]* Hæc in superstitibus Aristotelis libris non legi constat, nec cum ejus de ludis judicio satis convenient, quod legitur lib. iv. Nicomach. c. 2. Fortasse Cicerone scripsit *Quanto Aristo Chius*, quod Stoici philosophi celeberrimi cognomen fuit, cui, a Cicerone scripta et multa et polita tribuuntur: cum alter Aristo, *Ceus*, Peripateticus furerit.

*Nos.]* Qui in liberis rebus publ. talibus pecuniarum profusionibus delectamur.

*Qui has effusiones pecuniarum non admirremur.]* Ciceronis hæc mens est: Aristo, ut graveni philosophum decet, jure nos reprehendit, quod has tantas

fiunt ad multitudinem deleniendam: at ii, qui 7 ab hoste obſidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri, omnesque mirari: sed, cum attenderint; veniam necessitati dare: in his im- 8 manibus jaeturis, infinitisque sumtibus, nihil nos magno opere mirari; cum praesertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur; ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus; eaque a levissimo quoque: in quo tamen ipso una cum satietate, memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam col- 9

pecuniarum effusiones non tamquam novas et insanas admiremur, sed eas quasi consuetudine probatas feramus. Sic lib. iii. 19. 3. "Hoc qui admiratur, is se, qui fit vir bonus, nescire fateatur." Alia hujus significationis exempla vid. iv. de Fin. c. 22. med. i. de Nat. Deor. c. 3.

7. *Emere aquæ sextarium mina.]* Sextarius est sexta pars congiæ, quadragesima octava amphoræ, xii. cyathos capiens: *mina*, Græcis μινα, constat centuni drachmis, (drachma denario Rom. par habetur) florenis nostratibus xx. five x. uncialibus numis.

*Primo auditu.]* Dictum videtur, ut *primo adspicatu*.

*Omnesque mirari.]* Quasi rem indignissimam, quasi intemperantiam a viro alienissimam.

*Cum attenderint.]* Rem perpendent; quæ causa talis emotionis sit, perspexerint. Subintelligitur autem *omnes*, nec cum nobis copulandum est.

*Veniam necessitati dare.]* Excusatos habere eos, qui vitæ servandæ caufsa rem vilissimam tanti emant.

8. *In his immanibus jaeturis.]* Cum immanes haec jaeturæ infinitique sumtus fiant, nos tamen, recte et more agi, putare. *Jaetura* sunt largitiones, profusiones.

*Cum praesertim.]* His ratione continetur, cur *vere reprehendat*, non cur *nihil magnopere miremur*.

*Eaque a levissimo quoque.]* Cumque ea delectatio sit *a levissimo quoque*, i. e. ad levissimum quemque pertineat, sive levissimum quinque maxime capiat. Simili significatione esse ab aliquo dicitur in illo de Or. i. 13. princ. "Sed vide, ne hoc, Scævola, totum sit a me." Hunc sensum, opinor, vidit Car. Langius, quum scriberet, in proximis. *In quo tamen ipso intelligendum esse levissimo quoque.*

*Una cum satietate.]* Quam

ligit, hæc pueris, et mulierculis, et servis, et servorum simillimis liberis, esse grata: gravi vero homini, et ea, quæ fiunt, judicio certo  
10 ponderanti, probari posse nullo modo. Quamquam intelligo, in nostra civitate inveterasse, et jam bonis temporibus, ut splendor ædilitatum  
11 ab optimis viris postuletur. Itaque et P. Crassus, cum cognomine dives, tum copiis, functus est ædilicio maximo munere, et paullo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo,  
Q. Mucio, magnificentissima ædilitate functus

primum satiati spectando sint oculi, memoria quoque voluptatis intereat, præsertim si priorem aliæ excipient non minores.

9. *Probari nullo modo.]* Constat sibi in suo judicio Cicero. Vide lib. vii. epist. 1. cumque eo consentit. Plin. lib. ix. ep. 6.

10. *Et jam bonis temporibus.]* *Bona tempora* sunt, quibus antiqui mores, nec dum corrupti, viguerunt. Jam illis temporibus, non *ab* illis temporibus, hic mos inveteravit. Exquisitor est significatio particulæ *et*, pro *et* *quidem* usurpatæ. Tusc. iii. 20. “At laudat, et saepe, virtutem.” Pro reg. Dejor. 1. “Fugiti vi autem dominum accusantis, et dominum absentem, et dominum amicissimum nostræ rei p. cum os videbam,” cet. Vid. infra xx. 2.

*Splendor ædilitatum.]* Ædiles præter cetera et ludos curabant. Ab his itaque postula-

batur, ut ludos quam appetitosos ederent, quos ad deorum honorem pertinere credebat. His enim festi dies maxime celebrabantur. Quod qui facerent, ad ceteros honores plures habebant suffragatores.

11. *P. Crassus.]* P. Licinius Crassus, non ille, quem *Mucianum* cognominarunt, (Gell. lib. i. c. xiiii. 9.) qui multo major fuit, sed M. Crassi, Romanorum ditissimi, pater. Ædil. pl. fuit a. 647, contul 656. Hoc paullo minor fuit L. Crassus, æd. cur. a. 650. quem proxime nominat. Vid. Excursum iii.

*L. Crassus.]* Orator ille, de quo lib. i. 30. 9. Crassi, Scævola et Claudiæ ædilitates ornatissimas commemorat Verrina vi. c. 59. extr.

*Q. Mucio.]* Scævola, pontifice, Afriæ proconsule, de quo supra c. xiii. 12. Plin. lib. viii. c. 16. “Leonum simul plurium pugnam Romæ prin-

est: deinde C. Claudius, Appii filius: multi post, Luculli, Hortensius, Silanus. Omnes autem P. Lentulus; me consule, vicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus. Magnificentissima vero nostri Pompeii munera secundo consulatu: in quibus omnibus quid mihi placeat, vides.

### XVII. Vitanda tamen est suspicio avaritiæ.

*ceps dedit Q. Scævola, P. filius, in curuli ædilitate;* anno 650.

*C. Claudius.]* C. Claudius Pulcher, qui ædilis fuit M. Antonio oratore, A. Postumio coss. a. 654, primusque elephantes pugnantes in circum produxit. Consul triennio post Crassum oratorem a. 661. Vid. Plin. lib. viii. c. 7.

*Luculli.]* L. et M. Luculli, fratres, qui ambo eodem anno 674. ædiles curules fuerunt et elephantorum cum tauris pugnam exhibuerunt. Vid. c. xiv. 9. Plutarch. in Lucull.

*Hortensius.]* Q. Hortensius, ille Ciceronis in eloquentia æmulus, cos. a. 684. Vid. iii. 18. 5.

*Silanus.]* D. Junius Silanus, qui Ciceroni in consulatu successit. Vid. Sallust. Cat. l. 4.

*12. P. Lentulus.]* P. Cornelius Lentulus Spinther, qui a. 696, consul Tullium ab exilio revocavit; de cuius ædilitate Valer. Max. lib. ii. 4. 6. Hanc Cicero respicit, cum lib. i. epist. vii. 28. scribit: "Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui."

*Scaurus.]* Vide i. 39. 3. Af-

con. in arg. orat. pro Scauro, "M. Scaurus, Marci filius, (ejus, qui princeps senatus fuit) ædilitatem summa magnificentia gessit, [a. 695. quo P. Clodius tribunatum pl.] adeo ut in ejus impensis opes suas absumeret, magnumque æs alienum contraxerit." Ejus theatrum temporarium describit Plinius i. 36. c. 24. "Doucebimus, [inquit,] insaniam Caii vel Neronis victimam privatis operibus M. Scauri, cuius nescio an ædilitas maxime prostraverit mores civiles, magisque sit Sullæ malum tanta privigni potentia, quam proscriptione tot milium. Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omnium, quæ umquam fuere humana manus facta," cet.

*Secundo consulatu.]* A. 698. Hoc consulatu theatrum a se constructum dedicavit, et ludos magnificentissimos edidit; in quibus aquæ per semitas decursu æstivum minuit ferorem.

*In quibus omnibus.]* De quibus quid mihi placeat. Ita in multis dicere lib. i. 39. 7. Posse etiam interpretari, quod hæc omnia attinet. Sic in moribus lib. i. 15. 2.

Mamerco, homini divitissimo, prætermisso ædilitatis consulatus repulsam attulit. Quare et, si postulatur a populo, bonis viris si non desiderantibus, at tamen approbantibus, faciendum est, modo pro facultatibus; nos ipsi ut fecimus: et, si quando aliqua res major atque utilior populari largitione adquiritur: ut Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt. Ne M. quidem Seio vitio datum

XVII. 1. *Mamerco homini divitissimo.]* Hæc sola ejus memoria exstat. Mamerci Æmiliae fuerunt gentis, quæ patria fuit. Ea cum multis olim honoribus funeta esset, postea aliquamdiu jacuit.

*Prætermisso ædilitatis consulatus repulsam.* Quod, cum divitissimus esset, ædilis fieri noluerat, ne ludis edendis sumptus esset fuscipiendus, non obtinuit consulatum.

2. *Quare et.]* Quare faciendum est, ut ædilicia munera edantur, et si postulat *populus*, et si quando aliqua res major atque utilior hac largitione acquiritur. *Postulatur a hoc loco activum significat.* Aliter vero c. xvi. 10. "Ut splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur." Ibi non optimi viri sunt, qui postulant, sed populus, qui nemini honores defert a popularibus largitionibus paullo alieniori. Vide et c. xx. 6.

*Nos ipsi.]* De ædilitate Ciceronis, quam gessit Hortensio consule a. 684, ætatis 37, vid. Verrin. v. c. 14. in ea trinos

ludos fecit (pro Mur. c. 19.) Siculorumque liberalitate ad annonam urbis levandam usus est.

3. *Oresti.]* Orestæ Aureliae gentis fuerunt: ex ea C. Orestes a Cn. Aufidio adoptatus, auctore Cicerone pro domo c. 13. Cn. Aufidius Orestes dictus, consulque fuit a. 682, proximo ante Pompeium et Crassum.

*Prandia in semitis decumæ nomine.]* Decimas bonorum vel fructuum suorum cum aliis diis, tum Herculi vovebant, vel felici alicujus rei eventu læti, vel, ut omnia prospere cederent, precaturi. Id non mercatores tantum faciebant, quæ opinio Orestem hunc feneratorem finxit; sed et nobilissimi quique. Hac vero religionis specie Orestes aliisque populares homines ad apparanda plebi prandia, eamque liberalitate sua delenientiam abusi fortasse sunt: vel ad ejus exemplum decimæ non tam deo, quam populo datae sunt.

*Ne M. quidem Seio.]* L. F.

est, quod in caritate asse modium populo dedit. Magna enim se, et inveterata invidia, nec turpi 4 jaictura, quando erat ædilis, nec maxima liberavit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, qui gladiatoribus eintis rei publicæ caussa,

equiti Rom. diviti. Quæstor fuit cum Q. Hortensio, Sulla iterum consule, post tribunus pl. et secundum Plin. lib. xv. c. 1. ni fallor, L. Lucullo consule ædilis curulis, quo in honore et frumentum et oleum vili admodum pretio dedit.

*In caritate.]* Vocabulum *an-*  
*nonæ* ex orationis contextu  
commodè intelligitur, quemadmodum in Verr. iii. 93.  
“ Biennum provinciam obti-  
nuit, cum alter annus in vili-  
tate, alter in summa caritate  
fuerit.” Pro Dom. c. 5. “ Erat igitur et præsens caritas, et futura famæ.”

*Affe modium populo dedit.]* Vendidit frumenti modium affe. *Modius* frumenti men-  
sura erat **xv.** librarum Ro-  
manarum, vel paullo plus mi-  
nusve pro frumenti qualitate,  
(vide Plin. lib. xviii. c. 7.) capiebatque **xvi.** sextarios. Servi  
quaternos modios frumenti in  
mensam accipiebant, adeoque  
singuli modii in septenos vel  
octonos dies sufficiebant. Hunc  
frumenti modium *affe dedit*, id  
est, numo æreo nostris crucia-  
tis fere pari. Nam x. asses in  
denarium redibant, cui xii.  
cruciati respondere creduntur.  
Vid. supra xvi. 7.

*Quando erat ædilis.]* Ædili  
hæc largitio turpis non erat,  
tum quod ad ædilium curam

annonæ pertinebat, tum quia  
talia munera ab ædilibus po-  
stulabantur. Conf. supra c.  
xvi. 10. Liv. xxv. 2. 8. “ Æ-  
dilicia largitio hæc fuit. Lu-  
di Romani pro temporis illius  
copiis magnifice facti, et con-  
gii olei in vicis [Periz. legen-  
dum censet *viros*] singulos da-  
ti.” Ita frumenti modios sin-  
gulos populo ab ædilibus, mo-  
do quaternis, modo binis æris,  
divisos commemorat idem hi-  
storicus xxx. 26. 6. xxxi. 4. 5.  
et c. l. 1. **xxxiii.** 42. 8. Tali  
venditione autem pudori con-  
sulebatur eorum, qui donatum  
accipere nolebant.

*4. Nostro Miloni.]* Qui cum  
Ciceronem sibi quacumque ra-  
tione defendendum statuisset,  
ut Clodio resistere posset, qui  
gladiatorium sibi manum com-  
paraverat, et ipse eorum se  
præsidio instruxit, et vim vi a  
republica repulit.

*Qui gladiatoribus.]* Elegans  
pronominis *qui* hic usus est.  
Cic. Epist. ad Divers. i. 9. 31.  
“ Illud quidem certe nostrum  
confilium jure laudandum est,  
qui meos cives—servis arma-  
tis objici noluerim.” In Catil.  
iii. 9. extr. “ Id nonne divi-  
nitus factum esse putatis? præ-  
fertim qui nos non pugnando,  
sed tacendo superare potue-  
runt.” Sallust. Or. Lep. n. 16.  
“ Verum ego seditionis, uti

quæ salute nostra continebatur, omnes P. Clodii  
5 conatus furoresque compressit. Causa igitur  
largitionis est, si aut necesse est, aut utile. In  
his autem ipsis mediocritatis regula optima est.  
6 L. quidem Philippus Q. F. magno vir ingenio  
in primisque clarus, gloriari solebat, se sine ullo  
munere adeptum esse omnia, quæ haberentur  
7 amplissima. Dicebat idem Cotta, Curio. No-  
bis quoque licet in hoc quodam modo gloriari.  
Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis  
suffragiis adepti sumus nostro quidem anno,

Sulla ait, qui præmia turba-  
rum queror." Phædr. i. 12.  
13. "O me infelicem, qui  
nunc demum intelligo." Conf.  
infra iii. 31. 8.

*Quæ salute nostra contineba-  
tur.]* Quam me salvo salvam  
fore videbat Clodius, me everso  
ipsam quoque facile se eversu-  
rum sperabat.

6. *L. quidem Philippus.]* Fa-  
miliæ Marciæ orator egregius,  
(de quo dictum lib. i. 30. 9.)  
Consul fuit a. 662, cum Sex.  
Julio Cæsare, et censor factus  
est a. 667. vide infra ad c. xxi.  
6. Cicero hic de mortuo lo-  
quitur. Hujus filius Catonis  
Uticensis sacer fuit, Augufti  
vitricus.

*Cotta.]* Etiam si Cicero Cot-  
tam, quod alibi etiam fecit,  
sine prænomine appellavit,  
non tamen nec filio, nec cui-  
quam attento illius ætatis le-  
ctori obscurum esse potuit, a-  
lium quam C. Cottam, sum-  
mum oratorem, et cuius ma-  
xima familiaritate usus fuerat,

intelligi non debere. Is C.  
Cotta cos. fuit a. 678, qui  
quum ex consulatu Galliam  
fortitus, exque ea provincia  
triumphatus esset, ante diem  
triumphi mortuus est. Curionem  
vero anno 700 decepsisse,  
eoque C. Cottæ pluribus annis  
superstitem fuisse, ex Cic. ad  
Divers. ii. 2. discimus, eam-  
demque ob cauſam Cicero  
Cottam prius, quam Curionem  
appellat. Verbum *dicebat* ma-  
nifeste indicat, de mortuis fer-  
monem esse. Nomina pro-  
pria ἀναντίτως componere, fol-  
leme Ciceroni fuit. Neque  
id solum, ubi plures homines  
enumerantur, sed in duobus  
etiam fecit. Ita Brut. c. 74.  
*Mitto C. Lælium, P. Scipionem.*

*Curio.]* C. Scribonius Curio  
orator, consul a. 677. cum Cn.  
Octavio, ejus Curionis pater,  
qui belli civilis postea fax fuit.

7. *Nostro quidem anno.]* Suo  
anno honores petit et consequi-  
tur, qui justa ætate et eo anno,  
quilegibus constitutus est, am-

quod contigit eorum nemini, quos modo nominavi, sane exiguus sumtus ædilitatis fuit. Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus, omniaque, quæ ad usum rei publicæ pertinent. Quamquam, quod præfens tamquam in manum datur, jucundius est: tamen hæc in posterum gratiora. Theatra, porticus, nova templa, verecundius reprehendo, propter Pompeium: sed doctissimi non probant, ut et hic ipse Panætius, quem multum in his libris fecutus sum, non interpretatus: et Phalereus Demetrius, qui Periclem, principem Græciæ, vituperat, quod tantam pecuniam in præclaræ illa propylæa conjecerit. Sed de hoc

bit et obtinet, ut Cicero, qui anno ætatis 31. quæstor, a. 38. ædilis, a. 41. prætor, et a. 44. consul factus est. Vide Orat. Agrar. ii. c. 2. pr.

8. *Navalia.*] Loca munita et testa, ubi in sicco stant naves e mari subductæ, Græcis vsuæ.

9. *In posterum.*] Postero tempore, apud posteros.

10. *Theatra, porticus.*] Quæ voluptati, non necessitati, inserviunt.

*Nova templa.*] Vetera tempora conservanda putat, numerum eorum augeri, novasque superstitiones, externas præfertim, in rempubl. invehi, cum plerisque Romanis inutile censem.

*Verecundius reprehendo.*] Etsi Pompeius hoc tempore non

supererat, sanctior tanien ejus memoria erat Ciceroni, quam ut ejus acta sine gravi causa reprehenderet, et in hoc Cæfarianis gratificaretur. Pompeius autem novum theatrum extruxerat, idque templis et porticibus exornaverat parum utique necessariis.

*Doctissimi.*] Summi philosophi.

11. *Phalereus Demetrius.*] Demetrius Phalereus cognomine, ὁ Φαληρεύς. Vid. i. 1. 6. De Periele i. 30. 10.

*Propylea.*] Græci προπύλαια vocant vestibula, qualia Pericles templo Palladis, quod in arce erat Athenarum, adjecebat, per quæ quinque aditus in illud urbis præsidium patabant. Eorum claves singuli archontes singulis tantum diebus adservandas habebant, ne tyrannidis adfectandæ potestas

genere toto, in iis libris, quos de re publica 12 scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiola est, temporibus necessaria; et tunc ipsa et ad facultates accommodanda, et mediocritate moderanda est.

1 **XVIII.** In illo autem altero genere largiendo, quod a liberalitate proficitur, non uno modo in disparibus caussis affecti esse debemus. 2 Alia caussa est ejus, qui calamitate premitur, et ejus, qui res meliores querit, nullis suis rebus adversis. Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In iis tamen, qui se adjuvari volent, non ut ne affligantur, sed ut altiore gradum descendant, restriicti omnino esse nullo modo debemus: sed in deligendis idoneis judicium

est: easque qui adserabant *πειρατας*, dicebantur. In haec Pericles bis mille ac duodecim talenta insumferat.

12. *Tota igitur ratio.*] Tota hæc largiendi species per se vitiosa, aliquando tamen, temporibus eas poseentibus, necessaria est. Vid. ad lib. i. 10.

3. **XVIII. 1. Altero genere largiendi.**] De primo genere, quod prodigorum est, dixit cap. 16. et 17. nunc de liberalibus agit.

*In disparibus caussis.*] Non eodem modo erga omnes affecti esse debemus, quorum diversa est ratio, cumque alia est rerum *πειρατος*.

2. *Qui res meliores querit.*] Qui rem suam familiarem aut dignitatem augere cupit, qui ad altiore gradum enititur.

3. *In iis.*] In eos, qui rerum suarum statum rectius constituere volunt, non debemus esse minus liberales. Lib. iii. ep. viii. 28. “Cum et natura semper ad largendum ex alieno fuerim restriictior.” Quidam *in eos* maluerunt; sed Cicero lib. iii. ep. viii. 8. “Studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent.” Nepos Phoc. c. 4. extr. “In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit cum liber sepelire.”

et diligentiam adhibere. Nam præclare Ennius:

*Benefacta male locata, malefacta arbitror.*

Quod autem tributum est bono viro et grato,<sup>4</sup> in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. Temeritate enim remota, gratissima<sup>5</sup> est liberalitas: eoque eam studiosius plerique laudant, quod summi cujusque bonitas commune perfugium est omnium. Danda igitur<sup>6</sup> opera est, ut iis beneficiis quam plurimos afficiantur, quorum memoria liberis posterisque prodatur, ut iis ingratissime non liceat. Omnes<sup>7</sup> enim immemorem beneficii oderunt: eamque injuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri: eumque, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam<sup>8</sup> rei publicæ est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores: quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi

4. *In eo cum ex ipso fructus id tribuitur, fructus capitur cum ex ipso bono viro, tum ex aliis.* Vid. iii. 14. 10.

5. *Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas.*] Si non temere largitus fueris et sine dilectu, grata erit iis etiam, ad quos minime pertinet.

*Commune perfugium.*] Vid. cap. xx. 8.

6. *Memoria prodatur.*] Nep. Hannib. c. viii. 2. “De Magonis interitu duplex memoria

prodita est.”

*Ut iis ingratissime non liceat.] Ut non possint esse ingratissimi nisi in omnium reprehensionem incurre velint.*

7. *Eamque injuriam in deterrenda liberalitate.*] Eamque injuriam, dum liberalitas deterretur, i. e. liberales homines a benefaciendo deterruntur, sibi etiam fieri putant.

8. *Ab ordine nostro.*] Servatorio.

*Crassi.] L. Crassi, de quo proxime c. xvi. 11.*

9 scriptum copiose videmus. Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Hæc est gravium hominum, atque magnorum : illa quasi affentatorum populi, multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium.  
 10 Conveniet autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum ; in omni- que re contrahenda, vendendo, emendo, con- ducendo, locando, vicinitatibus et confiniis æ- quum et facilem, multa multis de jure suo ce- dentem : a litibus vero, quantum liceat, et ne- scio an paullo plus etiam quam liceat, abhor-  
 11 rentem. Est enim non modo liberale, paullum non numquam de suo jure decidere, sed inter-  
 12 dum etiam fructuosum. Habenda autem ratio est rei familiaris, quam quidem dilabi finere, flagitiosum est : sed ita, ut illiberalitatis avariti-  
 13 æque absit suspicio. Posse enim liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum is est

9. *Hanc ergo.]* Apud Laftan-  
tium vi. 12. 15. ubi Ciceronis  
hæc verba adlegata sunt, le-  
gitur *Hanc ego*; atque ita Ci-  
ceronem scripsisse puto.

*Quasi affentatorum.]* Particu-  
la *quasi pro fere, plerumque vi-*  
*detur accipienda esse.* Ita Pa-  
radox. vi. 3. 7. “ *Quod ei ge-*  
*néri possessionuni minime qua-*  
*si noceri possit.”*

10. *Vicinitatibus.]* *Vicinitates*  
et *confinia* non sunt *vicini* et  
*confines*, sed illa domorum et  
prædiorum inter se contingenti-  
um *communitas*, quæ in-  
ter horum dominos interce-

dit. *Vicini autem dicuntur,*  
qui *communi pariete, confines*  
qui *communi limite disterni-*  
*nantur.*

*Quantum liceat.]* *Quantum*  
*sine incommodo, rei familiaris*  
*et famæ detimento fieri possit.*

*Nescio an paullo plus.]* *Pau-*  
*lo plus fortasse, quam com-*  
*mode fieri possit.*

11. *Liberale.]* *Libero homi-*  
*ne dignum.*

12. *Flagitiosum est.]* *Res fami-*  
*liaris neglecta satis caussæ est,*  
*cur non a publicæ tantum,*  
*sed et a suæ rei administra-*  
*tione aliquis submoveatur.*

pecuniae fructus maximus. Recte etiam a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam rei publicae est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam vehementer utile iis, qui honeste posse multum volunt, per hospites apud externos populos valere opibus et gratia. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia praebentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset.

XIX. Quae autem opera, non largitione, beneficia dantur, haec tum in universam rem publicam, tum in singulos cives conferuntur. Nam in jure cavere, consilio juvare, atque hoc

13. *Pecuniae fructus.] Cap. xvi. 4.*

14. *Patere domus.] Substantivi terminatio non mutanda.*

15. *Honeste posse multum.] Qui, quantum licet, sine malis artibus potentes esse volunt.*

16. *Cimonem Athenis etiam.] Mihi etiam in suos curiales copulandum videatur; nisi fortasse Athenis etiam factum est ex Atheniensem.*

*In suos curiales Laciadas.] Curias dicit Romanorum more quos Graeci δῆμος, pagos. Horum δῆμων erant Atheniensibus clxxiv. iisque omnes xii. φυλαῖς*

continebantur, quarum decimæ, τὴν φυλὴν Οἰνηδὶ inerat Λακία δῆμος. *Laciades est Λακιάδης*, qui est ex Λακίᾳ δῆμῳ.

*Ut omnia praebentur.] Omnia præbet, qui gratuito hospitio excipit. Quicumque Laciades in Cimonis villam ex aliquo itinere devertebat, domini sumtu ibi pernoctare poterat.*

XIX. 1. *In universam rem publicam.] Ab iis, qui rei publ. vel armis, vel consilio prosumt.*

2. *In jure cavere.] Ratio nem et formam consulentibus*

scientiæ genere prodeſſe quam pluriſis, vehe-  
menter et ad opes augendas pertinet, et ad  
3 gratiam. Itaque cum multa præclara majorum,  
tum quod optime constituti juris civilis ſummo  
ſemper in honore fuit cognitio atque interpre-  
4 tatio: quam quidem ante hanc conuisionem  
temporum in poſſeffione ſua principes retine-  
runt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis  
gradus, ſic hujus scientiæ ſplendor deletus eſt:  
5 idque eo indignius, quod eo tempore hoc con-  
tigit, cum iſ eſſet, qui omnes ſuperiores, qui-  
bus honore par eſſet, ſcientia facile viciſſet.  
6 Hæc igitur opera, grata multis, et ad beneficiis  
7 obſtringendos homines accommodata. Atque  
huic arti finitima eſt dicendi gravior facultas,

præſcribere, quam in contra-  
hendis rebus et in actionibus  
forenſibus ſequantur: petitio-  
rem, vel eum, unde petitur,  
confilio regere, ne juris inſci-  
entia peccet.

*Ad opes augendas.]* Non di-  
vitias magis, quam alios tuen-  
di facultatem intelligit. *Vid.*  
i. 3. 7.

*3. Tum quod optime constituti  
juris.]* Tum illud eſt præcla-  
rum, quod juris ſcientia ſem-  
per in honore fuit. *Vide ver-  
boſam juris ſcientiæ com-  
mendationem lib. i. de Orat. c. 44.  
et 45.* Aliter, ubi cauſæ ſervit,  
de eadem ſentit pro Muren.  
c. 9. ad 13.

*4. Ante hanc conuisionem tem-  
porum.]* Ante hæc tempora,  
quibus omnia confuſa ſunt;  
dum priuinus honos, et homi-

nibus et rebus detraetus, iis  
datus eſt, quibus non debe-  
tur.

*In poſſeffione ſua principes re-  
tinuerunt.]* Nam juris interpre-  
tes olim patricii tantum erant.

*5. Contigit.]* Accidit, de re  
non optata. *Vid. xiv. 12.*

*Cum iſ eſſet.]* Cum iſ vive-  
ret. Servium Sulpicium Ru-  
fum, conſulem a. 702, intel-  
ligit, ſummum horum tempo-  
rum jure conſultum, Tullio  
perfamiliarem (*Ep. ad Div.*  
*lib. 4. et 13.*) licet eum adole-  
ſcentem Cicero conſul orat.  
pro Murena repulerit.

*7. Finiſſima eſt.]* Conjuſta,  
proxima.

*Dicendi—gratiōr.]* Eloquen-  
tia apud Romanos majore in  
honore fuit, quam juris ſci-  
entia: quippe quæ et plus in-

et gratior, et ornatior. Quid enim eloquentia præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic ergo a majoribus nostris est in 8 toga dignitatis principatus datus. Diserti 9 tur hominis, et facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum cauſſas, et non gravate, et gratuito defendantis beneficia et patrocinia late patent. Admonebat me res, ut 10 hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitum, deplorarem: ni vererer, ne de me ipſo aliquid viderer queri. Sed tamen videmus, quibus extinctis oratoribus, quam

genii postulabat, et plures ſibi beneficiis obſtrinquebat, quo-  
rum fortunas, dignitatem, fa-  
mam et vitam tuebatur; de-  
nique multos ad honores ſola  
provehebat.

*Admiratione audientium, vel ſpe indigentium.]* Nulla enim ars est, quani magis admiren-  
tur, qui audiunt; nulla, quam  
ii, qui ejus præſidio indigent,  
ad propulsanda pericula plus  
valere credant.

8. *In toga.]* Addidit hoc Ci-  
cero, ne eloquentiam, pacis  
artem, qua togati cives Rom.  
utebantur, militari virtuti præ-  
ferre videretur; quam ſen-  
tiam illud *Concedat laurea lau-  
di!* non impugnat.

9. *Facile laborantis.]* Liben-  
ter laborantis. Epift. ii. 16. 6.  
“Quod autem in maritimis  
facillime ſum, moveo nonnul-  
lis ſuspicionem, velle me na-  
vigare.” iv. 4. 2. “Sed ta-  
men idem facile cedo tuorum

ſcriptorum ſubtilitati et ele-  
gantiæ.”

*Gratuito defendantis.]* Antea  
patrio more gratuitam patroni  
prætabant operam: poſtea,  
labente illo, lex Cincia lata  
est, qua cautum, ne quis ob  
cauſam orandam, mercedem  
paciferetur, aut munera acci-  
peret.

10. *Ne dicam interitum.]* Id  
eft, prope dixerim, interitum.  
Si interitum dixiffet, omnem  
ſpem eloquentiæ reparandæ  
exclusiffet. Melius vero omi-  
naturus *intermissionem* vocat,  
quasi eloquentia ad tempus ita  
interquierit, ut aliquando re-  
viviscere poſit.

*De me ipſo.]* Qui eloquentiæ  
tanta ornementa debeo, eaque  
curia, foro, rostris pulsa, mi-  
nore dignitate ſum, jamque  
minus regnare videor.

*Quibus, extictis oratoribus,  
quam.]* Hoc loquendi genus  
habes apud Corn. Nep. Attic.

in paucis spes, quanto in paucioribus facultas,  
 11 quam in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint, ne multi quidem, aut juris periti esse, aut diserti: licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem judicibus et magistratibus, vigilantem pro re alterius, eos ipsos, qui aut consuluntur, aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gratiae consequuntur, latissimeque eorum  
 12 manat industria. Jam illud non sunt admonendi (est enim in promptu) ut animum advertant, cum juvare alios velint, ne quos offendant.  
 13 Sæpe enim aut eos laedunt, quos non debent: aut eos, quos non expedit. Si imprudentes,  
 14 negligentiae est: si scientes, temeritatis. Utendum etiam est excusatione adversus eos, quos

xviii. 3. "Notans, qui a quo ortus quos honores, quibusque temporibus cepisset."

*In paucis spes.]* Quam pauci adolescentes sint, quos priorum oratorum similes futuros sperare possis.

*Quam in multis fit audacia.]* Non audacia opprimendi alios, sed patrocinia suscipiendi et causias defendendi.

*11. Beneficia petentem.]* Quæ iis, quibus petis, conseruantur ab aliis. *Beneficia* sunt vel publica vel privata. Hic publica maxime intelligo, id est, vel magistratus urbanos, populi beneficio dari solitos, quos saepe *beneficia* Cicero vocat; vel militares honores, quibus a proconsulibus et proprætoribus

ad ærarium delati ornabantur. Verbo *licet* paullo ante alium casum (*multis*) adjecerat. Hic *prodeffe* jungas accusativo *petentem*, ut lib. i. cap. 26. extr. "Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter anmoseque vivere."

*Commendantem judicibus et magistratibus.]* Hujus rei exempla habes apud Cicer. Epist. i. 9. 58. Senec. de Brevit. Vit. c. 6. Plin. Epist. iii. 20. 5.

*Qui aut consuluntur aut defendunt.]* Jureconsulti.

*Latissimeque manat.]* Late spargitur, vulgatur, multorum sermone celebratur.

*14. Adversus eos.]* Erga. Vide i. c. 11. pr.

invitus offendas, quacumque possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: ceterisque operis et officiis erit id, quod violatum est, compensandum.

XX. Sed cum in hominibus juvandis aut 1 mores spectari, aut fortuna soleat: dictu quidem est proclive, itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi. Honesta oratio est: sed quis est 2 tandem, qui inopis, et optimi viri caussæ non anteponat, in opera danda, gratiam fortunati et potentis? A quo enim expeditior et celerior 3 remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. Sed animadverten- 4 dum est diligentius, quæ natura rerum sit: nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest. Commode autem, quicumque dixit, pe- 5

*Quacumque possis.]* Placet possit, ut intelligatur fieri, quæ ellipsis Ciceroni familiaris est. Epist. xiv. 1. 9. “Amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit.” xvi. 19. 1. “Demetrium redde nostrum, et aliud, si quid potest, boni.” Infra c. xxi. 3. “Danda est opera omnino, si possit.” Vid. iii. 10. 8.

XX. 1. *Dictu quidem est proclive.]* Dictu est facilius, quam factu. Itaque est, et ita. Nep. Alcib. iv. 2. “Inimici illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset.—Itaque fecerunt.”

*Honesta oratio est.]* Verba horum hominum probanda sunt; sed ipsi ea factis refutant. Sic Terent. i. Andr. i. 114.

2. *Inopis et optimi.]* Inopis, et quidem optimi viri, (supra xvi. 10.) vel et tamen optimi viri. Postea n. 8. *Inopem, probum tamen et modestum.*

*Fortunati.]* A sola fortuna, non a moribus etiam commendati.

3. *In eum fere.]* Hic fere est, plerumque.

5. *Commode autem.]* Apte, eleganter, scite.

*Quicumque dixit.]* Quem primum hæc sententia auctorem

cuniam qui habeat, non reddidisse: qui reddiderit, non habere: gratiam autem et qui retulerit, habere: et qui habeat, retulisse. At, qui se locupletes, honoratos, beatos putant, ii ne obligari quidem beneficio volunt. Quin etiam beneficium se deditis arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint: atque etiam a se aut postulari, aut exspectari aliquid suspicantur: patrocinio vero se usos et clientes appellari, mortis instar putant. At vero ille tenuis, cum, quidquid factum sit, se spectatum, non fortunam putat, non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, a quibus exspectat (eget enim multis) gratum se videri studet: neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Videndumque illud est, quod si opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis ejus ma-

habeat, non constat. Duobus aliis locis Cicero eam retulit, pro Plancio c. 28. et post redit. ad Q. c. 9. Lusus est in verbo *habere*. Aliter *pecunia*, aliter *gratia* *habetur*. *Pecuniam qui habet* ab aliquo mutuam, non reddit eam, quamdiu *habet*; cum vero reddidit, eam *habere* definit: *gratiam autem et is, qui retulit, habet*, (dum *gratum animum retinet*) et *qui habet* (*grato in bene meritos animo est*) eam *retulit* et quodam modo exsolvit.

6. *Quamvis magnum.*] Quantumvis magnum. Vid. i. 25.

5. *Patrocinio vero.*] Ita intel-

lige: *patrocinio se aliorum usos esse, aut adeo clientes appellari, mortis instar putant.*

7. *Qui est meritus.*] Qui beneficium dedit.

*A quibus exspectat.*] Similia beneficia.

*Gratum se videri studet.*] Sallust. Cat. pr. "Qui se fudent praestare ceteris animalibus." Sic "Se volunt videri," cap. xxii. 9.

8. *Videndumque illud est quod.*] De hac constructione vid. lib. i. c. 12. pr.

*In uno illo, aut forte in liberis ejus manet gratia.*] Unus ille, aut summum ejus liberi se gratos praestant.

net gratia: sin autem inopem, probum tamen et modestum, omnes non improbi humiles (quæ magna in populo multitudo est) præsidunt sibi paratum vident. Quam ob rem melius apud 9 bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto. Danda omnino opera est, ut omni 10 generi satis facere possimus. Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est auctor adlibendus; qui cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: ‘Ego vero,’ inquit, ‘malo virum, qui pecunia egeat, quam pecu-

*Probum tamen et modestum.]* Latini *probum* dicunt, qui modum in rebus servat, *improbum* qui modum transit. Hinc *probus* est modestus, *improbus* impudens, infasibilis.

*10. Si res in contentionem veniet.]* Si duo inter se erunt comparandi, et uter præferendus sit, quæratur. Quod Cicero dixit *si veniet*, perinde est, ac si dixisset *quoties veniet*. Loquutus est hoc loco non aliter, quam de Invent. i. 32. “Si negabitur, aut ostendenda est similitudo earum rerum, quæ ante concessæ sunt, aut alia utendum inducitio. Si concedetur, concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut elicienda est responsio, aut,” cet. Supra i. 15. 4. “Sin erunt merita—major quædam cura adhibenda est.” Sic sæpe alibi.

*Themistocles est auctor adlibendus.]* Themistoclis judicium est sequendum. Valer. Max. lib. vii. c. 2. extr. 9.

“Unicæ filiæ pater Themistoclem consuebat, utrum eam pauperi, sed ornato, an locupleti, sed parum probato collocaret. Cui is, malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro, indigentem.” Paulló aliter Plutarch. in Themistoc. p. 121. Τῶι μναμίνων αὐτῷ τὴν θυγατρία τὸν ἐπεικῆ τὸν πλεσίν προκρίνας, ἔφη, δηπτὺν ἀνδρὸς χρημάτων διόμενον μᾶλλον, οὐ χρημάτα ἀνδρός. Ex illis, qui filiæ suæ nuptias ambirent, cum probum prætulisset pecunioso, ait, virum se quærere potius, qui pecunia egeret, quam pecuniā, quæ viro.

*Utrum collocaret.]* Collocare deberet. Nep. Eum. cap. 6. “Ad hunc Olympias cum litteras et nuntios misisset consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret, [venire melius esset] et eas res occuparet.”

*An minus probato.]* Vulgus utrum, aut recte dici putat. Aliter Cicero.

11 niam, quæ viro.' Sed corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum: quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum 12 pertinet? Illum fortasse adjuvat, qui habet: ne id quidem semper: sed fac juvare; utentior 13 sane fit; honestior vero quo modo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impedianc divitiae, quo minus juvetur, modo ne adjuvent: sitque omne judicium, non quam locuples, sed qualis quis- 14 que sit. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda est, ne quid contra æqui-

11. *Quid ad unumquemque nostrum pertinet.]* Quid divitiarum alienarum magnitudo ad nos pertinet? quid ea momenti habet in ferendo de hominum dignitate judicio?

12. *Utentior.] Utentior ille est, qui pleniore pecunia fruiatur, ex eaque plus impendit, et sumptus majores facit. Hac significatione verbi utor dixit Cic. Læl. vi. 9. "Ceteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: divitiae, ut utare: opes, ut colare." Horat. i. ep. 7. 57.*

*Et properare loco, et cessare; et querere, et uti.*

Rutil. Lup. de Fig. Sent. et Eloc. i. 5. "Proculeius cum filium suum moneret et hortaretur, audacter' ex bonis ipsius sumtum faceret, quas in res vellet atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater discessisset, cui vivo patre promisse omnia liccerent."

13. *Ne impedianc divitiae.]* Id est, concedi fortasse queat, divitias inpedire non debere, quo minus juvetur: sed non ob id unum juvandus est, quod plerisque aliis præstat opibus. Hic usus est particulae, ne in concessionibus negativis. Or. xxix. 101. "Nemo is, inquires, umquam fuit. Ne fuerit."

*Modo ne.]* Quemadmodum modo ut pro dummodo, ita modo ne pro dummodo non, eleganter dicitur. Acad. Quæst. iv. 43. "Modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat." Læl. xvii. 1. "Modo ne summa turpitudo sequatur." Ad Divers. ep. vii. 1. princ. "Modo ut tibi constiterit fructus otii tui." Vide supra i. 25. 13.

*Sitque omne judicium.]* Id tantum consideretur, qui mores cujusque non quæ divitiae sint.

14. *In beneficiis, operaque danda.]* In beneficiis, quæ ex opera danda constant, extremo loco præcipiendum est.

tatem contendas, ne quid pro injuria. Fundamentum enim perpetuae commendationis et famæ est justitia, sine quanihil potest esse laudabile.

XXI. Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad singulos spectant: deinceps de iis, quæ ad universos, quæque ad rem publicam pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant, quæ sunt etiam gratiora. Danda opera est omnino, si possit, utrisque, nec minus, ut etiam singulis consulatur: sed ita, ut ea res aut profit, aut certe ne obfit rei publicæ. C. 4 Gracchi frumentaria magna largitio; exaurie-

*Ne quid pro injuria.]* Ne amicum injuste in alios facientem adjuves aut defendas.

XXI. 1. *Quæ ad singulos spectant.]* Quæ a singulis, a privatis proficiuntur.

*Quæ ad universos.]* Quæ a magistratibus, qui personam civitatis sustinent, exspectari possunt.

2. *Eorum autem ipsorum partim.]* Aliqua. Vide i. 7. 10.

*Pertineant.]* Conferantur in universos, in totam civitatem, ita tamen, ut singuli nihil inde ferant. Ut si quis agris, viris, vestigalibus imperium augeat.

*Singulos ut attingant.]* Non paucos, sed omnes, ita ut singuli eorum beneficiorum participes fiant: quod fit in frumentariis largitionibus, congiariis, viscerationibus. Atque hæc gratiora esse dicit.

3. *Si possit, utrisque, nec mi-*

*nus.]* Danda est opera, utrifice que consulatur, universis scilicet et singulis. Primam curram esse vult, ut universis pariter ac singulis, si id fieri possit, consulatur: non minus tamen, ut et singulis subveniantur separatim, cum imperium non augetur.

*Ut ea res—ne obfit.]* Ut ne Ciceroni perfamiliare est. Ita epist. xiii. 8. “Ego te plane rogo,—ut Albinio parcas, prædia Laberiana ne attingas.”

4. *Frumentaria largitio.]* Sempronia C. Gracchi tribunicia lex (lata a. 630.) de frumento, pauperibus semissibus et trientibus distribuendo, jubebat, ut frumentum publice emeretur, singulisque mensibus per singulas tribus vilissimo pretio plebi divideretur: eratque locus Romæ constitutus, in quo frumentum publicum asservabatur una cum legibus

bat igitur ærarium : modica M. Octavii, et rei publicæ tolerabilis, et plebi necessaria. Ergo 5 et civibus, et rei publicæ salutaris. In primis autem videndum erit ei, qui rem publicam administrabit, ut suum quisque teneat, neque de 6 bonis privatorum publice deminutio fiat.. Perniciose enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, et in eo vehementer se moderatum præbuit: sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo 7 milia hominum, qui rem haberent. Capitalis

frumentariis, qui dicebatur *horrea Sempronia*.

*Modica M. Octavii.]* Fuit is Tib. Gracchi in tribunatu collega a. 620. frumentariæ ejus largitioni adversarius: quam tamen non totam sustulit, sed tantum moderatus est, ut magis pretium in singulos modios statueret; minoris tamen, quam emtum esset, esuriensi populo venderet. De Octavio vid. Cicer. in Brut. c. 62.

*Plebi necessaria.]* In magna annonæ caritate.

*5. Publice deminutio fiat.]* Ne publica auctoritate pauperiores fiant privati, et civium facultates exæquentur.

*6. Philippus.]* L. Marcius Philippus, trib. pl. a. 649. de quo ad c. xvii. 6. et iii. 22. 6.

*Legem agrariam ferret.]* Ferret, sed non preferret. Rogationem quidem ad populum tulit: ea vero accepta non est. *Antiquari, rejici, suffragiis populi repudiari.*

*Sed cum.]* Quæ vis sit hujus

conjunctionis post parenthesin, dixi i. 1. 3.

*Duo milia, uno L.* Grammaticorum priscorum et monumentorum testimoniis nunc addo Plinii auctoritatem e Pompeii commento artis Donati, ubi haec disputantur: “Quæsitum est hoc ipsum, utrum **MILLE** dicerenius, an **MILE**? id est, utrum per geminum **L**, an per unum? Sed Plinius Secundus in libris dubii sermonis ita exprefcit. ‘Mille non debemus aliter dicere, nisi per geminum **L**.’ Et quid facimus de numero plurali? Quomodo habemus dicere, dicit: ‘In numero plurali unum **L** ponere debemus et dicere **MILLA**, ut est Milia multa dare leto.’”

*Qui rem haberent.]* Quibus ad honeste vivendum satis esset, qui ex sua re familiari se fuosque alere possent.

*7. Capitalis oratio.]* Capitalis dicitur, quod perniciosa erat

oratio, et ad æquationem bonorum pertinens: qua peste quæ potest esse major? Hanc enim 8 ob caussam maxime, ut sua tenerent, res publicæ civitatesque constitutæ sunt. Nam etsi 9 duce natura congregabantur homines, tamen spe custodiæ rerum suarum urbium præsidia quærebant. Danda etiam opera est, ne, quod 10 apud majores nostros sæpe siebat, propter ærarii tenuitatem assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum: idque ne eveniat, multo ante erit providendum. Sin quæ necessitas 11 hujus muneris alicui rei publicæ obvenerit (malo enim, quam nostræ ominari; neque tantum de nostra, sed de omni re publica dispuo) danda erit opera, ut omnes intelligant, si salvi

civitati, cum nihil aliud spectaret, quam bonorum æquationem. Hoc enim volebat intelligi, paucos esse divites: ceteram multitudinem inopia laborare, ideoque viam aliquam ineundam esse, qua tenuioribus consuleretur; et ripenda aliis esse, quæ his darentur. Eadem res jam antea sæpe tentata fuerat.

8. *Ut sua tenerent.] Sua Ciceroni sæpe propria significare, observatum est i. 7. et 31.*

9. *Duce natura congregabatur.] Vid. lib. i. 44. 7.*

10. *Ærarii tenuitatem.] Inopiam. Exigua enim primis temporibus erant imperii veftigalia.*

11. *Necessitas hujus muneris.] Munera sunt onera, quæ civibus imperantur: quæ et mu-*

*nia dicuntur, unde municipes, qui ea onera sustinent, et imunes qui his ferendis carent. Cicero Agrar. ii. contra Rull. c. 17. "Imperabitur aliquid muneris: non recusabunt."*

*Malo enim, quam nostræ ominari.] Sententia requirebat, Malo enim ita dicere, quam dicere, nostræ reip. obvenerit. Sed quia sic quoque imperio R. male ominatus esset, dixit, quod idem significaret, malo enim, quam nostræ ominari. Statim pergit: Neque difficile fuit evitare omen illud infastum, quod hæc mea disputatio non ad nostram rem. tantum, sed generatim ad omnes civitates pertinet.*

*De omni republica.] De universa republ. de toto genere, ut supra cap. xiii. 8.*

12 esse velint, necessitati esse parendum. Atque etiam omnes, qui rem publicam gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, 13 quæ sunt necessariæ: quarum qualis comparatio fieri soleat, et debeat, non est necesse disputare. Est enim in promtu: tantum locus attingendus 14 fuit. Caput autem est in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritiæ pellatur 15 etiam minima suspicio. ‘Utinam,’ inquit C. Pontius Samnis, ‘ad illa tempora me fortuna reservasset, et tum essem natus, si quando Romani dona accipere cœpissent! non essem passus diutius 16 eos imperare.’ Næ illi multa sæcula exspectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit. Itaque facile patior, tum

12. *Quæ sunt necessariæ.*] In quibus princeps locus est annona.

13. *Comparatio.*] Quo modo parentur.

14. *Caput autem est.*] Præcipuum munus, primaria cura esse debet. Læl. c. xiii. 3. “Caput esse ad beate vivendum securitatem.”

15. *C. Pontius.*] C. Pontius Herennius, Samnitium imperator, qui Romanos ad furcas Caudinas sub jugum misit, ipse postea captus, in triumpho ductus et securi percussus a Q. Fabio Maximo Gurgite. Vide Liv. lib. ix. 2. Hæc vero dixit Pontius, cum M. Curius aurum a Samnitibus sibi oblatum respuit.

16. *Næ illi multa sæcula exspectanda.*] Multa utique sæcula (ætates hominum, quæ

xxx. circiter annis constant) Pontio exspectanda suisse dicit, si ea demum ætate vivere voluisse, qua Romani dona accipere cœpissent. A Pontii vero morte, quæ incidit in a. 462. ad Hirtium et Pansam coss. (a. 710.) ante quem annum hæc Cicero scripsit, sunt anni ccxlvii. Sed jam ante annos cv. prima de repetundis lex lata est: (vid. n. 17.) super sunt igitur vix anni cxlii. qui inter Pontium et illam latam interfuerunt.

*Modo enim.*] Ab annis non ita multis, centum circiter ac paucioribus. Quemadmodum hic modo, ita alibi *mox, nuper, proxime*, de tempore non admodum brevi sunt accipienda. Vid. Oudendorpius ad Sueton. Aug. c. 7. princ.

potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit. Nondum centum et decem anni sunt,<sup>17</sup> cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, et proximæ quæque duriores: tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum: tanta, sublatis legibus et judiciis, expilatio direptioque sociorum, ut imbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus.

XXII. Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abstinentis. Quid ni laudet? sed in illo

*Si quidem in illo tantum fuit.]* Glossatoris est vox roboris. Sententia est, *si quidem in illo*, quod Pontius tum vixit, *tantum fuit*, ut in ea re populi R. imperium verteretur. Cic. Epist. ii. 8. “In eo mihi sunt omnia.” Lib. vi. ep. 10. “Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur.” Curt. vii. 7. 27. “Quantum in uno te sit, scio.”

17. *Nondum centum et decem.]* L. Calpurnii Pisonis Fruigi tribunatus incidit in a. 604. Cicero hæc scripsit a. 709. Ergo vix anni cv. interfuerunt. Lex ejus de pecuniis repetundis ab auctore *Lex Calpurnia* dicta est.

*Italicum bellum.]* Quod et sociale dicitur: de quo Flor. lib. iii. c. 8. Liv. Epit. 71. Id excitatum esse ab iis significat, qui repetundaruni judicia metucent. ii. 13. 12. Omnibus igitur modis nitebantur senatores a. 662, ut per M. Drusum, tribunum pl. ab equiti-

bus ad se transferrent judicia. Is ut socios Latinos sibi adjungeret, caussamque senatus suscepit majoribus viribus tueretur contra equestrum ordinem, socios spe civitatis erexit.

*Sublatis legibus.]* Sullæ pri-  
mum, tum Julii Cæsaris di-  
statura.

*Imbecillitate aliorum.]* Quia nemo est, qui Romanos vincere audeat, qui nunc quidem facile vinci possent.

XXII. 1. *Africanum.]* Scipionem Africanum minorem, cui Panætius familiaris fuit, et in pluribus expeditionibus comes haesit.

*Abstinens.]* Quod continuerit manus ab alienis, nihil aliis eripuerit, munera non acceperit. Placet ex optimo librorum meorum *quod fuerat abstinentis*. Repudiaverunt hanc scripturam homines, quibus falso persuasum erat, post *quod* coniunctivum requiri. In Verr.

alia majora. Laus abstinentiae, non hominis est  
2 solum, sed etiam temporum illorum. Omni  
Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus  
Paullus tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut  
unius imperatoris præda finem attulerit tribu-  
torum : at hic nihil domum suam præter me-  
3 moriam nominis sempiternam detulit. Imita-  
tus patrem Africanus, nihilo locupletior Car-  
4 thagine everfa. Quid? qui ejus collega fuit in  
censura, L. Mummius, numquid copiosior, cum  
copiosissimam urbem funditus fustulisset? Ita-

iv. 17. "Non tibi objicio,  
quod hominem, dignissimum  
tuis moribus, spoliasti." Vid.

iii. 21. 4.

*Non hominis est solum, sed  
etiam temporum.]* Sic in Verr.

i. 21. "Ita enim tum æqua-  
biliter omnes erant hujusmodi,  
ut haec laus eximiae virtutis et  
innocentiae non solum homini-  
num, verum etiam temporum  
illorum esse videatur." Pau-  
cioribus verbis defungitur in-  
fra iii. 31. 2. "Ista laus non  
est hominis, sed temporum."  
Temporibus illis omnes erant  
abstinentes, nec aliena quis-  
quam corripiebat. Non pro-  
pria igitur Africani haec laus  
fuit, sed communis cum omni-  
bus, quos illa ætas tulit.

2. *Macedonum gaza.]* Quam  
describit Plutarchus in Æmilio  
Paullo p. 272. Vellei. Pat.  
lib. i. c. 9. Bis millies centies  
HS. ærario eo triumpho collat-  
tum scribit, id est, centies et  
quinquies centena millia flo-  
renorum, vel, ut vulgus loqui-

tur, *decem milliones et quingenta  
millia florenorum*, vel paullo  
minus.

*Paullus.]* L. Æmilius Paul-  
lus, Africani minoris pater na-  
turalis.

*Finem attulerit tributorum.]*  
Plutarchus in Æmilio Paullo  
p. 275. Tantum pecuniæ in  
ærarium intulit, ut populus  
usque ad Hirtii et Pansæ con-  
sulatum tributum conferre ne-  
cessè non habuerit. Cicero  
vero haec scripsit proximo ante  
eorum consulatum anno.

3. *Patrem.]* Patrem natura-  
lem, Paullum.

*Nihili locupletior.]* Qui nulla  
re locupletior fuit, postquam  
Carthaginem evertit.

4. *L. Mummius.]* Qui con-  
ful, vietiis Achæis, Corinthum  
evertit. Vid. i. 11. 5. Vellei.  
Pat. lib. i. c. 13.

*Copiosissimam urbem.]* Co-  
rinthum, Græciælumen, auro,  
argento, ære refertam.

*Italijs ornare.]* Signis, ta-  
bulis, vasis pretiosis.

liam ornare, quam domum suam, maluit: quam-  
quam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur  
ornatior.<sup>5</sup> Nullum igitur vitium tætrius est (ut 5  
eo, unde egressa est, referat se oratio) quam  
avaritia, præsertim in principibus rem publi-  
cam gubernantibus. Habere enim quæstui rem 6  
publicam non modo turpe est, sed sceleratum  
etiam et nefarium. Itaque quod Apollo Pythius<sup>7</sup>  
oraculo edidit, Spartam nulla re, nisi avaritia  
perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis,  
sed etiam omnibus opulentis populis prædixisse.  
Nulla autem re conciliare facilius benivolentia-<sup>8</sup>  
tiam multitudinis possunt ii, qui rei publicæ  
præfunt, quam abstinentia et continentia. Qui<sup>9</sup>

5. *Unde egressa est.*] Cic. Bruto c. 21. "Ut egredieretur a proposito ornandi caussa." Quintilian. ii. 4. 15. "Sed ut eo revertar, unde sum egressus." iv. 3. 12. "Hanc partem ταρπίδεως Græci vocant, Latini egressum, vel egressionem."

6. *Habere enim quæstui rem publicam.*] Rei publicæ procuratione locupletari, publica in suam utilitatem convertere. Prisci Romani, honore contenti, de republ. nihil capiebant, nec reipubl. magis vexti galibus, quam suis, se fuosque atabant. Gratuitam tum quisque reipubl. operam præstabat, mercenariamque hanc, quam solam hodie novimus, ingenuis hominibus indignam putabat.

7. *Quod Apollo Pythius oraculo edidit.*] Oraculum est, non tantum responsum divinum,

sed etiam locus, unde responsa dantur. Unde oraculo edi vox dicitur, quæ ex templo emittitur. Cicero ad Brut. epist. 2. extr. "Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta." Liv. lib. xxix. 10. "Responsum oraculo editum." Curt. lib. iii. 1. 16. "Editam esse oraculo fortē." Vellei. Pat. lib. i. 10. 4. "Quæ vox, veluti oraculo emissæ." Sortem illam, quam Apollo ediderat Alcameni et Theopompo regibus, his verbis adfert Scholia. Aristoph. Αφιλοχεηματία. Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. Cicero, nisi fallor, Latino versu expressam acceperat tali:

*Sparte nulla re, nisi avaritia,  
peritura est.*

Numeros igitur poëticos etiam in oratione obliqua servavit.

8. *Abstinentia et continentia.*] Hæ virtutes contrariae omnino

vero populares se esse volunt, ob eamque causam aut agrariam rem tentant, ut possesseores suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant: ii labefactant fundamenta rei publicæ; concordiam primum, quæ esse non potest, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ: deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet.

10 Id enim est proprium (ut supra dixi) civitatis atque urbis, ut sit libera et non sollicita suæ rei 11 cujusque custodia. Atque in hac pernicie rei publicæ ne illam quidem consequuntur, quam 12 putant, gratiam. Nam cui res erepta est, est inimicus: cui data, etiam dissimulat, se accipere voluisse: et maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse 13 solvendo. At vero ille, qui accipit injuriam, et

sunt avaritiæ. *Abstinentia* est a rebus alienis, *continentia* a suis. Ubi licet uti rebus tuis, sed tam moderate uteris, *continens* es: *abstinens* vero, si non attigeris res alienas, et si id fieri per te possit impune.

9. *Qui vero populares se esse volunt.*] Hoc priscis, et maxime Ciceroni familiare est. *Supra* xx. 7. “*Gratum se videri studet.*” i. 19. 11. “*Principemque se esse mavult, quam videri.*” xxxi. 9. “*Affabilem et jucundum se esse volebat.*” *Infra* iii. 4. 4. “*Qui bonos se viros haberi volunt.*” xvii. 9. “*Quæ vult illa quidem videri, se esse prudentiam.*”

*Agrariam rem tentant.*] Leges

agrarias ferre conantur, ut agri, quos alii possederunt, his erexit plebi dividantur.

*Pecunias creditas.*] *Vide c. 23. extr.*

10. *Ut supra dixi.*] *Cap. xxi. 8.*

*Et non sollicita.*] *Et non, pro nec, observatum ad lib. i. 2. 6.*

*Suæ rei cujusque.*] i. 7. 4.

11. *In hac pernicie.*] Cum hanc rem in reip. perniciem tentent, cum reipubl. ea plurimum noceant.

12. *Cui res erepta.*] Cui sua erepta sunt. *Res de omni possessionum genere dicitur.*

*In pecuniis creditis.*] Quæ novis tabulis condonantur.

13. *Et meminit.*] *Memoriam*

meminit, et præ se fert dolorem suum : nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus injuste ademtum est, idcirco plus etiam valent. Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. Quam autem habet æquita- 14 tem, ut agrum multis annis, aut etiam sæculis, ante possessum, qui nullum habuit, habeat : qui autem habuit, amittat ?

XXIII. Ac propter hoc injuriæ genus La- 1 cedæmonii Lysandrum ephorum expulerunt ; Agin regem, quod numquam antea apud eos acciderat, necaverunt. Exque eo tempore tantæ 2

injuriæ retinet; etiam si videatur æquo animo ferre.

*Et præ se fert.]* Quin etiam aliquando non dissimulat dolorem, sed eum vultu et verbis prodit.

*Nec, si plures sunt.]* Et licet plures sint, ideo tamen non plus etiam valent.

*Non enim numero hæc judicantur.]* In his rebus non multitudo eorum, qui amici sunt, vel inimici, consideranda est, sed causâ benvolentiae odiive. Contra Plin. lib. ii. epist. xii. 5. “ Numerantur enim sententiæ, non ponderantur.”

14. *Ut agrum habeat.]* Pro agrum habere. Nec tamen hoc minus est usitatum. Læl. c. 16. “ Nec enim illa prima [sententia] vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.” Eod. i. “ Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis.”

*Sæculis.]* Hominum ætati- bus, xxi. 16.

XXIII. 1. *Propter hoc injuriæ genus.]* Propter tentatam bonorum æquationem et condonatas debitoribus pecunias creditas.

*Lysandrum.]* Non Aristocli filium, cuius vitam Cornelius Nepos et Plutarchus separatim narrarunt, qui non fuit ephorus: sed Lysandrum Libyos filium, illo toto fere sæculo posteriore, Agidis æqualem. Plutarchus in Agide.

*Agin regem.]* Qui, Lysandro ephoro constituto, eoque adjutore, possessiones æquare, et agros tenuioribus dividere voluit; oppressus vero ab adversaria factione, et in vincula conjectus a nonnullis ibi perisse traditur; Lysander in exsilio ejactus est. Vide Plutarchum. Pausanias vero historicus Agin ad Mantineam pugnantem ab hostibus interfictum scribit.

2. *Exque.]* i. 34. 2. *Exque his :* ubi plura. Sic paullo post eumque, n. 5.

discordiæ secutæ sunt, ut et tyranni exsisterent, et optimates exterminarentur, et præclarissime 3 constituta res publica dilaberetur. Nec vero ipsa solum cecidit, sed etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum, quæ a Lace- 4 dæmoniis profectæ manarunt latius. Quid? nostros Gracchos, Ti. Gracchi, summi viri, filios, Africani nepotes, nonne agrariæ contenciones 5 perdiderunt? At vero Aratus Sicyonius jure laudatur, qui, cum ejus civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est po-

*Tyranni exsisterent.]* Machanidas et Nabis.

*Optimates.]* Cum ephoris nobilissimi. *Exterminare non est occidere et tollere, sed e civitate ejicere.*

*Dilaberetur.]* Mansit tamen postea etiam aliqua pristinæ reip. species vel umbra. Vide quæ dixi ad Cornel. Nepot. præf. n. 5. p. 3.

*3. Contagionibus.]* Dum in reliquis Græciæ civitatibus, exemplum Lacedæmoniorum secutis, reip. fundamenta par modo labefactata, idque venenum toti genti infusum est.

*Profectæ manarunt.]* Non minus eleganter *contagiones proficiisci* alicunde dicuntur, quam ep. ix. 14. extr. “*Viros, a quibus initium libertatis profectum est.*” Nec valde dissimile est, quod de Div. ii. 44. pr. “*Contagio ex infinito pæne intervallo pertinere ad lumen,*” dicitur.

*4. Gracchos.]* Vide c. 12. extr. et xxi. 4.

*5. Aratus Sicyonius.]* Dux Achæorum, qui patriam Sicyonem, Peloponnesi urbem, a tyrannis oppressam et male habitam, in libertatem restituit. Plutarchus ejus vitam scripsit. Floruit circa initium belli Punici ii. periit veneno Philippi junioris Macedonis. Ne confundatur cum Arato Cilice, poëta, scriptore Phænomenorum, quæ Cicero et Germanicus Cæsar Latine verterrunt. Hic ætate prior fuit, et floruit sub Antigono Gonata, Philippi patre.

*A tyrannis.]* Ab Abantida, Pasea illius patre, et Nicocle, quem tandem Aratus opprescit et in exsilio egit.

*Argis.]* Ubi, amissò patre Clinia, quem Abantides interemerat, a paternis hospitiis educatus fuerat.

*Clandestino introitu.]* Cum

titus. Cumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam 6 animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos, quos ipse restituerat, quorun bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, et quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis æquum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur sine injuria: judicavit, neque illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset, opus esse ad 7 eam rem constitueram pecunia, Alexandriam se proficiisci dixit, remque integrum ad redditum suum jussit esse: isque celeriter ad Ptolemæum, suum hospitem, venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum exposu- 8

scalis noctu admotis mœnia transcendisset, et cum paucis in urbem introiisset.

6. *Neque illis.]* Præsentibus possessoribus.

*Neque his.]* Ne intelligas, qui illas possessiones sine injuria tenebant: sunt potius, qui possessionibus injuste ejectedi fuerant, sed ab aliis.

7. *Statuisset.]* Cum certissimum esse intellexisset, ad res perturbatas restituendas opus esse pecunia.

*Alexandriam se proficiisci.]* Sæpe præsens infinitivi, loco

futuri temporis adhibetur. Epist. ix. 2. "Proficiisci ad te statim dixit." Lib. i. ep. 7. haud procul a fine: "Quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur." Vide Vechneri Hellenol. i. 2. 14. extr.

*Ad Ptolemæum.]* Philadelphum, ejus filium, qui primus post Alexandrum in Ægypto regnaverat.

*Regnabat alter.]* Scilicet Alexandriae, quam Alexander quidem condiderat, sed conditam non viderat.

isset, patriam se liberare velle, caussamque docuisset, a rege opulento vir summus facile immo petravit, ut grandi pecunia adjuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus caussas cognovit et eorum, qui aliena tenebant, et eorum, qui sua amiserant: perfecitque aestimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent: aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes concordia constituta sine querela discederent. O virum magnum, dig-

*8. Patriam se liberare velle.]* At jam liberarat, tyranno expulso. Nondum vero concordiam restituerat, cum exsules vi recuperare vellent, quae amiserant, et, ne res ad tyrannidem rediret, metuendum esset. Deinde nec liberam suæ rei possessionem cuique restituerat, nec ære alieno civitatem exsolverat. Hoc vero saepe etiam dicitur *liberare*. Vide lib. xv. ep. 4. pr.

*Caussam docuisset.]* Non do-  
suit caussam Ptolemæum, cur  
vellet patriam suam liberare;  
sed ostendit, quantum negotii  
sibi conficiendum esset, si utri-  
que satisfacere vellet, et exsul-  
libus, et bonorum, quæ hi amiserant, possessoribus. *Caussa*  
pro eo sumitur, quod ad aliquem  
propriæ pertinet. Hoc sensu subjicitur *rei* ita, ut *res*  
totum negotium significet,  
*caussa* vero illam negotii par-  
tem, quæ proxime nos attin-

git. Epist. i. 5. 5. "De Ale-  
xandrina re, caussaque regia."

*Grandi pecunia.]* Talentis cl. (Plutarch. p. 1033.) quæ centum quinquaginta circiter florenorum sunt millia. Ea nostra aestimatione non ita grandis summa videtur: priscis autem illis temporibus longe minora erant possessionum pre-  
tia.

*9. Aestimandis possessionibus.]*  
Aestimatione possessionum.  
Vid. ad lib. i. 2. 4.

*Aliis, ut pecuniam.]* Præsen-  
tibus possessoribus.

*Aliis, ut commodius.]* Exsuli-  
bus.

*Quod tanti esset.]* Accipere  
pretium possessionum, quo æ-  
stimatæ fuerant a quindecim-  
viris.

*Suum recuperare.]* In posse-  
ssionem paternorum prædiorum  
restitu.

*Sine querela discederent.]* Ut  
sibi jus suum obtinuisse a judi-

numque, qui in nostra re publica natus esset! Sic par est agere cum civibus, non (ut bis jam vidimus) hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere præconis. At ille Græcus, id 11 quod fuit sapientis et præstantis viri, omnibus consulendum putavit. Eaque est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem contine. Habitent gratis in alieno? Quid ita? 12 Ut, cum ego emerim, aedificarim, tuear, impendam, tu, mea invito, fruare meo? Quid est aliud, aliis sua eripere, aliis dare aliena? Tabulæ 13 vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum: eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?

XXIV. Quam ob rem ne sit æs alienum, quod rei publicæ noceat, providendum est; quod multis rationibus caveri potest: non, si

cibus viderentur, lætique essent eventu illius judicii.

10. *Ut bis jam vidimus.]* Quod primum Sulla, deinde Cæsare dictatore factum vidi.

*Hastam in foro ponere.]* Bona civium plus licitantibus vendere. Vid. ad c. viii. 12.

11. *Commoda civium non divellere.]* Omnium utilitati pariter consulcre: non, una civium parte neglecta, alteram tueri. Vid. supra xii. 2.

*Quid ita?] Quam ob causam? est arguentis et accusantis.*

*Tuear, impendam.]* Sarta testa aedificia conservem, in cultum eorum multa impendam.

*Quid est aliud.] Annon hoc est aliis sua eripere, aliis dare aliena? Supple, si hoc non est? Vide ad Philippic. ii. 4. infra lib. iii. 13. 4.*

13. *Tabulæ vero novæ.]* Quibus publica auctoritate debita abolenuntur, et pecuniæ creditæ debitoribus ex aliqua parte condonantur. Novæ dicuntur, quod priores abolenuntur.

*Quid habent argumenti?] Quid sibi volunt aliud?*

*Mea pecunia.]* Quam ego tibi credidi, tu numquam reddis, atque ita meo damno locupletaris.

XXIV. 1. *Non, si fuerit, ut locupletes.]* Est (sc. facultas,

fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores  
 lucentur alienum. Nec enim ulla res vehe-  
 mentius rem publicam continet, quam fides:  
 quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solu-  
 tio rerum creditarum. Numquam vehementius  
 actum est, quam me consule, ne solveretur.  
 Armis et castris tentata res est ab omni genere  
 hominum et ordine: quibus ita restiti, ut hoc  
 tantum malum de re publica tolleretur. Num-  
 quam nec majus æs alienum fuit; nec melius,  
 nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim  
 spe sublata, solvendi necessitas consecuta est.  
 At vero hic nunc viator, tum quidem victus,

*ut significat accidit, evenit, fieri  
 potest.* Horat. Od. iii. 1. 9.

*Est, ut viro vir latius ordi-  
 net*

*Arbusa fulcis.*

Ipsum Ciceronem ita fere lo-  
 cutum supra observavi ad cap.  
 viii. 20. “Hæc enim est una  
 res prorsus, ut non multum  
 differat inter.” Explica igitur  
 nostro loco: Non autem caveri  
 potest, ne sit æs alienum, quod  
 reip. noceat, si ita ratio ineatur,  
 ut locupletes suum perdant,  
 cet. Ita de Or. ii. 69. “Me  
 quidem hercule valde illa mo-  
 vent stomachosa et quasi sub-  
 morosa ridicula: non, cum a mo-  
 roso dicuntur.” Ibi verba  
 postrema sic interpretor: *sed*  
 non illa movent, cum a mo-  
 roso dicuntur. Elegantem et  
 optimis usitatissimam particu-  
 læ adversativæ omissionem  
 multis exemplis illustrant San-  
 tius in Minerva iv. 7. p. 702.  
 et Drakenb. ad Liv. i. 25. 3.

3. *Me consule.]* Primum a  
 tribunis plebis, præsertim a P.  
 Servilio Rullo, novas tabulas  
 et leges agrarias proponenti-  
 bus; tum et ab aliis, qui cum  
 Catilina vel conjuraverant, vel,  
 fortuna illi adspirante, societa-  
 tem coituri erant.

5. *Hic nunc viator, tum qui-  
 dem vietus.]* Cæsar, cui mortuo  
 etiam nunc parebat civitas  
 tamquam viatori. Vid. c. vii.

4. *Nunc viator intelligi potest,*  
 ut ante malorum apud Virgil. v.  
 Æn. 202. Vide Vechneri Hel-  
 lenol. lib. i. part. ii. 12. pag.  
 229. Catilinaria conjuratione  
 a Cicerone detecta et oppressa,  
 Cæsar quoque se viatum senser-  
 at, qui a multis ejus particeps  
 fuisset credebatur, quiique, quod  
 maximo ære alieno laborave-  
 rat, novis rebus semper studuer-  
 at, T. etiam Atium Labie-  
 num accusatorem C. Rabirio  
 subornaverat, quo judicio hoc  
 omnino agebat, ut omnes se-

quæ cogitarat, ea perfecit, cum ejus jam nihil interesset.<sup>5</sup> Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare, etiam si caussa non esset. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt ii, qui rem publicam tuebuntur; in primisque operam dabunt, ut juris et iudiciorum æquitate suum quisque teneat: et neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur, neque locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperanda obsit invidia: præterea quibuscumque rebus vel belli, vel domi poterunt, rem publicam augeant imperio, agris, vœtigalibus. Hæc magnorum hominum sunt: hæc apud majores nostros factata: hæc genera officiorum qui persequuntur, cum summa utilitate rei publicæ magnam ipsi adipiscuntur et gratiam, et gloriam. In his autem utilitatum præceptis Antipater Tyrius,

natus actiones convelleret, imperium consulare tolleret.

*Quæ cogitarat, ea perfecit.]* Ut aestimatione possessionum creditores quarta parte crediti fraudarentur, lege statim defenore lata a. 704. quo primum dictaturam gescit.

*Cum ejus jam nihil interesset.]* Devicta enim Gallia, superato que deinde Pompeio, jam pri dem egere desierat, omniaque in sua potestate habuerat. Si vero ante istum Galliæ pro consulatum a creditoribus suis novis tabulis liberari potuisset, maximis se difficultatibus expedivisset.

*Tanta in eo peccandi libido.]*

Hoc satis invidiose dictum, Cæsarem peccare solitum, etiamsi peccandi caussam non habuisset. Hic enim summus furor esse solet. Ipse quidem probabiles sui consilii caussas adfert lib. iii. Civil. c. 1. Vide et Appian. Alex. lib. ii. Civil. p. 751.

*6. Quibuscumque rebus.]* Quacumque ratione potuerunt.

*Vel belli.]* Pro Plancio c. 33. “Qui belli, qui domi de patria bene merentes?” Supra c. v. 1. “Neminem neque ducem belli, nec principem domi.”

*7. Magnam ipsi.]* Verum puto *Magnam sibi.*

*8. Antipater Tyrius.]* Qui æ-

Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus, duo præterita censet esse a Panætio, valetudinis curationem, et pecuniæ. Quas res a summo philosopho præteritas arbitror, quod essent faciles : 9 sunt certe utiles. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis ; et observatione, quæ res aut prodeſſe ſolcant, aut obeffe ; et continentia in vietu omni atque cultu, corporis tuendi cauſſa : et prætermittendis voluptatibus ; poſtremo arte eorum, quorum ad ſcientiam hæc pertinent. 10 Res autem familiaris quæri debet iis rebus, a quibus abeft turpitudo : conſervari autem dili- gentia, et parsimonia : iisdem etiam rebus au- 11 geri. Has res commodiſſime Xenophon Socrati- cus perſecutus eſt in eo libro, qui *Œconomicus* inſcribitur : quem nos iſta fere ætate cum eſſemus, qua es tu nunc, [e Græco] in Latinum convertimus.

qualis Catoni Uticensi, et in ejus contubernio aliquamdiu fuīt. Alius eſt *Antipater Sidonius*, poëta : alius *Antipater Tarſensis*, de quo infra iii. 12. 5.

9. *Sed valetudo.*] Ut autem fæpe continuat orationem (vid. i. 22. 10.) ita et ſed.

Et *observatione, quæ res.*] Verbalis nomini verbi conſtru- ctio data, quaſi dixiſſet, obſer- vando, vel dum obſervantur, quæ res aut prodeſſe ſolcant, aut obeffe. C. vi. 12. " Spe ſibi id utile futurum." Ita ſupra i. 13. 3. " Aſtrictos jure jurando, fe- redituros eſſe." De Or. ii. 83. " Tum promiſſio, ſi audierint, probaturos."

*Et prætermittendis voluptati- bus.] Non placet ad hæc itera- re ex superioribus continentia in.* Valetudo sustentatur præ- termittendis iis rebus, quæ vo- luptatis tantum cauſſa ſine ra- tione expetuntur.

*Arte eorum.] Medicorum,* quos domi ſuę pleiique Ro- manorum principes habebant. Plures enim medici tum servi- erant.

10. *A quibus abeft turpitudo.*] Non ſordidis, non turpibus ar- tibus. Vid. lib. i. c. 26. extr. et cap. 42.

11. *Xenophon Socratiſcus.*] So- cratiſis auditor, cujus *œconomicus* liber ad nos pervenit.

**XXV.** Sed utilitatum comparatio, quoniam <sup>1</sup> hic locus erat quartus, a Panætio prætermisſus, ſæpe eſt neceſſaria. Nam et corporis commoda <sup>2</sup> cum externis, et externa cum corporis, et ipſa inter ſe corporis, et externa cum externis com- parari ſolent. Cum externis, corporis, hoc mo- <sup>3</sup> do comparantur: valere ut malis, quam dives eſſe. Cum corporis, externa hoc modo: dives eſſe potius, quam maximis corporis viribus. Ipſa inter ſe corporis ſic: ut bona valetudo vo- luptati anteponatur, vires celeritati. Extero- <sup>4</sup> rum autem, ut gloria divitiis, veſtigalia urbana

*Qua es tu nunc.]* Annum fi- lius tum agebat **xxi.** Vid. lib. i. cap. 1. pr.

*E Græco.]* Hæc verba ac- ceſſiſe videntur a magistro, qui ſe operæ pretium facturum putabat, ſi leſtores Ciceronis ignorare non ſineret, Xenophontem Græce ſcripſiſſe.

*In Latinum.]* Sermonem, quod Cicero maluit, quam lingua, quod nos hodie fere ſolum no- vimus.

**XXV. 1. Utilitatum compa- ratio.]** Rerum utilium, duarum vel plurium, inter ſe compa- ratio.

*Quartus, a Panætio præter- missus.]* Hoc non ita accipien- dum eſt, ac ſi Panætius tres priores locos ſimul cum hoc prætermiferit: ſed hic locus eſt quartus, de quo Cicero ſibi dicendum proposuit, quem ve- ro Panætius non attigit. Vide lib. i. c. 3. extr.

**2. Cum externis.]** Quæ for- tunæ bona nos quidem dici- mus.

**3. Dives eſſe potius.]** Ut dives

eſſe potius velis, quod verbum ex malis ſubaudiendum eſt. Ita ex noli ſubintelligitur velis, epift. xii. 30. “Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere.” Infra iii. 2. 11. “Negant—prætermiſſum, ſed [aiunt] conſulto relictum.”

*Maximis corporis viribus:]* Si- milis videtur compositio, dives potius, quam maximis viribus il- lius i. 26. 8. “Maximas geri- res et maximi animi,” vel iſti variationi epift. vii. 22. “Bene potus ſeroque redieram.”

**4. Externorum autem.]** Di- cendum erat externa autem: ſubintelligitur vero e numero: quaſi dicat, ut gloria e numero extēnorū divitiis antepona- tur.

*Vestigalia urbana.]* Reditus ex poſſeſſionib⁹ urbanis, qui ubcior et certior erat, quam ex ruſticis. Hoc noverat Atticus, qui, ut ſcribit Cornel. Nep. in ejus vita c. 14. extr. “Nullos habuit hortos, nullam ſuburbanam aut mariti- mam ſumtuofam villam, ne-

5 rusticis. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis: a quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, ‘Bene pascere.’ ‘Quid secundum?’ ‘Satis bene pascere.’ ‘Quid tertium?’ ‘Male pascere.’ ‘Quid quartum?’ ‘Arare.’ Et, cum ille, qui quæsierat, dixisset, ‘Quid fenerari? Tum Cato, 6 ‘Quid hominem, [inquit,] occidere?’ Ex quo,

que in Italia, præter Ardeatium et Nomentanum, rusticum prædium: *cujusque* omnis pecuniæ redditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus.”

5. *Illud est Catonis.]* Columell. lib. vi. præf. “In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima. Propter quod nomina quoque et pecuniæ et peculii tracta videntur a pecore: quoniam id solum veteres posse fuderunt. Et adhuc apud quafdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus; et nunc apud nostros quidem colonos alia res uberior nulla est. Ut etiam M. Cato credidit, qui consulenti, quam partem rei rusticæ exercendo celeriter locupletari possit, respondit, si bene pasceret; rursusque interroganti, quid deinde faciendo satis uberes fructus percepturus esset, adfirmavit, si mediocriter pasceret. Ceterum de tam sapiente viro piget dicere, quod eum quidam auctores memorant eidem quærenti, quodnam tertium in agricultura quæstuosum esset, adseverasse, si quis vel male pasceret.” Plin. lib. xviii. c. 5.

“Cato interrogatus, quis esset certissimus quæstus, respondit, si bene pascas: quis proximus, si mediocriter pascas.” Catonis responsio similis est illi Demosthenis, quem, ut est apud Cicer. in Bruto c. 38. quærenti, “Quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem, et idem tertium, respondisse ferunt.”

*Bene pascere.]* Cato non pastoris industriam, sed sufficiētem pecori pascuorum ubertatem requisivisse videtur.

*Satis bene.]* Hoc Columellæ et Plinio est mediocriter. Vide lib. iii. c. 14. pr.

*Male pascere.]* Exiguum pecoris numerum in macro agello alere.

*Arare.]* Agri ergo culturam pastione minus fructuosam putavit. Pluribus enim cœli et tempestatum injuriis subjacet, quas vitare nulla prudentia potest.

*Quid hominem, inquit, occidere.]* Non negat, fenerari rem esse quæstuosam: sed eam non magis justam esse censet, quam latrocinium. Non quodque tamen fenus, sed illud tantum vitæ genus damnasse videtur, cui unus ex fenore quæstus

et multis aliis, intelligi debet, utilitatum comparationes fieri solere, recteque hoc adjunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis viris ad Jauum medium sedentibus, quam ab ulla philosophis in schola disputatur. Sunt tamen ea cognoscenda. Pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.

est. Id enim turpe senatori Rom. et odiosum erat. i. 42. 2.

7. *Etiam de utenda.]* Parum noverit homines augendæ rei familiari unice intentos, si quis non animadvertisit, quam crebro sermonibus suis, quos de re pecuniaria plerumque instituunt, salutaria pecuniæ utendæ præcepta admiscent. Plautus quidem in Curcul. iii. 10. Lyconem danistam sic inducit philosophantem:

*Qui homo mature quæsivit pecuniam,*

*Nisi eam mature parvit, mature esurit.*

*Optimis viris.]* Proprie hæc accipienda esse, viri docti volunt. Quamvis vero sciām, dīvites homines ac feneratores, quod a perditorum civium consiliis abhorrentes plerumque cum bonis sentiant, *bonos viros* interdum dici: tamen a me nullo modo impetrare possum, ut credam, sine *signariis* a Cicerone *optimos viros* dici potuisse danistas, quos supra i. 42. 2. genus hominum invi-

sum esse fatebatur, et quos hoc ipso loco non sine μυητηρισμῷ ad Janum medium sedentes appellat. Feneratores igitur optimos viros dixit non alia significatione, quam qua T. Rosciū, pessimum hominem, pro Rosc. Amer. 8. et 36. *optimum virum* dixerat.

*Ad Janum medium.]* Jani dīcuntur transitiones perviae. In foro Romano, porticibus tabernisque clauso, platearum aditus tribus Janis, arcuum triumphalium instar, sive portarum splendide ornatarum, per vii patebant. Hinc "Janus summus, medius, imus." Ad hos, *medium* præsertim, mercatores et fencratores fedebant. Horat. Sat. ii. 3. 18.

— *Postquam omnis res mea*

*Janum*

*Ad medium fratera est.*

Idem lib. i. epist. 1.

*O cives, cives, quærenda pecunia primum est,*

*Virtus post numos: hæc Janus summus ad imum*

*Perdocet.*

M. TULLII CICERONIS  
D E O F F I C I I S  
AD  
MARCUM FILIUM  
LIBER TERTIUS.

---

1. **P**UBLIUM Scipionem, Marce fili, eum, qui  
primus Africanus appellatus fit, dicere solitum  
scripsit Cato, qui fuit fere ejus æqualis, ‘Num-  
quam se minus otiosum esse, quam cum otiosus:  
2 nec minus solum, quam cum solus esset.’ Ma-  
gnifica vero vox, et magno viro, ac sapiente  
digna: quæ declarat, illum et in otio de nego-  
tiis cogitare, et in solitudine secum loqui soli-  
tum; ut neque cessaret umquam, et interdum

1. 1. *Fere ejus æqualis.]* Nam  
aliquot annis eo posterior, ei-  
que consuli quæstor fuit. Et si  
vero tota vita ab eo dissensit,  
tamen et in adversario, quæ  
præclara sunt, laudavit.

*Numquam se minus otiosum.]*  
Ludit in ambiguo verbo, quod  
et vacuum a muneribus publi-  
cis, et a labore feriarum signi-  
ficat.

2. *Magnifica vero.]* Vero est  
certe.

*Ut neque cessaret umquam, et.]*  
Neque, et conjungi, observavi  
i. 21. 8. Paullo post n. 9. “Et  
otio fruor, nec eam solitudi-  
nem languere patior.”

*Cessaret.]* Otiosus esset, va-  
caret.

*Interdum.]* Numquam cessa-  
bar: interdum colloquio alte-

colloquio alterius non egeret. Ita duæ res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo. Vellem nobis hoc idem dicere liceret: sed si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. Nam et a re publica forensibusque negotiis armis impiis vique prohibiti, otium persequimur: et ob eam caussam, urbe relicta, rura peragrandes, saepe soli sumus. Sed nec hoc otium cum Africani otio, nec haec solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens a rei publicæ pulcherri- mis muneribus otium sibi sumebat aliquando, et a coetu hominum frequentiaque interdum, tamquam in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem otium negotii inopia, non requiescendi studio, constitutum est. Exstincto

rius non egebat. Natura enim patitur, hominem hominis colloquium aliquando non desiderare.

*Languorem afferunt.]* Torporem: quæ ad agendum pigros reddunt.

*4. Armis impiis.]* Antonii; qui tum militari præsidio septus in senatum venire solebat. Vid. Philipp. ii. 8. et 44. v. 7. Ex his vero perspicitur, hos libros extremo illo anno perpolitos fuisse, quo Antonius consul fuit, oratione Philippica secunda jam vulgata. Vid. lib. xvi. Attic. ep. 11.

*Otium persequimur.]* Tertius jam annus vertebatur, ex quo ad scribendos rhetoricos et philosophicos libros incubu-

erat. Hor. epod. i. 7. "Utrumne jussi persequemur otium?"

*Rura.]* Id est, prædia et villas suas, peragrabat, et in iis philosophiæ maxime vacabat.

*5. Nec hoc otium.]* Præsens hoc otium meum. Sic postea haec solitudo cum illa; id est, mea cum superiore illa Africani.

*Comparanda.]* Par putanda, ut conferendus dicitur i. 22. 7. et 13.

*6. A rei publicæ pulcherrimi muneribus.]* A functione munierum publicorum, ab administranda republ.

*Sumebat.]* Suo arbitratu, et ut commodum erat, non ut alii volebant.

*7. Constitutum est.]* Causa nostri otii est negotii inopia.

enim senatu deletisque judiciis, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? Ita qui in maxima celebritate, atque in oculis civium quondam viximus; nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et saepe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere; sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni: propterea et otio fruor, non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperisset otium civitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi adfert necessitas, non voluntas. Quamquam Africinus majorem laudem meo judicio assequebatur.

*Exstinctio senatu.]* Non de senatoribus bello exstinctis, sed de libertate senatui ademta loquitur, cum curia armatis ob sideretur ab Antonio.

*Judiciis deletis.]* Cum praetores, M. Brutus et Cassius ex urbe fugere coacti essent: quorum epistolas habemus apud Ciceronem lib. xi. inter primas.

*In foro.]* In judiciis, non in concione populi.

8. *Sceleratorum.]* Qui cædes minantur.

*Quibus omnia redundant.]* Magna veteranorum manu ab Antonio comparata, et perditis quibusque ad illam causam adjunctis.

9. *Ab hominibus doctis.]* Philosophis.

*Et otio — nec eam solitudinem.]* Vid. n. 2.

*Non illo quidem.]* Vide i. 27. 9.

*Quo debeat is.]* Gesnerus malebat quo debebat is. Hoc ad vernaculae, illud ad Romanæ linguæ morem proprius videtur accedere. De Or. ii. 26. “Quæ mihi videntur ii melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant.” Or. c. 51. “Quamquam orationis faciendæ et ornandæ auctores locupletissimi, summi ipsi oratores esse debeant.” Adde supra i. 9. 1.

10. *Majorem laudem assequebatur.]* Quod mentis in eo vigor erat major, cuius sola agitatione otium suum oblectabat, ut a solitudine abstraheretur.

*Vel meo judicio.]* Delevi par-

Nulla enim ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum, quas cogitando consequebatur, neque otiosum, nec solum umquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus. Itaque plura brevi tempore eversa, quam multis annis stante re publica, scripsimus.

II. Sed cum tota philosophia, mihi Cicero, frugifera et fructuosa, nec ulla pars ejus inculta ac deserta sit: tum nullus feracior in ea locus est, nec uberior, quam de officiis, a quibus constanter honesteque vivendi pracepta ducuntur. Quare quamquam a Cratippo nostro, principe hujus memoriae philosophorum, haec te assidue

ticulam vel, cuius vis a scopo Ciceronis aliena videtur. Non ille ex animi sententia. Scipioni majorem, quam sibi, laudem tribuit; sed, quod, arrogantiæ crimen vitans, se ipsum agnoscere callide dissimulat, id agit, ut alii judiceant, Africano se majorem laudem mereri.

11. Solitudinis munus.] Nihil quod in solitudine ab eo perfectum vel compositum fuerit.

12. Plura.] Nam et libros aliquot rhetoricos et plerosque philosophicos, post id tempus scripsit, quo respubl. Caesaris armis est oppressa.

II. 1. Frugifera et fructuosa.]

Laudatur ager, qui non solum frugifer est, sed et fructuosus, id est, ex quo redditus impensam superat. Vide Cat. de R. R. cap. i. 6. Hoc Cicero ad philosophiam transfert, ex qua non ita magna mercede fructus capiuntur uberrimi.

Feracior.] Hoc frugifero respondet, sicut uberior idem est, quod fructuosior. Locus est pars; vid. n. 10. 11. et 13.

2. A Cratippo nostro.] Familiari utrique nostrum. Lib. i. de Divin. c. 3. med. Cratippus quoque familiaris noster. De eo vide i. c. 1. pr.

Hujus memoriae.] Priseis illis parem dicere non audet, simili-

audire atque accipere confido : tamen condūcere arbitror, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare ; nec eas, si fieri possit, quidquam aliud audire. Quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tūm haud scio, an nemini potius, quam tibi. Sustines enim non parvam exspectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honosrum, non nullam fortasse nominis. Suscepisti onus præterea grave et Athenarum, et Cratippi : ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artiuin sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis auctoritatem, et magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (si

*limum tantum esse concedit lib. ii. c. 2. extr.*

*Audire atque accipere.] Audient omnes, quibus præcepta traduntur: sed non omnes accipiunt, sive, quod idem est, arripiunt. Vid. Cornel. Attic. cap. i. 3.*

*Undique.] Ab omnibus partibus.*

*Quidquam aliud audire.] Alia fortasse audierat a Gorgia, vīnolento rhetore, quem familiarem habuerat. Vid. epist. xvi. 21. 11.*

*3. Haud scio an nemini potius.] Nemini fortasse magis. i. 11. 1. Lib. i. ad Q. F. ep. i. 10. " Ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini."*

*4. Sustines enim non parvam exspectationem.] Magna de te spes est, fore ut imiteris indu-*

*striam paternam, honores adipiscaris et aliquam gloriam.*

*5. Suscepisti onus.] Onerant, quæ ei, cui adsunt, aliquam decori vel honesti observandi necessitatem imponunt, idque negligenti degenerem animum exprobrant. Ciceronis filio igitur oneri erant Athenarum urbs et Cratippus, id est, turpe ei futurum, inertiamque exprobaturum erat, nisi doctior ac melior inde rediisset. Nemo eum tantum præceptorem et urbem dedecorantem non odifset et reprehendisset. Hanc onoris significationem disces ex Plin. min. pluribus locis.*

*Ad mercaturam bonarum artium.] Ad mercandas bonas artes. Male de loco intelligunt, et ad nostras academias transferunt.*

*6. Si defendi labor est.] El., N 5*

descendi labor est potius, quam voluptas) tan-tum fac ut efficias: neve committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hæc haec tenus. Multa enim saepe<sup>7</sup> ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositæ divisionis revertamur. Panætius igitur, qui sine controversia de<sup>8</sup> officiis accuratissime disputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines et consultare de officio sole-rent, uno, cum dubitarent, honestumne id esset, de quo ageretur, an turpe: altero, utilene, an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet ho-nesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quo modo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dictu-rum, nec id exsolvit, quod promiserat. Quod<sup>9</sup>

sæptica loquendi ratio: plene dicendum suisset, si descendi la-bor omnino labor est. Cap. xxi.  
10. "Quæ major utilitas, quam regnandi, esse possit?" De Or. ii. 84. "Nec illud ter-tium [genus, quod est] lauda-tionum genus difficile est." Ibid. iii. 38. "Tertius ille [modus, qui est] modus trans-ferendi verbi late patet." Ad Divers. x. 3. 8. "Unus autem est, hoc præsertim tempore, per tot annos re publ. devexa-ta, rei p. bene gerendæ cursus ad gloriam." Interpretare: u-nus est cursus ad gloriam, qui cursus est rei p. bene gerendæ,

five, qui consistit in re p. bene gerenda.

*Fac ut efficias.]* Pleonasmus Ciceronianus, pro *effice*.

*Ut, cum omnia.]* Lege: *ut ne, cum omnia.* Exempli Græco-rum Romani geminandis, ne-gationibus interdum contenti-us negant. Vide supra i. 20. 1.

*Tute tibi.]* Tu ipse tibi de-fuisse.

*7. Propositæ.]* Ab initio pos-i-tæ, factæ.

*8. Panætius.]* Vide i. 26. 5.

*Tribus generibus propositis.]* Repete lib. i. c. 3. extr.

*Nec id exsolvit.]* Illud nec est, sed non, nec tamen. Eamdem

eo magis miror, quia scriptum a discipulo ejus Posidonio est, triginta annis vixisse Panætium,  
 10 postea quam eos libros edidisset. Quem locum  
 miror a Posidonio breviter esse tactum in qui-  
 busdam commentariis; præsertim cum scribat,  
 nullum esse locum in tota philosophia tam ne-  
 11 cessarium. Minime vero assentior iis, qui ne-  
 gant, eum locum a Panætio prætermissum, sed  
 consulto relictum, nec omnino scribendum fu-  
 isse: quia numquam posset utilitas cum hone-  
 12 state pugnare. De quo alterum potest habere  
 dubitationem, adhibendum fuerit hoc genus,  
 quod in divisione Panætii tertium est, an plane  
 omittendum: alterum dubitari non potest, quin  
 13 a Panætio susceptum sit, sed relictum. Nam

rem Cicero lib. xvi. epist. 11.  
 ad Atticum ita exponit: "Τὰ  
 τρεῖς τοῦ καθίκνοντος, quatenus  
 Panætius, absolvit duobus; il-  
 lius tres sunt. Sed cum initio  
 divisisset ita, tria genera exqui-  
 rendi officii esse; unum, cum  
 deliberemus, honestum an tur-  
 pe sit, alterum, utile an inuti-  
 le, tertium, cum hæc inter se  
 pugnare videantur, quomodo  
 judicandum sit: (qualis cauſſa  
 Reguli, redire honestum, ma-  
 nere utile) de duobus primis  
 præclare differuit, de tertio  
 pollicetur se deinceps; sed ni-  
 hil scripsit. Eum locum Posi-  
 donius persecutus: ego autem  
 et ejus librum arcessivi, et ad  
 Athenodorum Calvum scripsi,  
 ut ad me τὰ κεφάλαια mitte-  
 ret; quæ exspecto, quem ve-  
 lim cohortere, et roges, ut  
 quam primum. In eo est τρεῖς

τρεῖς κατὰ περίσσων καθίκνοντος."  
 9. Posidonio.] Vide i. 45. 2.  
 Libri veteres et hic et ubique  
 unanimi consensu in Posidonii  
 nomine duplēm sibilum ad-  
 mittunt. Est quidem Græcis  
 Παναετίους. Tamen prisci con-  
 sonantes, potissimum in pro-  
 priis nominibus, geminabant,  
 ut L in *Salustius*, *Salius*, N in  
*Seneca*.

11. *Prætermissum.*] Negli-  
 gentia vel oblivione, non con-  
 filio, quod alii volebant. Vid.  
 lib. i. c. iii. 9.

Sed consulto relictum.] Ex  
 verbo præcedenti negant sub-  
 intellige aiunt. Vid. ii. 25. 3.

12. *De quo.*] Quod ad id at-  
 tinet. Non alterum *de quo*, sed  
*de quibus* dicendum erat, si hæc  
 conjungi ita voluisset, ut *unus*  
*de multis*.

qui e divisione tripartita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. Præterea in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit eodem testis 14 locuples, Posidonius, qui etiam scribit in quādam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audierat, ut nemo pīctor esset inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoata reliquisset, absolveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, quæ Panætius prætermisisset [et non perfecisset] propter eorum, quæ perfecisset, præstantiam, neminem esse persecutum.

III. Quam ob rem de judicio Panætii dubi- 1 tari non potest: rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adjunxerit, an fecus, de eo fortasse disputari potest. Nam si 2

14. *Accedit eodem.*] Ad hæc accedit. Vid Vechneri Hellenolex. lib. i. part. ii. c. 12. p. 236.

*Testis locuples.*] Firmus et certus. Vide c. 27. pr.

: *P. Rutilium*] Vid. ii. 13.

12.

*Dicere solere.*] Rutilio superflite hæc epistola a Posidonio scripta esse potuit.

... *Coæ Veneris.*] Plin. lib. xxxv.

10. “Apelles etiam inchoav- 10.

rat Venerem Cors, superatu- ms etiam suam illam priorem. Invidit vero mors peracta parte, nec, qui succederet operi ad præscripta lincamenta, inven- tus est.”

*Oris pulchritudo.*] Vultus ini- mitabili arte pīetus.

*Imitandi.*] Ita pingendi, ut ori cetera responderent.

*Et non perfecisset.*] Assentiendum est iis, qui hæc verba repudiant.

III. 1. *De judicio Panætii.*] Quid de hac parte judicaverit. Certum enim est, ejus judicio hanc comparationem institui posse, ipsumque de ea dicere voluisse.

*Disputari potest.*] Disputare proprio est, sermonem de qua re habere, et sine contentione differere. Tamen interdum pro contendere, disceptare, in utramque partem differere, sive,

honestum, solum bonum est, ut Stoicis placet; sive quod honestum est, id ita summum bonum est, quem ad modum Peripateticis vestris videatur, ut omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin numquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque accepimus, Socratem <sup>3</sup> execrari solitum eos, qui, primum hæc natura <sup>4</sup> cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut et quidquid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile quidquam, quod non honestum. Quod si is esset

alterius vocabuli adjectione, usurpatur. Terent. Andr. prol.

<sup>15.</sup>

*Id iſti vituperant factum; atque in eo disputant,*

*Contaminari non decere fabulas.*

Cic. de Fin. ii. 4. “Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci.” Quintilian. i. 5. 34. “Quamquam circa hoc quoque disputatum est.”

2. *Ut Stoicis placet.]* Vide Paradox. i.

*Peripateticis vestris.]* Alii nos-  
tris. Ut infra iv. 15. Quæ Ciceronem caussa movere potuerit, ut Peripateticis se accenseret, non video. Supra ii. 2. extr. “Tamen hæc nostra, finitima vestris, ignota esse noui.” Longe alia ratio erat supra c. ii. 2. quum diceret a Cratippo nostro.

*Vix minimi momenti instar.]*

Cicero lib. v. Tusc. c. 17.

“Quam vim habet libra illa Critolai: qui cum in alteram

lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimit.” Lib. v. de Fin. c. 30. “Satis erit hoc præceptum, in quo adjutores Stoicos optimos habemus, tantam vim esse virtutis, ut omnia, si ex altera parte ponantur, ne appareant quidem.” Vid. infra c. viii. 3.

*Contendere.]* Comparari, præferri.

3. *Socratem.]* Lib. i. de Leg. c. 12. “Recte Socrates exterari eum solebat, qui primus utilitatem a natura se junxit. Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium.” Vide cap. vii. 6.

*Opinione distraxissent.]* Res esse diversas putarent.

4. *Ut et quidquid honestum.]* Particulam et eleganter sequitur nec. Vide c. i. n. 2.

5. *Si is esset.]* Si talis esset philosphus, ut vulgus loquitur, vel ex eorum philosopho-

Panætius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; ut ii, qui res expetendas vel voluptate, vel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum judicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnant specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione pejorem: non videtur ejus modi debuisse deliberationem introducere, in qua, quod utile videretur, cum eo, quod honestum est, compararetur. Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, fententiam, cum

sum numero. ii. 2. 11. "Non enim sumus ii, quorum vagatur animus errore."

*Efficiens utilitatis.*] C. 3. *efficiens voluptatis.* Pro Leg. Manil. c. 3. pr. appetentes gloriæ. Vide Vechneri Hellenolex. lib. i. part. ii. c. 18. p. 291.

*Indolentia.*] Doloris vacuitate, ἀναλγοσίᾳ: Vox a Cicerone facta: De Fin. ii. 3. seqq. ubi de hoc Hieronymi Rhodii summo bono disputat, ἀναλγοσίᾳ modo nihil dolere, modo doloris omnis amotionem, modo cum dolor omnis detractus est, modo cum dolore caremus, modo ut ita dicam indolentiam, modo sine ulla molestia vivere, modo doloris vacuitatem interpretatur.

7. *Convenienter naturæ.*] i. 26. extr.

*Cum virtute congruere.*] Convenienter naturæ vivere esse

nihil aliud, quam cum virtute congruere semper, cetera autem, quæ secundum naturam, rel. Similis fere constructionis exemplum habes c. v. 6. Stoicis τὸ ὄμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν idem erat, quod κατ' ἀρτίν ζῆν. Vide Diog. Laërt. lib. vii. f. 87. Ex eadem Stoicorum schola Cic. i. de Legib. c. 8. virtutis definitionem mutuatus est illam: "Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta et ad summam perduta natura;" et de Invent. ii. 53. "Virtus est animi habitus naturæ modo atque rationi consentaneus." Est ibi naturæ modus atque ratio nihil aliud, quam norma et præscriptum naturæ. Ita pro Quint. c. 7. "Existima, C. Aquilli, modo et ratione omnia Romæ Nævium fecisse."

virtute congruere semper: cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam, hanc comparationem non recte introductam, nec omnino de eo genere quidquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli umquam potest. In iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum, nullo modo, similitudines honesti esse possunt. Hæc enim omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant. Ea communia sunt, et late patent: quæ et ingenii bonitate multi assequuntur, et progressionē discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, et, ut iidem dicunt, omnes numeros

*Quæ secundum naturam essent.]*  
Ut valetudo, sensuum integritas, robur, divitiae, gloria. Hæc secundum naturam esse dicebant; quæ iis adversa, contra naturam. Vide i. Academ. c. 10. Utraque vero nec bona nec mala esse censebant, ideoque nec in optandis, nec in fugiendis ponebant.

*Ita legere.]* Sumere, amplecti; non expetere, nec optare. Quæ autem legenda esse concedebant, ea præposita vel præcipua dicebant; his contraria rejeclanea. Vide iii. de Finib. c. 15. iv. c. 25. et 26.

8. *Putant quidam.]* Stoici.

9. *Honestum.]* Quod narrat-

θωμα vocabant: de quo ad lib. i. c. 3.

*Id in sapientibus.]* Id abundat post illud: sed ita tamen alibi etiam loqui solet. Vide i. 35. 3.

10. *His libris disputamus.]* Male h. l. dices: *in his libris.* Vide supra ii. 13. 1.

*Media.]* Repete lib. i. c. 3.

*Communia.]* Cum omnium hominum genere, ut ipse loquitur cap. 4. pr.

*Ingenii bonitatem.]* Naturæ bonitatem vocat lib. i. cap. 2.

*Progressione discendi.]* Discendi opera, profectu, et recte agendi exercitatione.

11. *Omnes numeros habet.]* Metaphora est a palæstra, cu-

habet; nec, præter sapientem, cadere in quemquam potest. Cum autem aliquid actum est, in 12 quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum, propterea quod vulgus, quid absit a perfecto, non fere intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Quod idem in poëmatis, in picturis usu venit, 13 in aliisque cœmpluribus, ut delectentur imperiti laudentque ea, quæ laudanda non sint, ob eam, credo, caussam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidem, quid in una quaque re vitii sit, nequeant judicare. Itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia.

IV. Hæc igitur officia, de quibus his libris 1 differimus, quasi secunda quædam honesta esse dicunt, non sapientium [modo] propria, sed cum omni hominum genere communia. Itaque his omnes, in quibus est virtutis indoles, commoventur. Nec vero cum duo Decii, aut duo 2

jus omnes motus ad decus  
compositos qui perdidicerant,  
omnes numeros habere diceban-  
tur.

12. *Propterea quod vulgus.*] Redditur ratio, cur media officia perfecta esse videantur.

*Quid absit a perfecto.*] Quantum desit ad optimi perfectionem.

*Non fere intelligit.*] Plerumque minus intelligit. Suo more Cicero adverbio *fere* præposuit negationem.

13. *In poëmatis.*] Vide Vechneri Hellenolex. lib. i. part. i.

cap. 3. p. 27.

*Uſu venit.] Contingit, accidit.*

IV. 1. *Secunda quædam ho-  
nesta.] Secundaria, secundi or-  
dinis.*

*Non sapientium modo.] Mo-  
leste adjicitur modo.*

*Commoventur.] Ad amorem  
alliciuntur, non possunt non  
ea amare. Infra cap. 8. pr.  
“Cum igitur aliqua species  
utilitatis objœcta est, commo-  
veri necesse est.” Vide ii. 9. 5.  
et 6.*

2. *Decii, aut duo Scipiones.*] i. 18. 9.

Scipiones, fortis viri commemorantur, aut cum Fabricius, Aristidesve justi nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his justitiae, tamquam a sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem volumus intellegi; nec ii, qui sapientes habiti et nominati, M. Cato et C. Lælius, sapientes fuerunt; ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quamdam gerebant speciemque sapientium. Quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari: nec id, quod communiter appellamus honestum, quod colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt, cum emolumentis umquam est comparandum. Tamque

*Fabricius.]* De Fabricio et Aristide infra c. 22. Cicero scripsisse videtur: ‘Aut cum Fabricius Justus nominatur, aut ab illis (Deciis, Scipionibus) fortitudinis aut ab hoc justitiae tamquam a sapiente (i. sapientibus) petitur exemplum.’ Desiderabat glossator exemplum Græcum. Ad ea Cicero paullo post transit.

*Sic sapiens.]* Satis comode fuit intelligitur ex fuerunt, quod sequitur.

*M. Cato et C. Lælius.]* Vid. Cat. Maj. i. 6. Læl: i. pr. 2. pr. et 5. 8. 9.

*Ne illi quidem septem.]* Græci sapientes.

*Ex mediorum officiorum frequentia.]* Quia media officia frequenter adsequebantur, eorumque vita in his conservan-

dis spectata erat, sapientum non dissimiles videbantur, quamvis a perfecta sapientia multum abessent. Vide n. 6.

*4. Quod vere honestum est.]* Primi ordinis honestum, a quo secunda honesta discernit.

*Cum utilitatis repugnantia.]* Cum utilitate, quando honesto repugnat.

*Fas est — comparari.]* Ita pro Muren. c. 37. extr. “Si eos hoc nomine appellari fas est.” Liv. i. 2. extr. “Quemcumque eum dici jus fasque est.” Vide supra appellari licet i. 7. pr. decet referri i. 10. 2.

*Communiter.]* Omnes; philosophi cum indoctis communiter.

*Bonos se viros haberi volunt.]* ii. 22. 9.

id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuendum conservandumque nobis est, quam illud, quod proprie dicitur vereque est honestum, sapientibus. Aliter enim teneri non 6 potest, si quæ ad virtutem est facta progressio. Sed hæc quidem de iis, qui conservatione officiorum existimantur boni. Qui autem omnia 7 metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare : boni viri non solent. Itaque existimo, Panætium, cum dixerit, homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare quod utile vi- 9 deatur, quam quod honestum ; sed hæc etiam inter se comparare, et in his addubitare, turpisimum est. Quid ergo est, quod non numquam 10 dubitationem afferre soleat, considerandumque videatur ? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. Sæpe enim 11

5. *In nostram intelligentiam.*] Secundarium, quod omnes intelligere possunt.

*Honestum, sapientibus.]* Ne conjugas dicitur sapientibus, sed conservandumque est sapientibus.

6. *Aliter.]* Alioqui. i. 39. 6. ii. 12. 3. et 6.

*Teneri non potest.]* Progressio- nem tenere Latine dicitur, ut cursum, iter, viam, et fugam per medios hostes.

*Si quæ ad virtutem.]* Sic n. 12. et i. 16. 8. *Si qui.* ii. 21. 11. *Sin quæ.*

*Facta progressio.]* Progressio ad virtutem est virtutis inchoatio. Acad. i. 5. "Quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur."

8. *Hoc ipsum sensisse, quod dixerit.]* Nihil aliud voluisse, quam quod verba sonant.

tempore fit, ut, quod turpe plerumque haberī soleat, inveniatur non esse turpe. Exempli caussa ponatur aliquid, quod pateat latius.

12 Quod potest majus esse scelus, quam non modo hominem, sed etiam familiarem hominem occidere? Num igitur se astrinxit scelere, si qui

13 tyrannum occidit, quamvis familiarem? Populo quidem Romano non videtur, qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat.

Vicit ergo utilitas honestatem? Immo vero ho-

14 nestatem utilitas est consecuta. Itaque, ut sine ullo errore dijudicare possimus, si quando cum illo, quod honestum intelligimus, pugnare id videbitur, quod appellamus utile; formula quædam constituenda est, quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio numquam rece-

15 demus. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maxime consentanea: quam quidem his libris propterea sequimur, quod, quamquam et a veteribus Academicis, et a Peripateticis vestris, qui quondam iidem erant, quæ honesta sunt, antéponuntur iis, quæ viden-

11. *Tempore fit.*] Vide lib. i. c. 10.

12. *Familiarem hominem.*] Hoc in gratiam percussorum Cæsaris dicit, qui ex ejus familiariissimis fuerunt.

13. *Romano non videtur.*] Vide cap. 6. sub fin. et Romano homine dignam sententiam Cornelii Nep. Milt. c. 3. extr. Tiniol. i. 5.

14. *Quod honestum intelligi-*

*mus.*] Quod in nostram intelligentiam cadit, ut est n. 5. vel, quod omnes perspiciunt esse honestum.

*Formula quædam.*] Præscriptum, norma, regula.

15. *Peripateticis vestris.*] Vide iii. 2. De geminata præpositione vid. i. 14. 1.

*Qui quondam iidem erant.*] i. 1. 3.

tur utilia; tamen splendidius hæc ab eis differuntur, quibus, quidquid honestum est, idem utile videtur, nec utile quidquam, quod non honestum; quam ab iis, quibus honestum aliquid non utile, aut utile non honestum. Nobis 16 autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quocunque maxime probabile occurrat; id nostro jure liceat defendere. Sed redeo ad formulam.

V. Detrahere igitur [aliquid] alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit convictum humanum et societatem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam, quæ maxime est secundum naturam, humani generis societatem. Ut, si unum quodque membrum sensum hunc haberet, ut posse puta-

*Splendidius hæc ab iis.]* Gravius, generosius et majore cum audientium admiratione.

16. *Nostra Academia.]* Cicero enim non Stoicus erat, sed Academicus, Stoicosque Academiæ licentia in iis tantum sequebatur, quæ probabiliora putabant.

*Licentiam dat — ut licet.]* Infra c. viii. 7. “Hoc deliberantium genus, qui deliberant.” Loquendi genus, in

quo aliquid redundare videtur. Nep. Milt. i. 2. “Delphos liberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem.”

V. 1. *Rebus externis.]* Vid. ii. 25. 2.

2. *Principio.]* Primum. Vid. i. c. 4. pr. Huic respondet *Negque vero hoc solum* n. 5. Ita vero continuat orationem, præcedente *primum.* i. 28. 9.

3. *Sensum hunc haberet.]* Ita sentiret, putaret.

ret se valere, si proximi membris valetudinem ad se traduxisset, debilitari, et interire totum corpus necesse esset: sic, si unus quisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatur quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum et communitas evertatur 4 necesse est. Nam, sibi ut quisque malit, quod ad usum vitae pertineat, quam alteri, acquirere, concessum est, non repugnante natura: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras 5 facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc solum natura, id est jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus res publica continetur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi 6 caussa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt; incolumem esse civium coniunctio- 7 nes: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinclis, damno coercent. Atque hoc multo

*Valetudinem.]* Vires, robur.

4. *Nam sibi ut quisque ma-*  
*lit.]* Hoc enim ab ipsa natura  
concessum est, ut, quae ad u-  
sum vitae pertinent, sibi quis-  
que adquirere malit, quam al-  
teri.

*Aliorum spoliis.]* Spoliis, quae  
aliis detraeta sunt.

*Facultates, copias, opes.]* Vide  
lib. i. 3. 7.

5. *Jure gentium.]* Jure na-  
turæ, quod omnes gentes ipsa  
natura docuit, quoque illæ in-  
ter se continentur. Tusc. i. 13.  
“*Consenso quedam gentium*  
*lex naturæ putanda est.*” Ita

veteres philosophi describe-  
bant; aliter vero nostri.

6. *Incolumem esse.]* Pendet a  
volunt. Sic fere supra cap. iii.  
7.

*Vinclis.]* Syncope. Dixi ad  
i. 35. 11. *Damno,* multa, ζη-  
μίᾳ.

7. *Atque hoc multo magis effi-*  
*cit.]* Id est declarat, vincit.  
Infra n. 13. “*Ex quo effici-  
tur.*” Tusc. i. 11. “*Efficiet*  
enim ratio, ut — mors aut  
malum non sit, aut sit bonum  
potius.” In Hortensio: “*Quod*  
*efficit dialepticorum ratio.*”  
Meminerimus autem, formu-

magis efficit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina et humana, cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volunt vivere) numquam committet, ut alienum appetat, et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim [multo] magis est secundum naturam 8 excelsitas animi et magnitudo, itemque communitas, justitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiæ: quæ quidem contemnere, et pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi et excelsi est. Detrahere ergo de altero sui commodi 9 caussa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cetera generis ejusdem. Itemque magis est secundum naturam, pro 10

læ initio capitil hujus propositiæ, argumentisque deinde (1) a jure gentium et (2) a jure civili petitis confirmatae, certitudinem hic (3) ex ipsa naturæ ratione ostendi. Dicit igitur Cicero, ipsam naturæ rationem manifestius etiam, quam priora argumenta, declarare, immo cogere, nullo modo licere sui commodi caussa nocere alteri. Id ut omnibus probaret, plures conclusiones naturæ principiis aptas deinceps ordinavit. Naturæ ratio lex divina dicitur, quia ea ipsa est mens dei. Eamdem, opinor, humanam legem appellari, quod a deo hominibus data in mente sapientis ineft, eique omne genus humanum parere debet. Vide de Leg. ii. 4.

8. Etenim multo magis.] Ad-

verbio *multo* hic æque facile carebimus, ac paullo post in illis "Itemque magis est secundum naturam."

*Ducere, comparantem cum utilitate communi.]* Ea pro nihilo te ducere, qui ex altera parte utilitatem communem præponderare videas. Sic n. 10. "Imitantem Herculem illum."

9. *Detrahere ergo de altero.]* Verba hæc sunt necessaria consequitio legis naturalis a Ciccone modo propositæ. De Fin. i. 9. "Detraictis de homine sensibus, reliqui nihil est." Insfra vi. 11. "Si quid ab homine ad nullam partem utilitatem utilitatis caussa detraheris." Adde ibid. n. 12. et 14.

10. *Pro omnibus gentibus.]* i. 4. 1:

10. *Pro omnibus gentibus.]*

omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis, aut juvandis maximos labores molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cœlestium collocavit, quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis, ut excellas etiam pulchritudine et viribus.

11 Quocirca optimo quisque et splendidissimo inge-

12 nio longe illam vitam huic anteponit. Ex quo efficitur, hominem naturæ obedientem, homini

13 nocere non posse. Deinde qui alterum violat, ut ipse aliquid commodi consequatur; aut nihil se existimat contra naturam facere; aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quam facere cuiquam injuriam.

14 Si nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis, quid cum eo differas, qui omnino

**Quamvis exteris, quamvis sermone, moribus et sacris discrepent.**

*Heroulem.]* De Hercule vide de Fin. ii. 36. Tusc. iii. 22. **Fama** est id, quod omnes homines fantur, sermo, opinio. Cat. Maj. xvii. 11.

*Vivere in solitudine.]* Non ab omnibus quidem hominibus, sed tamen a multitudine et frequentia remotum: aliqui inutilis esset pulchritudo, minor etiam voluptas.

*Abundantem.]* Sc. te. Sic antea imitantem.

*Et splendidissimo ingenio.]*

Ad hæc cognoscenda et posthabendam vitam solitariam haud ita magno ingenio opus est: at ne Cicero quidem aliter judicat; quo quis vero splendidiori ingenio sit, eo magis eum colere ait hominum societatem.

*13. Mortem, paupertatem, dolorem.]* Cicero a majore malo ad mala minora sensim procedit. Vis tamen sententiae per singulos descensionis gradus augetur.

*14. Hominibus violandis.]* Violatione hominum. Ut de inferenda injuria i. 8. 10. ii. 23. 9.

hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id 15 quidem censet, sed multo illa pejora mortem, paupertatem, dolorem; errat in eo, quod ullum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gravius existimat.

VI. Ergo unum debet esse omnibus proposi- 1 tum, ut eadem sit utilitas unius cujusque et universorum: quam si ad se quisque rapiet, dissolvetur omnis humana confortio. Atque 2 etiam si hoc natura præscribit, ut homo homi- ni, quicumque sit, ob eam ipsam caussam, quod is homo sit, consultum velit, necesse est secun- dum eamdem naturam omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur 3 omnes et eadem lege naturæ: idque ipsum si ita est, certe violare alterum naturæ lege prohi- bemur. Verum autem primuni, verum igitur extremum. Nam illud quidem absurdum est, 4 quod quidani dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos, commodi sui caussa; aliam rationem esse civium reliquorum. Hi sibi nihil juris, 5 nullam societatem, communis utilitatis caussa statuunt esse cum civibus: quæ sententia o- mnem societatem distrahit civitatis. Qui au- 6

*Hominem ex homine tollat.]*  
Tollit enim ex homine, quæ  
maxime ei propria est, huma-  
nitatem.

*VI. 1. Unum debet esse omni-  
bus propositum.]* Id unum o-  
mnes spectare debent, ut alio-  
rum pariter et sua commoda  
tueantur atque augeant.

*2. Quicumque sit.]* Etiam si  
servus, alienigena, barbarus  
sit.

*Quod is homo sit.]* Ejusdem  
sanguinis et geneis, communi  
ratione præditus.

*5. Distrahit.]* Diffolvit, diri-  
mit, ex amicis facit inimicos.  
Vide n. 16.

tem civium rationem dicunt habendam, exter-  
norum negant, hi dirimunt conimum humani generis societatem ; qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia funditus tollitur. Quæ qui tollunt, etiam adversus deos  
7 immortales impii judicandi sunt. Ab iis enim constitutam inter homines societatem evertunt : cuius societatis artissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi caussa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel  
8 etiam ipsius animi, quæ vacent injustitia. Justitia enim una virtus omnium est domina et regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit : Non ne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abs-  
tulerit cibum alteri, homini ad nullam rem  
9 utili ? Minime vero. Non enim mihi est vita  
mea utilior, quam animi talis affectio, nem-  
10 nem ut voleam commodi mei gratia. Quid ? si  
Phalarim, crudelem tyrannum et immanem vir-  
bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spo-  
11 liare possit, nonne faciat ? Hæc ad judicandum  
sunt facillima. Nam si quid ab homine ad nul-  
lam partem utili, tuæ utilitatis caussa detraxe-  
ris, inhumane feceris, contraque naturæ legem.  
Sin autem is tu sis, qui multam utilitatem rei  
publicæ atque hominum societati, si in vita re-

10. *Phalarim.*] Vide ii. 7.  
16.

11. *Ad judicandum sunt fa-  
cillima.*] i. 35. pr.

*Ad nullam partem utili.*]

Paullo ante dixit *ad nullam  
rem utili* : lib. i. c. 10. " Qui  
nec sibi, nec alteri, ut dici-  
tur." De re ipsa confer cap.  
23.

maneas, afferre possis; si quid ob eam caussam alteri detraxteris, non sit reprehendendum. Sin autem id non sit ejus modi, suum cuique incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid hujus modi, quam detractio, aut appetitio alieni: sed communis utilitatis derelictio contra naturam est; est enim injusta. Itaque lex ipsa naturae, quæ utilitatem hominum conservat et continet, decernit profecto, ut ab homine inerti atque inutili ad sapientem, bonum, fortem virum transferantur res ad vivendum necessariæ; qui, si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, seseque diligens, hanc caussam habeat ad injuriam. Ita semper officio fungetur, utilitati consulens hominum, et ei, quam saepe commemoro, hu-

*12. Sin autem id non sit.]* Si non is fueris, qui hominum societati ac reipubl. multum prodesse possis: non licet tibi de alterius commodis detrahere.

*13. Non igitur magis est.]* Non igitur ex eo, quod licet interdum viro bono, vitae suæ conservandæ caussâ, aliquid ab homine ad nullam partem utili detrahere, efficitur, ut magis contra naturam sit morbus, egestas, cet.

*14. Detraxerit.]* Si perierit, morte sua multum de communi utilitate detraxerit, id

est, ejus mors detrimentum reipubl. allatura sit.

*Modo hoc ita faciat.]* Hoc, quod lex naturae decernit.

*Seseque diligens.]* Nimis. i. 9. 6. “Nisi nosmetipsos valde amabimus.”

*15. Ita semper officio fungetur.]* Ita si animo affectus, et liber ab amore sui vitioso, naturæ legi obtemperaverit: ab honesto numquam aberrabit, atque etiam tum officio fungetur, quum res ad vivendum neccssarias ab altero ad se transferet, eaque re humanæ societatis consulet utilitati.

16 manæ societati. Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile judicium est. Nulla enim nobis societas cum tyrannis, et potius summa distra-  
 17 ctio est: neque est contra naturam, spoliare eum, si possis, quem est honestum necare: atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est.  
 18 Etenim ut membra quædam amputantur, si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere cœperunt, et nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas et immanitas beluæ, a communi tamquam humanitatis corpore  
 19 segreganda est. Hujus generis sunt quæstiones omnes eæ, in quibus ex tempore officium exquiritur.

16. *Et potius summa.]* Similiter ac potius, pro sed potius Cicero dixit supra i. 20. 9. et de Orat. ii. 37. "Minime, inquit Antonius: ac sic decrevi philosophari potius," cet.

17. *Quem est honestum necare.]* iv. 12.

18. *Si et ipsa sanguine, etc.]* "Ut cetera pars corporis tutafit, membrum quod paulatim emoritur, absindere," lubet Celsus de Medic. v. 26. 34. extr. Quod Celsus paulatim emori, id Cicero incipere sanguine et tamquam spiritu carere dicit. *Sanguis autem est vita.* Sic Horat. i. od. 24. 15.

*Num vanæ redeat sanguis imaginis?*

Verba et ipsa (sibi suo damno, in suam perniciem) opponuntur illis: et nocent reliquis.

*A communi tamquam humanitatis.]* Cave putas, humanitatem hoc loco simpliciter humanum genus dici, quo sensu hanc vocem in Cicerone non memini me legere: sed commune humanitatis corpus est, cuius quasi niembra sunt omnes ii, qui humanæ rationis, humanae notuum propensiorumque humanarum non sunt expertes. Adverbium tamquam metaphoram vocabuli eleganter mollit. Similiter Liv. iii. 34. 7. "Duas deesse tabulas; quibus adjectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris."

19. *Ex tempore.]* Quid officii sit, ex tempore existimatur, ex temporis ratione judicatur. Vid. iv. 11.

VII. Ejus modi igitur credo res Panætium <sup>1</sup> persecutum fuisse, nisi aliqui casus, aut occupatio consilium ejus peremisset. Ad quas ipsas <sup>2</sup> consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt, quibus perspici possit, quod sit propter turpitudinem fugiendum; quid idcirco fugiendum non sit, quod omnino turpe non est. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen ab- <sup>3</sup> soluto, tamquam fastigium imponimus: ut geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ volunt, explicent: sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil, præter id, quod honestum sit, propter se esse expetendum. Sin hoc non licet per Cratippum: <sup>4</sup> at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse

VII. 1. *Aliqui casus.*] Sic i. 32. 1.

*Peremisset.*] Perimere est, tollere, in perpetuum reprimere. Cicero pro Sext. c. 22. pr. "Si caussam publicam mea mors peremisset." De Harusp. Resp. c. 11. "Si ludi non intermissi, sed peremti atque sublati sunt." Hinc *peremtorium* dicitur, quidquid disceptationem perimit, et adversariorum tergiversationi finem statuit.

2. *Ex superioribus libris—præcepta sunt.*] Sunt, existant, in promtu sunt, ut supra i. 15. 12. "Est epistola." Præpositio *ex* significat *xaræ*. Sic "Ex una re præcipitur." i. 16. 7.

3. *Prope tamen absoluto.*] Particula tamen sine præce-

dente *et si* eleganter adhibetur. i. 12. 4.

*Fastigium imponimus.*] *Fastigium* est, quod summæ operis altitudini deest. Hic transferatur ad reliquam libri partem, quæ perficienda restat.

*Ut geometræ solent.*] V. Tusc. c. 7. "Geometræ cum aliquid docere volunt, si quid ad rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concessu et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est."

*Expetendum.*] *Expetenda esse* dicebant, quæ per se bona; cetera *legenda vel sumenda*. Vid. cap. iii. 7.

4. *Per Cratippum.*] Magistrum, Peripateticum.

maxime propter se expetendum. Mihi utrumvis satis est: et tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec præterea quidquam probabile. Ac primum Panætius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ vi-derentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, saepe testatur: negatque ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque non ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine errore dijudicaremus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis admini-culis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Neque enim quidquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod quidem mihi probaretur, de iis, quæ in manus meas venerint.

*Maxime propter se expeten-dum.] Quæ Peripateticorum sententia erat.*

*Utrumvis.] Alterutrum, quod concedes. Academici enim, quæcumque probabilia erant, undecumque arripiebant. Ad præsentem autem quæstionem alterutrum satis erat concedi.*

*Et tum hoc.] Peripateticorum dogma: tum illud, Stoicorum scitum, sola honesta esse bona. Dieta hæc sunt, ut illa Læl. iv. 2. "Qui [Socrates] non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat*

*semper."*

*5. Neque enim ei fas erat.] Neque enim poterat, cum esset Stoicus.*

*6. Negatque ullam pestem.] Vid. supra iii. 3.*

*8. Marte nostro.] Suo Marte rem gerit, qui externis auxiliis non utitur, sed domesticis co-piis contentus belli fortunam tentat.*

*9. De iis.] Ex iis. Nep. Them. c. 9. pr. "Thucydidi credo, qui ætate proximus de iis, qui illorum temporum hi-storiam reliquerunt."*

VIII. Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, commoveri necesse est: sed si, cum animum attenderis, turpitudinem videoas adjunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit, tum non utilitas relinquenda est, sed intelligendum, ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse non posse. Quid si nihil est tam contra naturam, quam turpitudo (recta enim, et convenientia, et constantia natura desiderat, aspernaturque contraria) nihilque tam secundum naturam, quam utilitas; certe in eadem re utilitas et turpitudo esse non potest. Itemque si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est, ut Zenoni visum est, aut certe omni pondere gravior habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli placet; necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum: quod autem bonum, id certe utile: ita quidquid honestum, id utile. Quare error homini.

VIII. 1. *Commoveri.] De hoc verbo.* Vid. cap. 4. pr.

*Speciem utilitatis attulerit.] Falsam utilitatis speciem objecerit.*

*Utilitas relinquenda.] Tum non existimandum, relinquendum esse id, quod re vera sit utile; sed intelligendum, illud ipsum, quod speciem utilitatis mentiatur, ideo non esse utile, quia sit turpe. Vid. x. 1. 6.*

*2. Quod si nihil est tam contra naturam.] Si turpitudo contra naturam, utilitas secundum naturam est: non potest idem simul et turpe esse et utile. Na-*

tura enim secum non pugnat.

*Aspernaturque.] Rejicit, fastidit. Latini, quemadmodum altero et alterno ab alter forment, ita aspero et aspernor ex asper producunt. Etiam asper antiquis eum significabat, qui fastidiret et aversaretur. Virg. Æn. viii. 365. "Rebusque veni non asper egenis."*

*3. Omni pondere gravior.] Vide c. iii. 2.*

*4. Quare error.] Homines improbi, quidquid utile videatur, cupide arripiunt, et, licet honestum non sit, sibi tamen expetendum ducunt.*

num non proborum, cum aliquid, quod utile visum est, arripuit, id continuo fecernit ab hominibus. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur: hinc furta, peculatus, expiationes direptionesque sociorum et civium: hinc opum nimiarum potentiae non ferendæ: postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil nec tamquam, 6 nec fœdus excogitari potest. Emolumenta enim rerum fallacibus judiciis vident: poenam, non dico legum, quas saepe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident. Quam ob rem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant, utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an scientes scelere contaminent. In ipsa enim du-

5. *Sicæ.*] Cædes clandestinae, cum percussores immittuntur iis, quos e medio tolli inimicis utile videtur.

*Venena.*] Veneficia, quibus homines maxime familiares vita privantur. *Peculatus*, furta publica. *Opum nim. — ferendæ*, hominum nimis opibus valentium potentiae intolerabiles.

6. *Fallacibus judiciis.*] Vident, ac potius videre se putant, quantum inde emolumenti sive commodi futurum sit, fallaciisque emolumentorum spe ducuntur ad res turpissimas: quæ autem non poena magis a judicibus, qui legibus judicant, metuenda, quam

quæ turpitudo secutura sit, non vident.

*Quas saepe perrumpunt.*] De Leg. i. 15. “ Negliget leges easque perrumpet.” Respicere videtur ad dictum illud Zaleuci Locrensis (ab aliis Soloni tribuitur) qui leges aranearum telis comparabat.

*Ipsius turpitudinis.*] Quam et aliorum et suo ipsorum judicio subeunt. Turpissimum enim est, sceleris et flagitiis sibi esse consciem.

7. *Deliberantium, — qui deliberant.*] Vide supra iv. 16.

*In ipsa enim dubitatione.*] In ipsa deliberatione. Vid. lib. i. c. 9. extr.

bitatione facinus inest, etiam si ad id non per-  
venerint. Ergo ea deliberanda omnino non sunt,  
in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam ex omni deliberatione celandi et oc-  
cultandi spes opinioque removenda est. Satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid pro-  
fecimus, perfuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare,  
nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinen-  
ter esse faciendum.

**IX.** Hinc ille Gyges inducitur a Platone: qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum, ut ferunt fabulæ, animadvertisit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pa-  
stor) tum in concilium se pastorum recepit. Ibi cum palam ejus annuli ad palmam conver-

8. *Est turpis ipsa deliberatio.]*  
Cum de re turpi deliberatur.

**IX. 1. Gyges.]** Qui Can-  
daule imperfecto rex Lydiæ fa-  
etus est. Vide Justin. lib. i.  
c. 7. extr. Herodotus rem ali-  
ter narrat gestam. Sed hoc fa-  
bulose fictum esse, non ipse  
negat Plato lib. ii. de Republ.  
nec Cicero.

*Cum terra discessisset.]* Platoni-  
nis verba expressit, 'Παγῆναι τε  
τὴν γῆν, καὶ γενίσθαι χάσμα  
—καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὲ, ἀ μυ-  
θολογέσσι, θαυμασά, καὶ ἵππον  
χαλκῆν, κοίλον, θυρίδας ἔχοντα.

*Magnitudine inusitata.]* Pla-  
to, μείζω δὲ καὶ ἄνθρωπον.

*Annulumque.]* De annulorum magicorum superstitione, et de hoc ipso Gygis annulo, plura collegit Kirchmannus de Annul. cap. 21.

*In concilium se pastorum.]* In folleme aliquod concilium pastorum, quod singulis mem-  
bris habebatur.

*2. Palmam.]* Den Kasten, σφι-  
δόνην.

*Ad palmam.]* Introsum, εἰς  
τὸ εἴσω τῆς χωρός. Convertebat,  
fortuitu et aliud agens.

teret, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in locum annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit, ea [que] adjutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstat arbitrabatur: nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honestæ enim bonis viris, non occulta quæruntur. Atque hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone: quasi vero ille, aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. Hæc est vis hujus annuli et hujus exempli, si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum

*A nullo videbatur.]* Quod ex eo mirabundus intelligebat, quod de se, tamquam de absente, ceteros loqui audiebat.

*In locum.]* Στρέψας ἦλω τὴν σφενδόνην, cum in eum locum converterat, qui conveniens erat, id est, extra palmam. Locus enim est is, quo quidque collocandum est, ut tempus, id quo quidque faciendum.

4. *Nihil plus.]* Pro nihilo plus. Ita de Or. iii. 24. 92. “Non multum est majus,” pro multo.

*Honestæ enim bonis viris.]* Rarius hoc est, dativum casum verbo passivo jungi a Cicerone,

qui participiis quidem passivis sæpius ab oratoribus etiam adjicitur. Plin. Ep. vi. 24. “Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime, auditum est.”

5. *Atque hoc loco.]* Sententia vult atqui. Vide i. 40. 8.

*Defendat.]* Adfirmet, contendat. De Orat. ii. 38. “Carneades nullam umquam in illis suis disputationibus item defendit, quam non probarit: nullam oppugnavit, quam non everterit.” Ibid. cap. 50. “Sed meritam ac debitam fuisse defenderes.”

aliquid divitiarum, potentiae, dominationis, libidinis caussa feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum, sine facturus. Ne-  
gant id fieri posse. Quamquam potest id qui-  
dem: sed quæro, quod negant posse, id si pos-  
set, quidnam facerent? Urgent rustice sane.  
Negant enim posse, et in eo perstant. Hoc  
verbum quid valeat, non vident. Cum enim  
quærimus, si possint celare, quid facturi sint;  
non quærimus, possintne celare: sed tamquam  
tormenta quædam adhibemus, ut, si responde-  
rint, se, impunitate proposita, facturos quod  
expadiat, facinorosos se esse fateantur: si ne-  
gent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse  
concedant. Sed jam ad propositum revertamur.

6. *Feceris.]* Est futuri, quod  
~~exactum~~ quidam vocant, non  
præteriti temporis: cum a te  
factum erit vel fuerit.

7. *Quamquam potest id qui-  
dem:]* Cicero de providentia di-  
vina quid senserit, quum aliis  
locis, tum de Divin. ii. 50.  
*extr.* atque in hoc ipso de Offi-  
ciis opere iii. 10. 12. et c. xxix.  
4. haud obscure significavit.  
Haud novum igitur aut inus-  
tatum videri debet, Academi-  
cum nostrum de Natura Deo-  
rum ita disputare, ut defendat,  
fieri posse, ut dii res hominum  
non curent, eoque improba  
eorum facta ignorent. Verba  
*Quamquam potest id quidem: sed*  
*quæro non aliter hic conne-  
ctuntur, quam illa ad Divers.*  
xiii. 32. "Quamquam a te  
quidem cumulate satisfit et

mihi et meis omnibus. Sed  
velim sic existimes," cet. Conf.  
infra xxxiii. 22.

8. *Urgent rustice.]* Tenent  
id, quod sibi negandum sum-  
serunt: parum id quidem eru-  
dite. Non vident enim, quæ  
fictionis caussa, quæ vis sit.  
Eruditi vero homines non ig-  
norant, falsa quoque fingi pos-  
se, ut vera inde concludantur.

*Hoc verbum.]* Verbum *posse*,  
vel hæc conditio sive condi-  
tionalis oratio, *si posset*. Non  
intelligunt, conditionem nihil  
de re ipsa adfirmare.

9. *Tormenta.]* Instrumentum  
aliquid, quo invitis etiam ve-  
ritas exprimitur.

*Facturos quod expadiat.]* Se  
facturos id, quod utile vel ju-  
cundum putaverint.

1 X. Incidunt multæ sæpe cauſſæ, quæ con-  
turbent animos utilitatis ſpecie; non, cum hoc  
deliberetur, reliquendane fit honestas propter  
utilitatis magnitudinem (nam id quidem im-  
probum eſt) fed illud, poſſitne id, quod utile  
2 videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino  
collegæ Brutus imperium abrogabat, poterat  
videri facere injuste. Fuerat enim in regibus  
expellendis ſocius Bruti consiliorum et adjutor.  
Cum autem consilium hoc principes cepiſſent,  
cognitionem Superbi, nomenque Tarquiniorum  
et memoriam regni eſſe tollendam: quod erat  
utile, patriæ consulere, id erat ita honestum, ut  
3 etiam ipſi Collatino placere deberet. Itaque  
utilitas valuit propter honestatem, fine qua ne  
4 utilitas quidem eſſe potuiſſet. At in eo rege,  
qui urbem condidit, non item. Species enim

X. 1. *Incidunt multæ ſæpe cauſſæ.]* Supra i. 22. 2. "Multi enim bella ſæpe quæſierunt." Horat. Serm. i. 6. 10.

*Multos ſæpe viros, nullis ma-  
joribus ortos.*

Vide ii. 6. 5.

2. *Collatino.]* L. Tarquinio Collatino, Lucretiæ marito: qui, cum in expellendis regibus Brutum adjuviſſet, cum eo primus consul factus eſt. Non multo vero poſt, ſuſpectus populo, quod Tarquinia gentis eſſet, regno adſuetæ, consulatu abire et cum omnibus suis urbe excedere coactus eſt a col- lega, lata lege, ut omnes Tarquinia gentis exſules eſſent. Liv. ii. 2. Erat autem Egerii

filius, Aruntis ejus nepos, qui Tarquinii Prisci frater fuerat, auctore eod. Livio i. 46. et 57.

*Brutus.]* L. Junius Brutus, natus et ipſe Tarquinia matre, quæ vel amita vel foror Superbi fuerat.

*Fuerat enim.]* Non Brutus, fed Collatinus. Ita ex obliquo caſu, qui præcedit, ad hæc rectus eſt ſubaudiendus. Vid. i. ii. 1. 3.

*In regibus expellendis.]* Reges dicit regem cum conjuge et liberis. Vide Drakenb. ad Liv. ii. 2. extr.

4. *Non item.]* Apud Romulum non item utilitas valuit propter honestatem, ut apud

utilitatis animum pepulit ejus: cui cum visum esset utilius, solum, quam cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic et pietatem, et 5 humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset: et tamen muri causam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, nec sane idoneam. Peccavit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli dixerim. Nec tamen 6 nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, serviendum est. Scite Chrysippus, ut multa. Qui 7 stadium, inquit, currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat; supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere,

*Brutum; sed species utilitatis plus potuit, quam honestas.*

*Animum pepulit.]* Impulit, movit.

*5. Muri cauffam.]* Romulus edixerat, ne quis nova moenia transfiliret. Id cum spredo fratris edi&tio Remus fecisset, ab eo interfactus est. Liv. i. 7.

*Pace vel Quirini vel Romuli.]* Dum iram Romuli, quasi dei, deprecatur, tanto magis fictam ejus divinitatem ridet. Peccavit, inquit, tive Quirinus, id est, deus habeatur, tive Romulus tantum fuerit.

*6. Nostræ nobis utilitates omit-*  
*tendæ.]* Vid. v. 4.

*Egeamus.]* Licet cum interpretari etiam si, et ita coniunctivum ei aptare.

*Quod sine alterius injuria.]* Quod est, quantum vel quoad.

*7. Chrysippus.]* Stoicorum princeps a Zenone tertius, proximus a Cleanthe hujusque discipulus, in dialectica clarissimus, plurimorum librorum auctor. Diog. Laërt. lib. vii. extr. Alienis vero plerunque pennis is se exornasse creditus est.

*Stadium currit.]* In stadio decurrit. *Stadium* erat certum spatium, quod emetiendum erat cursu de præmio certantibus. Continebat id passus cxxv. pedes Icxxxv.

*Supplantare.]* Pedem supponere, υποσκελιζειν.

*Manu depellere.]* Placet scriptura *manu pellere*, quod est impellere, ut cadat. De Fato c. 18. “Quae moveri incipere, nisi pulsa, non possunt.”

nullo modo debet. Sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est; alteri deripere, jus non est. Maxime autem perturbantur officia in amicitiis; quibus et non tribuere, quod recte possit, et tribuere, quod non sit æquum, contra officium est. Sed hujus generis totius breve et non difficile præceptum est. Quæ enim videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, cetera generis ejusdem, hæc 10 amicitiae numquam anteponenda sunt. At neque contra rem publicam, neque contra jus iurandum ac fidem, amici causa, vir bonus faciet; ne si judex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit judicis. 11 Tantum dabit amicitiae, ut verani amici causam esse malit: ut orandæ litis tempus, quoad 12 per leges liceat, accommodet. Cum vero iurato sententia dicenda sit, meminerit, deum se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, men-

*Jus non est.]* Vide lib. i. c. Justam, bonam.

*11. extr.*

*8. Perturbantur officia.]* Pec-  
catur, prave agitur, dum multa  
et negantur amicis et con-  
ceduntur, quæ non debebant.  
De re vid. Læl. c. 10. et dein-  
ceps.

*Quod recte possit.]* Pulchre  
duo optimi MSS. possit; scil.  
fieri. Vide supra ii. 19. 14.

*10. Ponit enim personam ami-  
ci.]* Definit esse amicus, dum  
sit judex. Hinc est illud pro-  
verbium, “Exuit personam a-  
mici, quisquis induit judicis.”

*11. Veram amici causam.]*

*Orandæ litis.]* Tertius casus  
amicorum ex orationis contextu fa-  
cile intelligitur. Dabit autem  
amico judex non clepsydras  
modo spatiofas, sed diem etiam  
quam maxime opportunum.

*12. Cum vero.]* Quoniam,  
quia. In quavis causa judices  
jurabant, se nihil gratiae odiove  
daturos.

*Adhibere testem.]* Adhibet de-  
um testem, qui testem facit et  
perjurii vindicem constituit.  
Sæpe philosophi animum di-  
cebant deum. Ut Plato de Le-  
gib. lib. x. Ψυχὴ—ροῦ μὲν

tem suam, qua nihil homini dedit deus ipse divinus. Itaque præclarum a majoribus accepi- 13 mus morem rogandi judicis, si eum tenemus, quæ salva fide facere possit. Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paullo ante dixi honeste amico a judice posse concedi. Nam, si omnia 14 facienda sunt, quæ amici velint : non amicitiæ tales, sed conjurations putandæ sunt. Loquor 15 autem de communibus amicitiis. Nam in sapientibus viris perfectisque, nihil potest esse tale. Damoneum et Phintiam, Pythagoreos, fe- 16 runt hoc animo inter se fuisse : ut, cum eorum

*προσταυτάντας, οὐδὲ θεόν, θεόν  
έσσα.* Noster somn. Scip. viii. 4. in persona Africani : *Deum te  
igitur scito esse*, cet. Vid. Tusc. i. 26.

*Ut ego arbitror.]* Pronomen non sine gravitate additur. De Divin. i. 3. “ Atque hæc, ut ego arbitror, veteres—probaverunt.” Adde Cic. ep. ii. 10. 8. Cortii.

13. *Si eum teneremus.]* *Si, vel utinam, eum,* ut in judicio quidem servatur, domi etiam retineremus. Haud multum enim abeft, quin exoleverit. Multi a judicibus, si non in publico, at privatim, si non verbis, at votis contendebant, ut *gratiæ plusculum etiam, quam concederet veritas, largirentur.*

*Quæ salva fide.]* Accepimus morem judicis ea rogandi, quæ salva fide facere possit.

*Ad ea pertinet.]* Respicit ad ea, quæ honeste concedi possunt.

14. *Sed conjurations.]* Hanc in sententiam Sallust. Jugurth.

xxxii. 15. “ In malis factionem esse [dicit,] quod in viris bonis amicitia est.”

16. *Phintiam.]* *Phintias* Græcum nomen ac pluribus commune fuit; et *Φινίας* & *Δάμων* a Plutarcho inter paria amicorum referuntur, et a Diod. Sic.

*Ut, cum eorum alteri.]* Adverbium *ut*, quod in rebus per exempla declarandis sæpiissime adhibetur, interdum a Cicerone eleganter ibi collocatur, ubi non satis attento lectori supervacaneum esse videri queat. Ita partit. Orator. cap. 13. “ Est autem illa varietas in argumentando et non injuncta distinctio : ut, cum interrogamus nosmet ipsos, aut percunstamur,” cet. Ibid. cap. 19. “ Aut de honestate, aut de utilitate, aut de æquitate dicendum est. De honestate sic : ut, Honestumne sit pro amico peccatum aut invidiam subire. De utilitate autem sic : ut, Sitne utile in re p. administranda versari. De æquitate

alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addicetus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset: vas factus est alter ejus fistendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi.

17 **Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam**  
**18 tertium adscriberent.** Cum igitur id, quod utiliter videtur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, jaceat utilitatis species,  
**19 valeat honestas.** Cum autem in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur, religio et fides anteponatur amicitiae. Sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officii.

**I. XI.** Sed utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, ut in Corinthi disturbance nostri. Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices

vero sic: ut, Sitne æquum amicos cognatis anteferre."

*Dionysius tyrannus.*] Superiorum intelligi, disces ex lib. v. Tus. c. 22.

*Commendandorum.*] Commendare suos vel sua morituri dicuntur, qui alicujus fidei tenua tradunt, quæ cara habent.

17. *Ad diem se recepisset.*] Cum ipso die, qui dictus five constitutus erat, revertisset.

18. *Cum igitur id.*] Cum amici causa alterutrum, vel utiliter vel honestum, postponendum videbitur: falsa illa utilitatis species negligatur, honestatis unius ratio habeatur.

19. *Anteponatur.*] Vide i. 30. 5. iii. 5. 3.

*Delectus officii.*] Deligetur id, quod officio conveniet, si etque quod rectissimum erit.

**XI. I. In Corinthi disturbance nostri.]** In Corintho revertenda. Vid. lib. i. c. 12. Ex peccatur, quod præcessit, possis per syllepsin intelligere peccaverunt. Tamen, quod sequitur Durius etiam Athenienses, malim fecerunt extrinsecus adsumere.

*Sciverunt.*] Juferunt. Scifunt, qui communis consensu decernunt.

*Æginetis.*] Ægina una e Cycladibus, e regione Atticæ, rei

præciderentur. Hoc visum est utile. Nimis 2 enim imminebat, propter propinquitatem, *Ægina* Piræo. Sed nihil, quod crudele, utile. Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam 3 qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterrinant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis 4 non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus et Scævola: usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclara, in quibus pub- 5

navalis peritia celebris, Atheniensium æmula.

2. *Propter propinquitatem.*] Hoc non inest in verbo *imminebat*. Imminere etiam ea dicuntur, quæ longe remota sunt. Ut pro Balbo, c. 14. “Cum præpotens terra mari que Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret.” Aliquoties apud Curtium Alexander imminentis *Dario*.

*Piræo.*] Alii *Piræo*. Utrumque haud vitiosum. Ipsi Athenies hunc portum suum non Πειραιᾶ solum, sed etiam, ut saepè Xenophon, τὸ Πέρατον et τὸ Πείραιον adpellaverunt, atque etiam τὸ Πειραιῶν apud Steph. Byz. legimus.

3. *Urbibus uti.*] Illi, quos Cicero dicit, *urbibus*, sive accessu ad eas, peregrinos non prohibebant; sed *urbibus uti*, i. e. in eis habere domicilium, ibique sedes rerum ac fortunatum suarum collocare vetera-

bant.

*Pennus.*] M. Junius Pennus, trib. pl. a. 628. lata lege de peregrinis, quam frustra C. Gracchus, tum quæstor, dissuasit.

*Papius nuper.*] Ante 20 annos. C. Papius, trib. pl. a. 688. duobus ante Tullii consulatum.

4. *Esse pro cive.*] Gerere se pro cive, haberi cивem et jus civitatis usurpare, honores gerere, legata et hereditates capere.

*Crassus et Scævola.*] Anno 658. (L. Crassus orator Q. Mucium Scævolam Pont. Max. in omnibus magistratibus collegam habuit, præter trib. pl. et censuram. Vid. lib. i. c. 30. 9. et c. 32. 4.) Ea lex *Licinia et Mucia* vocatur. Verum ea lege ita alienati sunt animi principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima caussa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit.

licæ utilitatis species præ honestate contemni-  
tur. Plena exemplorum est nostra res publica,  
cum sæpe, tum maxime bello Punico secundo:  
quæ, Cannensi calamitate accepta, majores ani-  
mos habuit, quam umquam rebus feeundis.  
7 Nulla timoris significatio, nulla intentio pacis.  
Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis ob-  
scuret. Athenienses cum Persarum impetum  
nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut  
urbe relicta, conjugibus et liberis Trœzene  
depositis, naves conscenderent, libertatemque  
Græciæ classe defenderent; Cyrsilum quem-  
dam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxes-  
9 que reciperent, lapidibus cooperuerunt. Atqui  
ille utilitatem sequi videbatur: sed ea nulla  
10 erat repugnante honestate. Themistocles post  
victoriam ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit  
in concione, se habere consilium rei publicæ sa-  
lutare, sed id sciri opus non esse. Postulavit,

6. *Bello Punico secundo.]* Le-  
ge Liv. lib. xxiii. 14. Flor. lib.  
ii. 6. 31.

8. *Athenienses.]* Vid. Cornel.  
Them. c. 2.

*Statuerentque, ut.]* Dictum  
est, quemadmodum illud ad  
Att. xvi. 10. “Constitueram,  
ut ii. Idus aut Aquini mane-  
rem, aut in Arcano.”

*Trœzene.]* Ablativus a Trœ-  
zen. Græce Τροιζὴν, Argolidis  
urbis clarissima in Peloponne-  
fo, quam barbari Trœzenam di-  
cebant, Cicero et æquales Trœ-  
zena appellabant.

*Cyrsilum.]* Κυρσίλον, cuius et  
Demosthenes meminit περὶ τη-

φάρω. Alius ab hoc fuit Lycidas senator, qui Mardonii con-  
ditiones accipiendas suaferat apud Herodot. lib. ix. pr.  
quem ob eamdem caussam Athenienses necarunt.

*Lapidibus cooperuerunt.]* In  
Verr. i. 46. “Lapidibus co-  
operatus esset in foro.”

10. *Id sciri opus non esse.]* Divulgatum enim id irritum  
futurum. Hic *opus esse* non  
necessæ, sed utile *esse* significat.  
Quemadmodum Græcis ἔγος,  
ita *opus* Latinis est *utile*. Infra  
xxxii. 10. “Quod ipsi *opus*  
*esse* videretur.” Contra *non o-*  
*pus est*, δὲν ἔγος, significat *in-*

ut aliquem populus daret, quicum communi-  
caret. Datus est Aristides. Huic ille, classem 11  
Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gy-  
theum, clam incendi posse: quo facto frangi  
Lacedæmoniorum opus necesse esset. Quod 12  
Aristides cum audisset, in concionem magna  
exspectatione venit, dixitque, perutile esse con-  
sillum, quod Themistocles afferret, sed minime  
honestum. Itaque Athenienses, quod honestum  
non esset, id ne utile quidem putaverunt: to-  
tamque eam rem, quam ne audierant quidem,  
auctore Aristide repudiaverunt. Melius hi, 13  
quam nos, qui piratas immunes, socios vestigia-  
les habemus.

XII. Maneat ergo; quod turpe sit, id num- 1  
quam esse utile: ne tum quidem, cum id, quod  
esse utile putes, adipiscare. Hoc enim ipsum

*utile est, et, κατὰ λιτότητα, ob-  
est, nocet.* De Or. ii. 73. “Quod non solum, quod opus esset,  
dices, sed etiam, quod non opus esset, non dices.” Læl.  
xiv. 9. “Atque haud scio, an  
ne opus sit quidem.”

11. *Quæ subducta esset.]* Tempestatisbus subducta et in  
navali constituta.

*Gytheum.]* Gythium et Gy-  
theum, penultima longo, Latine.  
Græce Γύθιον et Γύθεον di-  
citur Lacedæmoniorum hæc  
statio navalis: de qua Liv. lib.  
xxxiv. 38.

12. *Magna exspectatione.]* Ve-  
nit in concionem populi co-  
gnoscendæ rei exspectatione  
suspenſi.

13. *Piratas immunes habe-  
mus.]* Non loquitur de piratis  
Cilicibus, quos Pompeiopolin  
transtulerat Pompeius; sed de  
iis, qui eo ipso tempore pirati-  
cam impune faciebant. Nam  
civilis belli licentia multis præ-  
dandi licentiam fecerat. De  
Pompeii actis non ita facile fo-  
let detrahere.

*Socios vestigiales.]* Maffiliens-  
es, Dejotarum, Gallogræciae  
regem, et alios, qui a Pompeii  
partibus steterant.

XII. 1. *Maneat.]* Pro certo  
habeatur. Pro Mil. c. 4. extr.  
“Quapropter hoc maneat in  
causâ judices.”

*Hoc enim ipsum utile putare.]*  
Hoc ipsum, quod quis utile

utile putare, quod turpe sit, calamitosum est.  
 2 Sed incidunt, ut supra dixi, sœpe caussæ, cum re-  
 pugnare utilitas honestati videatur, ut animad-  
 vertendum sit, repugnetne plane, an possit cum  
 3 honestate conjungi. Ejus generis hæ sunt quæ-  
 stiones: Si, exempli gratia, vir bonus Ale-  
 xandria Rhodum magnum frumenti numerum  
 advexerit in Rhodiorum inopia, et fame, sum-  
 maque annonæ caritate: si idem sciat, com-  
 plures mercatores Alexandria solvisse, navef-  
 que in cursu, frumento onustas, petentes Rho-  
 dum, viderit: dicturusne sit id Rhodiis, an si-  
 4 lentio suum quam plurimo venditur? Sapi-  
 entem et bonum virum fingimus: de ejus deli-  
 beratione et consultatione quærimus: qui cela-  
 turus Rhodios non sit, si id turpe judicet; sed  
 5 dubitet, an turpe non sit. In hujusmodi caussis  
 aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno et

putat, αὐτὸς τὸ ἡγεμονεῖαν. Lib. ii.  
 c. 24. "Ut hoc ipsum eum  
 delectaret peccare." Paradox.  
 iii. pr. "Ipsum quidem pec-  
 care, quoquo te verteris, unum  
 est."

2. *Ut supra dixi.] Cap. 10.*  
 pr.

3. *Alexandria.] Urbe illa  
 Ægypti copiosissima, unde im-  
 mensa frumenti copia expor-  
 tari solebat.*

*Frumenti numerum.] Numerus  
 de iis etiam dicitur, quæ me-  
 tiri solemus, neque id tamen  
 improprie. Intelligitur enim  
 modiorum numerus, non gran-  
 orum. Hirt. de Bell. Afr. c. 8.*

"Quod ibi magnum nume-

rum frumenti esse audiebat."

4. *De ejus deliberatione.]*  
 Quid talis vir deliberatus sit,  
 qui Rhodios celatus non sit.

*Dubitet, an turpe non sit.]*  
 Ejus sententia eo inclinare pos-  
 fit, ut non turpe putet.

5. *Diogeni Babylonio.] Clari  
 nominis Stoico, Antipatri Tar-  
 sensis et Panætii præceptoris.  
 Eum Atheniensis cum Carne-  
 ade et Critolao Romanam lega-  
 tum miserunt Africano mino-  
 re iterum consule; quos Cato  
 major, Romanæ juventuti a  
 peregrinis disputationibus me-  
 tuens, citius ad suas scholas re-  
 mitti curavit.*

gravi Stoico: aliud Antipatro, discipulo ejus, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni, venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine insidiis agere; et quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi,<sup>6</sup> exposui, vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum major est copia: cui fit injuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte: Quid ais? Tu cum hominibus consulere debeas, et servire humanæ societati, eaque lege natus sis, et ea habeas principia na-

*Antipatro.*] Tarsensi, Panætii præceptor, sed ejusdem Diogenis discipulo. Hoc Antipatro posterior fuit Antipater Tyrius, de quo ii. 24. 8.

*Omnia patefacienda.*] Supplevidentur.

*Jure civili.*] Cujusque civitatis jure, Romæ quidem edito maxime ædilicio. Aliter *jus civile* interpretabimur infra c. 16. pr.

*Quam optime vendere.*] Cum aliquo lucro.

6. *Advexi.*] Mercator ipse per προσωποποίαν loquens inducitur.

*Cum major est copia.*] Quando plures naves frumento onustæ portum subierint. Mercibus suis secundum annonam fori, quam deprehendunt, pretium statuere solent negotiatorres. Ii igitur, qui foro sciunt uti, quum vident, rerum, quas ipsi venales advehunt, ma-

gnam copiam ab aliis eodem convectam esse; suas merces paullo minoris, quam alii vendunt. Ita parvæ pecuniæ jaætura sæpe magnum damnum redimunt, quod ex eo nascetur, si merces suas aut post longam demum moram vendere, aut alio asportare cogarentur. Dicere itaque videtur ille, qui a Diogene inducit, frumentarius, fortasse etiam vendo meum triticum minoris, quam ceteri frumentarii, cum major est copia tritici per alios mercatores advehti et expositi.

7. *Exoritur Antipatri ratio.*] Ex altera parte Antipater existit atque ita argumentatur.

*Tu cum.*] Copulanda sunt *tu celabis.*

*Ea habeas principia naturæ.*] Cum a natura ea principia tibi data sint, ut et aliis prodeesse deceat, quod tibi sit utile.

turæ, quibus parere, et quæ sequi debeas, ut utilitas tua communis sit utilitas, vicissimque communis utilitas tua sit; celabis homines, 8 quid iis adsit commoditatis et copiæ? Respondebit Diogenes fortasse sic, Aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico, quæ natura deorum sit, qui sit finis bonorum: quæ tibi plus prodeßent cognita, quam tritici vilitas. Sed numquid, quod tibi 9 audire utile est, id mihi dicere necesse est? Immo vero, inquiet ille, necesse est, si quidem meministi, esse inter homines natura conjunctam societatem. Memini, inquiet ille: sed num ista societas talis est, ut nihil suum cujusquam sit? quod si ita est, ne vendendum quidem quidquam est, sed donandum.

1. XIII. Vides in hac tota disceptatione non illud dici, Quamvis hoc turpe sit; tamen, quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, ut turpe non sit: ex altera autem parte, ea re, 2 quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse norit, ceteri ignorent: pestilentes sint, et habentur salubres: ignoretur, in omnibus cubiculis

8. *Quam tritici vilitas.*] Plus tibi profuturum sit scire quid sit deus, quid sit summum bonum, quam tritici vilitas tibi prodest.

10. *Ut nihil suum cujusquam sit.*] Ut nemo quidquam habeat proprium.

XIII. 1. *Quamvis hoc—turpe non sit.*] Orationis inæqualitas,

de qua vide ii. 5. 8.

*Ex altera autem parte, ea re.]* Ex altera parte dici, ea re, id est, ideo, non esse faciendum, quia turpe sit.

2. *Vendat ædes.]* Si exempli gratia vir bonus ædes vendat.

*Pestilentes.]* Salubri aëre substitutæ, unde morbi nascuntur.

apparere serpentes: male materialia sunt, ruinosa; sed hoc, praeter dominum, nemo sciat. Quæro, si hæc emtoribus venditor non dixerit,<sup>3</sup> ædesque vendiderit pluris multo, quam se venditum putarit, num [id] injuste aut improbe fecerit. Ille vero, inquit Antipater. Quid est<sup>4</sup> enim aliud, erranti viam non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis sanctum est, si hoc non est emtorem pati ruere, et per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus etiam<sup>5</sup> est, quam viam non monstrare. Nam et scientem in errorem alterum inducere. Diogenes<sup>6</sup> contra: Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est? Ille, quod non placebat, proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quod si qui<sup>7</sup> proscribunt VILLAM BONAM BENEQUE AEDI-

*Male materialia.*] Si materia, lapides, ligna sunt vitiosa.

*3. Num id injuste aut improbe.*] Id eleganter omittitur. Conf. x. 2. "Poterat videri facere injuste." *Injuste* et *improbe* differunt quidem; nec tamen plane sunt diversa. *Injuste* agit, qui jus violat; *improbe*, qui modum non servat. Aut vero non semper disjungit, sed aliquando etiam minuit, ut sensus sit, *injuste aut faltem improbe*, id est, cupide, immoderate.

*4. Ille vero, inquit Antipater.*] Ille vero est, utique ille injuste improbeque fecerit.

*Quid est enim aliud.*] Vid. ii. 23. 12.

*Athenis exsecrationibus publicis sanctum est.*] Alii sanctum,

quod vix differt. Hoc vult Cicero, exsecrationibus publicis obnoxium esse, dirisque devo- veri, qui viam non monstrarit erranti. Vid. i. 16. 6. *Publicas autem exsecrationes* appellare videtur eas, quæ ex lege, in concione populi, per præconem, interdum per sacerdotes fiebant.

*Emtorem pati ruere.*] Si quis patitur emtorem ruere et in fraudem incurrere.

*5. Scientem.*] Ne copules cum alterum, sed subaudias te, qui vendor es.

*7. Proscribunt villam bonam.*] Qui proscriptionis tabulæ hæc verba inscribunt: VILLAM BONAM BENEQUE AEDIFICATAM, subaudi vendo. Proscribi dicuntur, quæ proposito libello vel

**FICATAM**, non existimantur fefelleris, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione; multo minus, qui domum non laudarunt. Ubi enim judicium emtoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Quid vero est stultius, quam venditorem, ejus rei, quam vendat, vitia narrare? Quid autem tam absurdum, quam si domini jussu ita præco prædicet? **DOMUM PESTILENTIAM VENDO.** Sic ergo in quibusdam cauissimis dubiis ex altera parte defenditur honestas, ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit, sed etiam, non facere, turpe. Hæc est illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis saepe diffensio. Quæ dijudicanda sunt. Non enim, ut quæreremus, exposuimus, sed ut explicaremus. **Non igitur** videtur nec frumentarius ille Rhodios, nec hic ædium venditor celare emtores debuisse. Neque enim id est celare, quidquid

adfixa tabula venalia esse significantur.

*Ubi enim judicium emtoris est.]* Ubi res venalis emtoris oculis est exposita, et suo ille judicio uti possit.

**8. Diarium.]** Non quæcumque commendandæ rei venalis gratia dicta sunt, præstare cogitur venditor.

**10. Quæ dijudicanda sunt.]** Meum de iis judicium expoundendum est.

*Ut quæreremus.]* Ut quæsti-

ones tantum in medium adferremus, easque inexplicatas relinqueremus; sed ut nostram de iis sententiam pronuntiemus.

**11. Frumentarius.]** Supple negotiator.

*Neque enim id est.]* Sic abundant id de Fin. ii. 14. pr. “Id sequi volunt, quodcumque verisimile videatur.”

*Quidquid reticeas.]* Celare non est, reticere aliquid, qualcumque id sit.

reticeas : sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui caussa velis eos, quorum intersit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit,<sup>12</sup> et cujus hominis, quis non videt ? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni : versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Hæc tot, et alia plura, nonne inutile est vitiorum subire nomina ?

XIV. Quod si vituperandi sunt, qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt ? C. Canius, eques<sup>2</sup> Romanus, nec infacetus, et satis litteratus, cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi caussa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuissest, Pythius ei<sup>3</sup> quidam, qui argentariam faceret Syracusis, ve-

12. Nonne inutile est.] Non modo, quod non prodest, sed etiam quod obest, quod dampnum aut perniciem adfert, per λατρεῖαν Latini *inutile* dicunt. Hoc docuit etiam Clarkius ad Iliad. B. 269. ubi eamdem significationem vocabuli ἀχρεῖος illustrat. Vid. xi. 10.

XIV. 1. *Orationis vanitatem.*] Mendacia.

2. *C. Canius.*] Non recte hujus gentis nonien, cuius primam syllabam saepius producit Martialis, a cane ducitur.

*Nec infacetus, et satis.*] Infac-

cetus, ut *impartiens* i. 42. 8. De nec, et, vid. i. 21. 8. Facetum sane hujus hominis commentum legimus de Or. ii. 69. extr.

*Satis litteratus.*] Mediocriter. ii. 25. 5.

*Hortulos aliquos.*] Quos hic *hortulos* appellat Cicero, eosdem infra n. 6. *villam* vocat. Praedium igitur suburbanum villamque cultiorem, oblectationi magis, quam redditibus aptam, signare videtur.

3. *Argentariam.*] Subaudi *negociationem*. Vid. xiii. 11. Errat ἀγγυροπέπτης, ἀγγυρομο-

nales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis : et simul ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum  
 4 diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit, et ab his petitivit, ut ante suos hortulos postridie pescaren-  
 5 tur : dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam tempore venit Canius : opipare a Pythio apparatum convivium : cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisque, quod ceperat, affrebat : ante pedes Pythii pisces abjiciebantur.  
 6 Tum Canius, Quæso, inquit, quid est hoc, Pythi ? tantumne piscium, tantumne cymbarum ? Et ille, Quid mirum ? inquit ; hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium ; hic aquatio : hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio, ut vende-  
 7 ret. Gravate ille primo. Quid multa ? im-

*655*, qui numos permutaret et quasi venderet.

*Syracusis.]* Regia olim Sicilie urbe.

*Hominem.]* Id est *eum*, Canium. Ponitur *homo* eleganter pronominis vice.

*4. Promisisset.]* Subint. *ad cœnam ex Plin. Epist. i. 15. pr. ubi leges Cortium.*

*Pythius, qui esset.]* Sic etiam Cic. Epist. vii. 24. 5. “ Ille autem, qui sciret, se nepotem bellum tibicinem habere, discessit a me.” Horat. lib. i. Sat. iii. 4.

— *Cæsar, qui cogere posset.*

*Apud omnes ordines gratiosus.]* Nam argentiorum opera late patebat, qui in pecunia fenore danda aut accipienda, in contrahendis rebus, in auctionibus aliquique pluribus, multos sibi obstringebant.

*5. Tempore.]* Quo convene- rat, tempestive, nec maturius, nec serius.

*Opipare.]* Exquisitis copiis adornatum convivium.

*6. Hoc loco est.]* Omnes, qui Syracusanas mensas instruunt, hoc loco pisces capiuntur.

*Hic aquatio.]* Unde dulcis aqua petenda est.

petrat. Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit et emit instructos. Nomina facit, negotium conficit. Invitat Canius 8 postridie familiares suos. Venit ipse mature: scalmum nullum videt: quærerit ex proximo vicino, num feriae quædam pescatorum essent, quod eos nulos videret. Nullæ, quod sciām, inquit [ille,] sed hic pescari nulli solent. Itaque heri mirabar, quid accidisset. Stomachari 9 Canius. Sed quid faceret? Nondum enim Aquillius, collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas. In quibus 10

7. *Emit instructos.*] Cum omni horti instrumento, cum omnibus ornamentis.

*Nomina facit.*] Creditor Pythius nomina facit. Majore interpunctione a præcedentibus hæc secrevi, quia de Canio accipi nullo modo possunt. Sæpe vero veteres in dictis factisque duorum alternis commemorandis, ubi ex ipsa re, quid quisque dixerit aut fecerit, existimari posset, personarum discrimina nominatum interponere negligebant. Nec omissionis nominis Pythii hoc loco magis insolens mihi videtur, quam paullo ante in verbo *impetrat* personæ Canii suppressione. Hoc ellipsoes genus illustrant illa Cæsaris de B. Gall. i. 18. 2. “Quærerit [Cæsar] ex solo [Lisco] ea, quæ in conventu dixerat. Dicit [Liscus] liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis reperit [Cæsar] esse vera.”

8. *Scalmum nullum.*] Pars

navigii est *scalmus*, illud scilicet lignum, cui remi alligantur.

*Quod eos nulos videret.*] Dictum est ut ea permulta collegit, lib. i. c. 45. pr. Lib. ii. 1. 8. “Cum autem respubl. nulla esset omnino.” Pro Rosc. Amer. c. 44. “Hæc bona in tabulas publicas nulla redierunt.”

9. *Aquillius collega.*] C. Aquillius Gallus, Q. Mucii Scævolæ pontificis adsestor, Ciceronis collega in prætura, qui primus actionem de dolo malo constituerat.

*De dolo malo formulas.*] Certam de dolo malo agendi rationem verborumque follemnum præscriptionem.

10. *In quibus ipsis.*] Sententia est: Aquillius in formulis illis proferendis (vide supra ii. 18. 4.) actionibusque de dolo malo præscribindis, consultoribus ex ipso quærentibus, quid esset dolus malus, responderet solebat, cet. Simile est

ex eo quæreretur, quid esset dolus malus: respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo et Pythius, et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nullum igitur factum eorum potest utile esse, cum sit tot vitiis inquinatum.

- 1 XV. Quod si Aquilliana definitio vera est, ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est. Ita nec, ut emat melius, nec ut vendat, quidquam simulabit, aut dissimulabit vir bonus.
- 2 Atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus (ut tutela duodecim tabulis, circumscriptio adolescentium lege Lætoria) et sine lege judi-

illud Topic. ad Trebat. c. 7. extr. "Solebat igitur Aquilius, collega et familiaris meus, cum de litoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærerentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire, qua fluctus illideret."

*Ab homine perito definiendi.]* Quales erant jureconsulti, e Stoicorum præsertim disciplina.

XV. 2. *Ut tutela.]* Subaudi male administrata, mala.

*Circumscriptio adolescentium.]* Dolus, quo adolescentes, qui sui juris non sunt, in fraudem illicitentur.

*Lege Lætoria.] Legis Platoriae* sive *Lætoriae* (eamdem enim familiam esse docet Car. Patin. in Fulv. Urs. fam. Rom. p. 210.) latæ a. 490. a M. Læ-

torio Planciano, fr. pleb. minuit Cicero de Nat. Deor. iii. 30. et Suetonius apud Priscian. *Lætoria*, quæ vetat minorem annis XXV. stipulari, (signif. pas- siv.) ἐπεγωταύδαι.

*Et sine lege judiciis.]* Dolus malus vindicatus erat etiam illis judiciis, quæ non legibus, sed ex æquitate prætoris exercabantur, qua, quod legibus deerat, supplebatur. Ea vero judicia dicebantur bonæ fidei, (c. xvii. 8.) ad quæ referebantur primum contractus bonæ fidei, (qui non sunt stricti juris,) quibus accommodari solebant hæc verba ex bona fide; (et primam hanc speciem significat Cicero verbis: *fine lege jud. in qu. add. EX F. B.* Sunt autem e. g. *tutela, societas, emtio, venditio, locatio, conductio, man-*

ciis, in quibus additur EX FIDE BONA. Reli- 3  
 quorum autem judiciorum hæc verba maxime  
 excellunt, in arbitrio rei uxoriæ, MELIUS AE-  
 QUIUS: in fiducia, INTER BONOS BENE  
 AGIER. Quid ergo? aut in eo, quod MELIUS 4  
 AEQUIUS, potest ulla pars inesse fraudis? aut,  
 cum dicitur, INTER BONOS BENE AGIER,  
 quidquam agi dolose, aut malitiose potest? Do- 5  
 lus autem malus in simulatione, ut ait Aquil-  
 lius, continetur. Tollendum est igitur ex re-  
 bus contrahendis omne mendacium. Non inli- 6

*datum) deinde fiduciæ, quarum  
 sollemnisi formula erat, ut inter  
 bonos bene agier oportet et sine  
 fraude, tum res uxoria, in qua  
 his verbis utebantur, quantum  
 æquius melius.*

*Ex fide bona.]* Verbum agi-  
 tur subintelligi potest. Nihil  
 frequentius, quam in formulisi  
 verba subaudiri. Cic. Topic.  
 ad Trebat. c. 17. “In omni-  
 bus igitur iis judiciis, in qui-  
 bus ex fide bona est addi-  
 tum.”

*3. Reliquorum autem judicio-  
 rum.]* Scil. bonæ fidei; quæ  
 item sine lege fiunt.

*In arbitrio rei uxoriæ.]* Res  
 uxoria est dos, id est, uxoris  
 bona, quæ facio divertio ei  
 reddenda sunt. De his non ju-  
 dices, sed arbitri cognoscere so-  
 lebant, qui ex bono et æquo  
 pronuntiare poterant nullis le-  
 gibus adstricti.

*Melius æquius.]* Hæc for-  
 mula in omnibus arbitriis, non  
 uxoriæ tantum rei, præscripta  
 erat, ut patet ex oratione pro  
 Roscio Comœd. c. 4. In judi-

ciis certa et definita summa  
 petebatur, caussamque perde-  
 bat, qui uno numo plus, quam  
 debebatur, petierat: in arbitriis,  
 quantum melius æquius  
 esset sibi dari, postulare quis  
 solebat, et minus semper,  
 quam postulabatur, auferebat,  
 tantum scilicet, quantum me-  
 lius et æquius arbitro visum  
 fuerat. Vid. Cicer. Topic. c.  
 17.

*In fiducia.]* Fiduciam acce-  
 pisse dicitur, cuicunque res  
 aliqua ea lege mancipatur, ut  
 mancipanti aliquando reman-  
 cipet. Hinc in emancipatione,  
 cum semel iterumque manu-  
 missus filius in patris potesta-  
 tem recidisset, tertiae manci-  
 pationi accedebat *contraetus fiduciæ*, eaque conditione pater  
 naturalis filium emtori man-  
 cupabat, ut *pater fiduciarius*  
 cum patri remanciparet.

*Inter bonos.]* Conf. infra c.  
 xvii. 7.

*5. Ex rebus contrahendis.]*  
 Contractibus. i. 5. 2.

*6. Inlicitatorem.]* Emtorem

citatorem venditor, non qui contra liceatur, emtor apponet. Uterque, si ad eloquendum 7 venerit, non plus, quam semel, eloquetur. Q. quidem Scævola, P. F. cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emtor erat, seniel indicaretur, idque venditor ita fecisset: dixit, se pluris æstis mare: addidit centum milia. Nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget; sapientis, negant: 9 ut si minoris, quam potuisset, vendidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius ‘Nequic-

simulatum, qui alios licitantes  
licitando supereret, eoque rerum  
venalium pretia accendat.

*Qui contra liceatur, emtor apponet.]* Adverbium *contra* est ex altera parte, viciissim: quemadmodum *contra amare, contra adspicere, contra ferre manum et similia* dicuntur. Licitator ab emtore subornatus non modo, quum primitus licitatur, pecuniam offert minimam, eaque licitatione pretium rei deprimit: sed subinde etiam alios interdum ipsum illum, cuius emitioni inservit licitando superat. Id vero tam cunctanter, tam maligne facit, ut hominibus persuadeat, non magni rem esse, cuius adeo exiguum pretium, neque hoc sine multa hæsitatione, deferatur.

*Si ad eloquendum venerit.]* Venditor pretium ex æquitate statuat, idque semel indicet: emtor, utrum in id consentire possit, nec ne, sine verborum ambagibus dicat.

7. *Q. quidem Scævola P. F.]* i. 32. 4.

*Semel indicaretur.]* Indicare est *pretium rei dicere*, quod venditoris est, ut *liceri emtoris*. *Semel* significat, einmal für allemal. Quintil. x. 1. 7. “Ut semel dicam.”

*Addidit centum milia.]* Adjectit summæ, quam venditor postulabat, *centum milia æris*, id est, duo milia florenorum, sive mille unciales. De *milia uno L exscripto* vide supra ii. 21. 6.

8. *Ut, si minoris quam potuisset vendidisset.]* Sapientis id esse negant Epicurei eorumque similes, quod Scævola fecit, ut, vel *veluti* sapientis non esset, si idem Scævola aliquem fundum *minoris, quam potuisset, vendidisset*.

9. *Illa pernicies.]* Pestifera quorumdam hominum opinio.

*Ex quo.]* Unde, ex quo errore.

*Ennius.]* In Medea ex Euripide conversa: cuius duas Medeas fuisse docti viri existimant. Nam in ea, quæ existat, neque hi, neque alii plu-

quam sapere sapientem, qui ipse sibi prodeesse non quiret.' Vere id quidem, si, quid esset *prodeesse* mihi cum Ennio conveniret. Hecatō- 10 nem quidem Rhodium, discipulum Panætii, video in iis libris, quos de officiis scripsit Q. Tüberoni, dicere, Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neque enim solum nobis 11 divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque rei publicæ. Singulorum enim facultates et copiæ, divitiæ sunt civitatis. Huic Scævolæ factum, de quo paullo ante dixi, 12 placere nullo modo potest. Etenim qui omnino

yes versus extant, qui a priscis referuntur. Græcus tamen licet Euripidis licet Menandri versus legitur apud Cic. xiii. Epist. 15. Μισῶ σοφίσκην, ὅτις ἡχεύει τῷ σοφός. vii. 6. extr. "Qui ipse sibi sapiens prodeesse non quit, nequidquam sapit."

Vere id quidem.] Vere id quidem dictum faterer, si, quid sit *prodeesse*, mecum conveniret Ennio. Ennius enim cum vulgo locutus est, Cicero cum Stoicis sentit, quibus nihil utille videtur, quod non idem sit honestum. Tusc. Quæst. iii. 19. "Conveniet mihi cum Epicuro, si, quid esset bonum, conveniret."

10. *Hecatonem.*] Claram Africani minoris fere tempore. Vide etiam cap. 23. pr.

*Q. Tuberoni.*] Q. Elius Tuberō, Q. filius, L. Æmilii Paulli ex filia nepos, Africani minoris sororis filius, Stoicus. Prætor fuit a. 630. post repul-

sam, quam perversa frugalitate sua in Africani minoris funere meruerat.

*Habere rationem rei familiaris.*] Rem quærere et augere, et vel ex alterius imprudentia quæstum facere, modo id per leges et mores fieri possit. Hanc sententiam Cicero reprehendit.

11. *Neque enim—volumus.*] Cicero in cōmemorando philosophi Rhodiidicto, quod prisci saepe faciebant, ex obliquo dicens genere in orationem directam transit.

*Nobis divites.*] Divitias parare, quæ nostris tantum usibus sufficiant.

*Singulorum facultates.*] Dives est respubl. cuius singuli cives sunt divites.

12. *Huic.*] Hecatoni huic placere non potest Mucii factum.

*Etenim omnino.*] Etenim significat at, at enim, enimvero.

tantum se negat facturum compendii sui caussa,  
quod non liceat, huic nec laus magna tribu-  
enda, nec gratia est. Sed siue simulatio et dis-  
simulatio dolus malus est; perpaucæ res sunt,  
in quibus dolus iste malus non versetur: siue  
vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, no-  
cet nemini; certe istum virum bonum non fa-  
cile reperimus. Numquam igitur est utile pec-  
care, quia semper est turpe: et quia semper est  
honestum virum bonum esse, semper est utile.

1 XVI. Ac de jure quidem prædiorum finci-  
tum apud nos est jure civili, ut in his venden-  
dis vitia dicerentur, quæ nota essent venditori.  
2 Nam, cum ex duodecim satis esset ea præstari,

Cat. Maj. v. 10. "Etenim,  
cum complector animo, repe-  
rio quatuor caussas."

*Quod non liceat.]* Quantum  
non liceat, tantum se negat  
facturum. Vide supra x. 6.

13. *Sed siue simulatio—sem-  
per est utile.]* Haec duæ periodi  
in hunc sere modum cum su-  
perioribus connecti videntur;  
Si quis fatetur, se compendii  
sui caussa facturum, quidquid  
per mores, leges atque instituta  
civitatis liceat: tantum abest,  
ut ei magna laus aut gratia  
tribuenda sit; ut in omnium  
ejusmodi hominum dictis fa-  
ctisque dolus malus versetur,  
nec ipsi virorum bonorum no-  
mina tueri possint. Hoc quia  
turpe est, utile esse non pot-  
est.

*Reperimus.]* Præsens tempus,  
sicut paullo ante Cicero dixerat

*perpaucæ res sunt.*

XVI. 1. *De jure prædiorum.]*  
De eo, quod justum sit in ven-  
dendis prædiis, id est, fundis,  
villis, domibus.

*Jure civili.]* Disputationibus,  
quas vocant, fori, interpreta-  
tione prudentium: quod pro-  
prium est *jus civile*. Vide xvii.  
3. Multa enim juris capita  
post duodecim tab. per inter-  
pretationem invexerunt J. C.  
ob eam rem *juris auctores I.*  
*conditores* appellati.

2. *Ex duodecim.]* Secundum  
(i. 16. 7.) leges xii. tabularum,  
ex earum præscripto.

*Ea præstari.]* *Vitia præstat*,  
qui, quidquid ex iis incom-  
modi est, in se recipit, idque  
luit. *Lingua nuncupata* sunt:  
verbis expressa, a venditore,  
quarente eintore, nominativum  
indicata.

quæ essent lingua nuncupata, quæ qui infitiatus esset, dupli pœnam subiret: a jure consultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quid-3 quid enim esset in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Ut, cum in arce augurium 4 augures acturi essent, jussissentque Ti. Claudium Centumalum, qui ædes in Cœlio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis, Claudius proscriptit insulam, vendidit; emit P. Calpurnius Lanarius. Huic ab augu-5 ribus illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius cum demolitus esset, cognossetque, Claudium ædes postea proscriptisse, quam esset ab auguribus demoliri jussus, arbitrum illum

*Quæ qui infitiatus.]* Cumque is, qui ea infitiatus esset quærenti emtori, dupli pœnam subiret; ut, si damnum esset mille HS. bis mille ille præstaret.

*Reticentiæ pœna.]* Ut ea quoque vitia præstaret, de quibus emtor non quæserat. Hæc pœna actione redhibitoria persequenda est.

3. *Nisi nominatim dictum.]* Emtori a venditore. Nam si quis sciens emit, quæ vitiosa sunt, redhibitioni locus non est.

4. *In arce.]* Capitolina, qui auguriis captandis sacratus erat locus.

*Ea quorum altitudo.]* Non æles, sed ea demolienda fuerunt, quorum altitudo auspiciis officerat.

*Proscriptit insulam.]* De proscriptione ædium dictum est xiii. 7. *Insula antiquitus dicta est domus, quæ ab aliis esset separata, nec communibus patribus cum vicinis ædibus jungeretur.*

*P. Calp. Lanarius.]* Plutarchus narrat, Livium Salinatorem, Sertorii legatum, in Hispania obtruncatum esse insidiis Καλπουργία τινὸς ἐπίκλησι Λαναρίου. Hunc ipsum Calpurnium Claudianarum ædium emtorem fuisse, suspicantur.

5. *Arbitrum illum adegit.]* Dici videtur omissa præpositio, pro ad arbitrum. Pro Rosc. Com. cap. 9. "Cur non arbitrum pro focio adegeris Q. Rosciū, quæro."

a degit, **QUIDQUID SIBI DARE FACERE O-  
6 PORTERET EX FIDE BONA.** M. Cato sen-  
tentiam dixit, hujus nostri Catonis pater. Ut  
enim ceteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud  
7 progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur  
judex ita pronuntiavit, cum in venundando rem  
eam scisset, et non pronuntiasset, emtori da-  
mnum præstari oportere. Ergo ad fidem bonam  
statuit pertinere, notum esse emtori vitium,  
8 quod nosset venditor. Quod si recte judicavit,  
non recte frumentarius ille, non recte ædium  
pestilentium venditor tacuit. Sed hujus modi  
reticentiae jure civili omnes comprehendi non  
possunt: quæ autem possunt, diligenter tenen-  
9 tur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster,

*Quidquid fibi dare facere opor-  
teret.]* Respicit ad formulam  
stipulationis: *promittitne, quid-  
quid te dare facere oportet?* Re-  
spondebat, *promitto.* Hujus  
stipulationis ea vis erat, ut da-  
mnum præstaretur, quod præ-  
stari deberet *ex fide bona.*

*6. M. Cato sententiam dixit.]* Tamquam arbiter.

*Hujus nostri.]* Catonis Utii-  
censis, qui patre erat clarior.  
Decepsit Catonis minoris pater,  
cum præturam peteret, anno  
Ciceronis 16.

*7. Is igitur.]* Igitur conti-  
nuat orationem. i. 1. 3.

*In venundando.]* Cum ædes  
vendidisset. Meliores: *vendun-  
do.*

*Emtori damnum præstari o-  
portere.]* Emtori dari oportere,  
æstimatione facta quanti ejus

interesset. Vid. n. 2.

*Notum esse.]* Indicari, dici.  
8. *Frumentarius ille.]* De quo  
cap. 12.

*Ædium pestilentium venditor.]*  
Cap. 13.

*Reticentiae.]* Reticendi ratio-  
nes. i. 22. 15.

*Tenantur.]* Jure et legibus te-  
nentur, quæ prohibentur et  
vindicantur, quæ poenæ legum  
obnoxia sunt.

9. *Propinquus noster.]* Cicero-  
nis avo nupta fuerat M. Gratidi-  
ni Arpinatis soror, quod ipse  
testatum reliquit de Leg. iii.  
16. Ejus vel nepos, ut quidam  
malunt, vel filius adoptatus a  
M. Mario, C. Marii septies  
consulis fratre, ideoque dictus  
est *Marius Gratidianus.* Vid.  
infr. xx. 3.

C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Eæ [Sergio] serviebant: sed hoc in mancípio Marius non dixerat. Adducta res in judicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat An- 10 tonius. Jus Crassus urgebat, quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo jure esset, teneret. Quorsum hæc? ut illud intelligas, non 11 placuisse majoribus nostris astutos.

### XVII. Sed aliter leges, aliter philosophi tol- 1

*C. Sergio.]* Hic C. Sergius Silus Orata præturam gessit anno Cic. 10. Cognomen *Oratæ*, sive *Auratæ* a piscis genere habuit, quo maxime delectari solitus est *homo ditissimus et deliciosissimus*. Rustici aurum dicebant *orum*, ut auriculas *oricularas*.

*Eæ serviebant.]* Non totæ quidem, sed tamen ex parte. *Servire* dicuntur ædes et prædia, in quibus vicini prædii domino aliquid ad sui prædii utilitatem agendi vel habendi jus constitutum est, quod communī jure agere vel habere non liceat. Urbanum prædiū servit vicino, cuius stillicidium recipit, cuius tignum parieti inmissum sustinet, cuius lumini prohibetur officere, et quæ sunt alia, de quibus vide librum viii. Pandectarum. Nomen *Sergii* male invectum

est. Absolute Cicero dicere potuit *eæ serviebant*, quemadmodum de Or. i. 39. “Cum enim Marius Gratidianus ædes Auratæ vendidisset, neque, servire quandam earum ædium partem, in mancipio lege dixisset,” cet. De Leg. Agrar. iii. 2. “Capite hoc omnia [prædia] quæ serviebant, non servient.”

*In mancípio.]* In mancípio faciendo, id est, in transferendo dominio. *Mancipium* enim est, rei alicujus traditio.

10. *Crassus.]* De quo i. 30. 9.  
*Antonius.]* Vide ii. 14. 8.

Quod vitii.] Vide i. 6. 5.

*Qui illas ædes vendidisset.]* Quippe qui illas.

*Teneret.]* Nosset, sciret, meninisset. Nam ipsius aliquando illæ ædes fuerant.

11. *Quorsum hæc?*] Dicitur etiam *quorsus*.

lunt astutias. Leges, quatenus manu tenere possunt; philosophi, quatenus ratione et intelligentia. Ratio ergo postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. 2 Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente saepe incident. Sic tu ædes proscribas, tabulam, tamquam plagas, ponas, domum propter vitia vendas, in eam

XVII. 1. *Quatenus manu tenere.]* Leges, ait, apertas tolle-re astutias; philosophiam eas quoque, quæ sint tecliores et in oculos minus incurant. Illis facta tantum tenentur; hæc subdoli animi consilia etiam damnat.

*Simulate.]* et dissimulate. i. 30. 10.

2. *Suntne igitur insidiæ.]* Ipse Cicero interrogat. *Suntne insidiæ ita capio, ut id adfirmetur, de quo interrogat, non ut negetur.* Idem enim est, quod nonne l. annou sunt insidiæ? Cicer. pro Rosc. Amer. c. 39. “Itane est? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo judicio condemnari necesse est.” Hoc, qui faciat, turpissimo judicio condemnari ait, non negat. Vide infra xix. 12. itemque Ciceronis orationem vel interrogationem in Vatinium.

*Excitaturus non sit.]* Subaudi feras. Próprie excitari feræ dicuntur, cum e latibulis suis exiguntur.

*Ipsæ enim.]* Sunt utique insidiæ. Ipsæ enim feræ, quæ natura improvidæ sunt, in pla-

gas incurront, etiamsi non a-gites.

*Sic tu ædes proscribas.]* Ita accipienda hæc commata vi-dentur, ut aliud ii. 23. 12. “Habitent gratis in alieno?” Horat. Epist. i. 7. 63. “Neget ille mihi?”

*Tamquam plagas.]* An plагam singulari numero in rētis significatione quisquam veterum dixerit, valde dubito.

*In eam aliquis incurrat.]* Scil. in domum. Proprie incurritur in plagas, sed h. l. translatum est. Cicero saepe compara-tiones ita pronuntiat, ut verba et vocabula, quæ rei cui quid adsimilatur proprie con-veniebant, ad eam rem trans-ferat, quæ alteri adsimilatur. Pro Rosc. Amer. xxvii. 7. “Ut non omnem frugem neque ar-borem in omni agro reperi-re possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur.” Nec raro comparationem atque allego-riam tam belle conjungit ac mifet, ut hæc ab illa magnam claritatem, illa vero ab hac miram suavitatem mutuetur. Tusc. Quæst. l. 5. “Utagri non omnes frugiferi sunt, qui co-

aliquis incurrat imprudens? Hoc quamquam 3 video propter depravationem consuetudinis neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili: tamen naturæ lege sancitum est. Societas est enim (quod et si saepe dictum 4 est, dicendum tamen est saepius) latissime quidem quæ pateat, hominum inter homines; interior eorum, qui ejusdem gentis sunt; propior eorum, qui ejusdem civitatis. Itaque majores 5 aliud jus gentium, aliud jus civile esse voluerunt. Quod civile, non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ 6 solidam et expressam effigiem nullam tenemus; umbra et imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur. Feruntur enim ex optimis naturæ et veritatis exemplis. Nam quanti verba illa,<sup>7</sup>

## UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM

Juntur,—sic animi non omnes culti fructum ferunt.” De Nat. Deor. i. 20. “Ut tragici poetæ, cum explicare argumenti extum non potestis, confugitis ad deum.”

3. *Jure civili.*] Hoc distinguitur a *legibus*, quæ scriptæ erant, cum jus civile nondum esset scriptum. Vide de eo cap. 16. pr.

4. *Sæpe dictum.*] i. 16. 5. 17. pr.

5. *Jus gentium.*] Quo plures gentes utuntur, quod est jus naturæ, ut Ciceroni quidem libuit. Conf. v. 5.

Non idem continuo gentium.]

Non omnes enim gentes idem jus civile sibi constituerunt.

6. *Germanæ justitiæ.*] Veræ et sincerae.

*Ex optimis—exemplis.*] *Exempla* sunt species ad imitandum propositæ, unde imagines exprimuntur, ἀρχέτυπα, πρωτίτυπα, *Originale*, quibus opponuntur ἀντίγραφα, *Copien*. Vid. Ernestus in Clave Cic.

7. *Uti ne propter te.*] Formula est, qua in stipulationibus utebantur, sibique cavebant, ne iis, quibuscum contrahebant, fidem habuissent fraudi sibi esset.

**CAPTUS FRAUDATUSVE SIEM.** Quam illa aurea! INTER BONOS BENE AGIER [OPORTET] ET SINE FRAUDATIONE. Sed, qui sint boni, et quid sit bene agi, magna quæstio est.

**8 Q.** quidein Scævola, pontifex maximus, summa vim dicebat esse in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, EX FIDE BONA: fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas contineretur: in his magni esse judicis statuere (præsertim cum in plerisque essent judicia contraria) quid quem-

*Siem.]* Hoc antiquius et sor-  
mulis convenientius, quam  
*fin.* Sic postea agier, pro agi.

*Inter bonos bene agier.]* Supra  
xv. 3. hic etiam, sicut Epist.  
vii. 12. et in Topic. cap. 17.  
meliores libri invisum illud ut,  
molestemque verbum oportet,  
merito excludunt.

8. *Scævola.]* Vide cap. xv.  
7.

*Arbitriis.]* Judiciis, in qui-  
bus non tam ex præscripto le-  
gum, quam ex æquo bonoque'  
pronuntiantur.

*Summam vim dicebat esse in.]*  
Existimabat, maximum ac dif-  
ficillimum negotium agere ju-  
dicem, qui ejusmodi receperit  
arbitrium; multumque requiri  
ad id, ut recte pronuntiari  
queat, aliquem præstitisse, quæ  
ex fide bona præstanta fuerint.  
Vide supra xv. 2.

*Societatibus.]* Quæ de re ali-  
qua aut opera conferenda li-  
bere coëuntur ab iis maxime,

qui negotiantur.

*Fiduciis.]* Vide c. xv. 3.

*Mandatis.]* Mandata sunt,  
quæ gratuito agenda suscipi-  
untur. Nam mandare sæpe est,  
fidei alicujus committere.

*Rebus emtis, venditis, con-  
ductis, locatis.]* In emtionibus,  
venditionibus, conductionibus,  
locationibus; sine quibus vitæ  
societas esse non potest, quibus  
societas constat, quippe quæ in  
ea frequentissima sunt.

*Contineretur.]* Vide i. 9. 6.  
ii. 10. 5.

*Magni esse judicis.]* Judicis  
non vulgaris, nihil odio gra-  
tiæe concedentis, magno ani-  
mo justitiæ adhærentis.

*Judicia contraria.]* In quibus-  
dam contractibus utraque pars  
habet actionem directam, ut  
in emtione, venditione, in so-  
ciitate et aliis; in aliis pars  
una directam, ut pupillus in  
tutorem, deponens in deposi-  
tarium, altera contrariam, ut

que cuique præstare oporteret. Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eaque malitia, quæ vult illa quidem videri, se esse prudentiam, sed abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum et malorum: malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis ponit ante. Nec vero in prædiis solum jus civile ductum a natura malitiam fraudemque vindicat; sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto ædilium. Heredum alia caussa est. Ex quo intelligitur, quoniam juris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Nec

tutor in pupillum, depositarius in deponentem. In his ab utraque parte aliquid postulatur, et aliud pupillo a tute, aliud tutori a pupillo præstandum est.

9. *Illa quidem.*] Vid. i. 27.

9. Pro videri, se esse prudentiam, alias dixisset videri prudentia, sed illud elegantius et Ciceroni erat usitatus. Vide ii. 22. 9.

10. *Locata.*] Proprium locum habet, ejus officium est.

*Bonis ponit ante.*] Pro Sull. c. 8. "Suo generi me meum ante non ponere." Ita i præ, sequar. Nec tamen malitia h. l. definitur, sed ideo, quod hoc facit, reprehenditur. Alioqui malitia et stultitia nihil discreparent.

11. *In mancipiorum venditi-*

one.] Servorum, quorum vitia dicenda sunt a venditore, qui ea scire potuit.

12. *De sanitate.*] Quod attinet ad sanitatem, an servus fit fugitus, an fur. Corporis vero sanitas maxime intelligitur: et si et animi vitia præstanta erant, si falso ea venditor abiisse dixisset.

*Editio ædilium.*] Vid. L. i. 2. de ædil. edit.

*Heredum alia caussa est.*] Illi non præstant vitia servorum, quoniam ea ignorare creduntur.

13. *Neminem id agere.*] Naturæ consentaneum esse, ut nemini propositum sit ex aliorum imprudentia quæstum facere.

*Inscitia.*] Vide i. 34. 2. 40. 9.

ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?

1. XVIII. Periclitemur, si placet, in iis quidem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicariis, beneficiis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum est: qui non verbis sunt et disputatione philosophorum, sed vinclis et carcere fatigandi. Sed hæc consideremus, quæ faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia Romam attulerunt. Quo fa-

14. *In malitia simulatio intelligentiæ.*] Cum prudentiam vult imitari malitia, ut loquitur xxv. 11.

*Ignoratione omnium proposita.*] Si certus sit, neminem id sciturum. ii. 14. 14.

XVIII. 1. *Periclitemur.*] Videamus, periclitemur id quod dixi.

2. *Testamentariis.*] Qui falsa testamenta scribunt, signant, supponunt.

*Fatigandi.*] Cohibendi, comprimendi. i. xxv. 11.

3. *L. Minucii Basili.*] Ita scribendum; non Basili. Penultimam enim corripiunt Juvenalis et Lucanus. An hic fuit L. Basilius ille, quem Sulæ fuisse legatum Plutarchus

in Sulla commemorat? Plutarchus et Appianus Βάσιλεος dupli scribunt. Ita etiam Posidonius dicitur Poffidonius. Ita tamen consonantium generatio recentioribus, quam Ciceronis æqualibus, usitator fuisse videtur.

*Falsum testamentum.*] Sub falso Basili nomine testamentum, ab ipsis suppositum et signatum.

*E Græcia Romam.*] Quia in Græcia mortuus erat. Valer. Max. lib. ix. 4. pr.

4. *Quo facilius.*] Pronominis quod ellipsis suavitatem conciliat orationi. Absolute vero obtinere is dicitur, qui vincit, sive ad exitum, quem sibi proposuerat, pervenit. Ita

cilius obtinerent, scripserunt heredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, homines ejusdem ætatis potentissimos: qui, cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent consciæ culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? satin' hoc est, ut non 5 deliquisse videantur? Mihi quidem non videatur: quamquam alterum vivum amavi, alterum non odi mortuum. Sed cum Basilius M. Satri- 6- um, sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset heredem (hunc dico patronum agri Piceni et Sabini: O turpem notam tem-

ad Attic. xi. 7. med. "Nam si perseverant et obtinent, quid nobis futurum sit, vides."

*Ejusdem ætatis.]* Ita loqui videtur Cicero de illo tempore, quia tum, quum hæc scriberet, et Crassus, et Hortensius, et plerique ejus ævi insignes viri e vivis discesserant.

*Falsum esse suspicarentur.]* Quod Minucio illi ignotos se fuisse noverant.

*Alieni facinoris munusculum.]* Lucrum inhonestum non sua, sed aliorum fraude ad se delatum.

*5. Satin' hoc est.]* Hoc, quod falsum testamentum non ipsi subjecerunt, etsi illud falsum esse non ignorarunt.

*Vivum amavi.]* Hortensium oratorem.

*Non odi mortuum.]* Fatetur, se Crassum vivum numquam amasse: quia vero extremis temporibus cum eo in gratiam redierat, jam mortuum odisse negat. Vide Epist. i. 9. 63.

*6. M. Satrium.]* Hujus M. Satrii, postquam ab avunculo adoptatus est, nomen fuit L. Minucius Basilius. Is erat, nisi fallor, Jul. Cæsaris legatus, cuius ipse Cæsar et Lucanus mentionem faciunt. Nec alias videtur Minucius Basilius ille, quem in Cæsaris interfectoriis fuisse alteroque post necem Cæsaris anno a servis suis occisum esse, Appianus de bello civ. tradit.

*Nomen suum ferre.]* Ut Minucius diceretur quasi testamento adoptatus.

*O turpem notam temporum illorum!] Respicit Tullius tempora civilis belli, quibus coloniæ ac socii populi R. vexationis ac direptionis metu compulsi, patronos accipiebant Antonium, Basilum et alios partium Cæsareanarum pessimos homines. Hunc locum illustrant, vicissimque hinc aliiquid lucis mutuantur, illa Ciceronis Philipp. ii. 41. "Quid*

porum illorum !) num erat æquum, principes civis rem habere, ad Satrium nihil præter non men pervenire ? Etenim si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat, cum potest, injuste facit, ut in primo libro differui : qualis habendum est is, qui non modo non repellit, sed etiam adjuvat injuriam ? Mihi quidem etiam veræ hereditates non honestæ videntur, si sunt mali-tiosis blanditiis, officiorum non veritate sed simulatione, quæsitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso. Nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans : Est istuc quidem honestum, verum hoc expedit ; res a natura copulatas audebit errore divellere ; qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium.

ego illas istius [Antonii] minas contumeliasque commorem, quibus invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos patronos adoptassent ? magno quidem judicio, studio, benivolentia, caritate, non, ut te, ut Basilum, vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo illorum cliens esse."

7. *Non defendit injuriam.*] Non prohibet. Cat. Maj. xi. 9. " Uva—vestita pampinis—nimios solis defendit ardores." Sic Græcorum ἀργύριον et ἀρύνειν significat et defendere et arcere. *Propulsat.* Satis commode di-

citur aliquis defendere ac propulsare injuriam, licet non adjicias a quo defendat. Cic. pro Rosc. Amer. c. i. " Injuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi." Supra i. 29. ii. " Non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam."

*In primo libro.] Cap. vii. 7. seq. De præpositione vide ii. 13. 1.*

8. *Veræ hereditates.*] Non fidetæ et fraude aliis ereptæ.

*Officiorum non veritate.] Eleganter officiorum veritas opponitur simulationi officiorum ; vera officia simulatis.*

9. *Atqui in talibus.*] Verum puto atque.

XIX. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, 1 ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam suspicaturum. At 2 dares hanc vim M. Craffo, ut digitorum per-  
eussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret. Homo autem justus, isque quem sentimus vi- 3 rum bonum, nihil cuiquam, quod in se trans-  
ferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, qui fit vir bonus, nescire fateatur. At vero si quis 4 voluerit animi sui complicatam notionem evol-

XIX. 1. *Si digitis concrepuerit.*] Proverbium, quo rei agendæ celeritas et facilitas significatur. Videtur gestus fuisse dominorum, servis ministerium innuentium.

*Nomen ejus irrepere.*] Heres scribi testamentis locupletium.

*Non utatur.*] Prætens conjunctivi significatione futuri i. 24. 2.

2. *At dares.*] Elezanter conjunctio omittitur. Plin. Epist. i. 12. 8. "Dedisse huic animo par corpus, fecisset, quod optabat." Horat. Serm. i. 3. 15.

— *Decies centena dedisses*

*Huic parco paucis contento,*  
*quinq[ue] diebus*

*Nil erat in loculis.*

Dares vero interpretare, si dedisses, et saltaret, saltasset. Jam pridem enim M. Craffius esse desierat. Oratoribus, historicis atque poëtis familiaris est hæc temporum variatio. Cic. de Orat. ii. 66. "Si quintum

pateret [peperisset] mater ejus, asinum fuisse parituram."

*In foro saltaret.*] Fecisset, quod a gravitate esset alienissimum, nullum dedecus ac probrum refugisset. De summa impudentia dicitur, quia forum locus celeberrimus, ubi judicia exercebantur, cum populo agebatur et gravioribus tantum rebus quicunque vacabat.

3. *Hoc qui admiratur.*] Cui haec Paradoxa videntur. ii. 16. 6. Hinc admirabilia, Paradox. i. 6. quæ sunt contra opinionem omnium.

*Qui fit vir bonus.*] Cum masculino qui convenit, quod sequitur, jam se ipse doceat, eum virum bonum esse.

4. *Complicatam notionem evolvere.*] Rerum ad bene beatique vivendum necessariorum notiones innatas esse homini, periuasum erat Socratis philosophis. Jam enim ani-

vere, jam se ipse doceat, eum virum bonum esse,  
qui profit, quibus possit; noceat nemini, nisi  
5 lacesitus injuria. Quid ergo? hic non noceat,  
qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros he-  
redes moveat, in eorum locum ipse succedat?  
6 Non igitur faciat, dixerit quis, quod utile sit,  
quod expediat? Immo intelligat, nihil nec ex-  
pedire, nec utile esse, quod sit injustum. Hoc  
qui non didicerit, bonus vir esse non poterit.  
7 Fimbriam consularem audiebam de patre nostro  
puer, judicem M. Lutatio Pinthiæ fuisse, equiti  
Romano fane honesto, cum is sponzionem fe-  
cisset, **NI VIR BONUS ESSET**: itaque ei dixisse

*mum, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisse.* Vid. Tusc. i. 24. Eas vero notiones tectas involutasque, recordando vero explicandas et aperiendas esse, dicebant. Itaque ad eumdem modum Tusc. iv. 24. “Notionem, [inquit] nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam et involutam.” Jubet ergo insitam et quasi consignatam in animo boni viri notionem cogitando excutere et evolvere. Vid. infra cap. xx. 8.

*5. Hic non noceat,—perficiat.]* Coniunctivus innuere videtur, Ciceronem non ad rem factam sed ad exemplum fictum, quod initio capitis proposuerat, respicere. *Veneno est, beneficio, præstigiis, magica arte.*

*7. Fimbriam.]* C. Flavius Fimbria collega fuit C. Mario iterum consuli a. 649. orator maledicus, sed virtute animi

atque vita bonus auctor in senatu, nec rudis in jure civili. Senex occisus est. Romæ Cinzano tumultu. *Consularem Cicero appellat, ut dignoscatur a C. Fimbria, homine audacissimo;* qui L. Flaccum, Asiæ proconsulem, imperatorem legatus occidit a. 668. sed anno post a Sulla vietus sua se manu interfecit.

*Cum is sponzionem fecisset.]* Sponso erat certæ pecuniae vel depositio vel promissio cum hac formula *ni veram caussam haberet*, id est, se spondere et solvere eam pecuniam, nisi causa vicerit. Lutatius vero hic sponzionem fecit, *ni bonus vir esset*, idque nisi probasset, promissam vel depositam a se pecuniam ærario cessuram. Sollemnus erat particula *ni* in sponzionibus et in judice ferendo. Vide Brisson. de formul.

Fimbriam, se illam rem numquam judicatum; ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra judicasset; aut statuisse videtur, virum bonum esse aliquem, cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, <sup>8</sup> non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quidquam esse utile, quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere, sed ne <sup>9</sup> cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat praedicare. Hæc non turpe est, dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant? a quibus natum est id, quod contritum est vetustate proverbium: cum enim fidem alicujus bonitatemque laudent, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Hoc quam <sup>11</sup> habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possis nullo refellente ob-

*Illam rem.]* Eam caussam: se de ea non pronuntiaturum.

*Et laudibus.]* Laudes sunt, quæ laudem merentur, etiam si non laudentur.

*8. Fimbria etiam.]* Qui philosophus non erat.

*9. Non modo facere.]* Non modo non audebit facere, sed ne, cet. Alterum non omittitur Ciceronis et aliorum motre.

*10. Hæc non turpe est.]* Non pro nomine, ut infra xxiii. 7.

*In tenebris mices.]* Erat mīcare ludi genus, quod Itali, quibus id hodieque usitatum est, la Mora dicunt. Ludendi modum Polydor. Virgilius de

Invent. Rer. I. ii. c. 13. ita explicat: "Fit, cum duo clausis manibus vocando certum numerum subinde digitos porrigit. Verbi caussa, ego tres digitos explico, tu totidem; ipse quatuor nomino, tu vero sex: ita tu, qui numerum vocando divinasti, jam vicisti. Et quia digitii ita explicati subito apparent, idcirco per metaphoram mīcare dicitur." Sciri autem numerus non potest in tenebris, nisi plena fide sint ludentes, ut vere dicant, quot levant.

*11. Nullo refellente.]* Cum nemo poterit probare, te inuste fecisse.

12 tinere? Videsne, hoc proverbio neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic, quem paullo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse converrere? Ut enim, quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, adversante et repugnante natura.

XX. At enim, cum permagna præmia sunt, est cauſa peccandi. C. Marius cum a ſpe conſulatus longe abeflet, et jam septimum annum poſt præturam jaceret, neque petiturus umquam conſulatum videretur; Q. Metellum, cuius legatus erat, ſumnum virum et civem, cum ab eo, imperatore ſuo, Romam miſſus eſſet, apud populum Romanum criminatus eſt, bellum illum ducere: ſi ſe conſulem feciſſent, brevi tempore, aut vivum, aut mortuum Jugurtham ſe in potestate populi Romani daturum. Ita-

12. *Videſne.*] Annon vides? *dixerit quis e superioris cap. n. 6.*

C. xvii. 2. *Converrere.*] Ad ſe rapere. Metaphora a ſcopis ducta eſt. Plaut. Stich. ii. 2. 74. "Reverram, Hercle, hoc, quod converri modo." Potuit etiam Cicero, ad verriculum reſpicere, ut ſit, quaſi retis aliquo genere corriperere. Latinus Paccatus in Panegyr. Theodos. xxvi. 4. "Noſter ille pirata, quidquid undecumque converterat, id nobis ſibi que peritum, in illam ſpecuſ ſui Charydium congerebat."

XX. 1. *At enim.*] Repete

*C. Marius.*] Poſtea ſepties conſul. Vide de eo Sallust. Jug. c. 63.

*Jaceret.*] Neglectus et ſpe deſtitutus eſſet. Epift. i. 5. 5. "Ut neque jacere regem pateremur, nec."

*Q. Metellum.*] Cui Numidico cognomen fuit a Jugurtha vieto. Eodem Mario auctore poſtea in exſilium ejicitur, ſed in patriam revocatus eſt.

*In potestatem—daturum.*] Da- turum et veſbo mortuum, et Marii jaſtantiae convenientius

que factus est ille quidem consul, sed a fide justitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cuius legatus, et a quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit. Ne 3 noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum, cum prætor esset, collegiumque prætorum tribuni plebi adhibuissent, ut res numaria de communi sententia constitueretur. Jactabatur enim temporibus illis numus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. Conscriperunt 4 communiter edictum cum poena atque judicio; constitueruntque, ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. Et ceteri quidem alias 5 alio: Marius a subfelliis in rostra recta, idque quod communiter compositum fuerat, solus

est, quam redacturum. Liv. viii. 24. 8. "Aut vivum, aut mortuum, in potestatem daturos."

2. *Legatus.*] Qui proximum ab imperatore locum obtinebat, unique legioni præferat.

*Falso crimen.*] Ficta criminatione.

3. *Noster Gratidianus.*] Nostrum dicit, quia propinquus erat hic M. Marius Gratidianus, de quo dictum xvi. 9. Hanc præturam gessit a. 667. C. Mario septimum consule. Idem in secunda prætura, quam populi favore adeptus est a. 671. Sullæ jussu ad necem conquisitus et a L. Catilina ad Q. Lucatii Catuli sepulchrum crudelissime imperfectus est, ut per singula membra moreretur. Flor. iii. 21.

*Tribuni plebi.*] I. e. plebei.

*Adhibuissent in consilium, ut certum numis, qui ferebantur, pretium constitueretur, tota res numaria ordinaretur.*

*Jactabatur—numus sic, ut.] Incertum erat pecuniae pretium. Jactari enim dicuntur, quæ certo loco non consistunt, variantur, modo extolluntur, modo deprimuntur.*

4. *Edictum cum poena atque judicio.*] Edicto constituerunt rem numariam, adversus quod qui faceret, multaretur, aut ad populum accusatus publico judicio damnaretur.

5. *Alius alio.*] Ceteri non in forum, sed domum aut ad amicos deverterunt: Marius vero a subfelliis tribunorum, qui buscum in consilio fuerat, recta in forum provolavit, non exspectata hora promeridiana, quæ convenerat.

edixit. Et ea res, si quæris, ei magno honori fuit. Omnibus viciis statuæ: ad eas tus, cerei. Quid multa? Nemo umquam multitudini fuit carior. Hæc sunt, quæ conturbant in deliberatione nonnumquam, cum id, in quo violatur æquitas, non ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur: ut Mario, præripere collegis et tribunis pl. popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tum proposuerat, valde utile vi- debatur. Sed omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum judicare, aut hunc? Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma, et notio

*Si quæris.]* Hoc ponitur, ubi lector plura requisitus esse videatur. Ep. ad Att. i. 13. “Tertius est Catulus; quartus, si etiam hoc quæris, Hortensius.”

Optime nostro loco convenientem hujus formulæ explicationem affert Ernestus in Clave: “Eleganter dicitur pro ut verum dicam.”

*Omnibus viciis statuæ.]* Subaudi positæ. Sed has omnes iterum prætor, ante Sullæ in urbem introitum ab eadem plebe metu victoris subverti videt.

*Ad eas tus, cerei.]* Tus et cereos accedit populus non Mario, sed diis publici mali averuncis. Seneca de Ira iii. 18.

“M. Mario, cui vicatim populus statuas posuerat, cui [in cuius honorem] ture et vino Romanus populus supplicabat,” cet.

*Quid multa?] Ut paucis dicam. Supra xiv. 8. “Quid multa? impeirat.”*

*6. Consulem—fieri.]* Nec tamen factus est, prius, quam fieri posset, a Sulla interfectus.

*8. Aut illum.]* C. Marium; aut hunc Marcum.

*Explica atque excute.]* Sic cap. xix. 4.

*Species, forma et notio.]* Quæ sit in ea ab ipsa natura informata idea viri boni, quam ἔνοιαν et ἀρετὴν dicere solebant Platonici.

viri boni. Cedit ergo in virum bonum mentiri<sup>9</sup> emolumenti sui caussa, criminari, præripere, fallere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla<sup>10</sup> res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splendorem et nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas<sup>11</sup> ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem justitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex ho-<sup>12</sup> mine se quis conferat in beluam, an hominis figura immanitatem gerat beluae?

XXI. Quid? qui omnia recta et honesta<sup>1</sup> negligunt, dummodo potentiam consequantur; nonne idem faciunt, quod is, qui etiam foce-  
rum habere voluit eum, cuius ipse audacia po-  
tens esset? Utile ei videbatur plurimum posse<sup>2</sup>  
alterius invidia. Id quam injustum in patriam,  
et quam turpe, et quam inutile esset; non vide-  
bat. Ipse autem ficer in ore semper Græcos<sup>3</sup>

9. *Mentiri,—fallere.*] *Menti-ri, criminari ad priorem Mari-um, præripere, fallere ad poste-riorem refertur.*

12. *Se quis conferat in belu-am.*] Simili fere ratione dixit Cicero in Timæo c. 12. “Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.” Ibid. “In suis moribus simillimas figuræ pe-  
cudum et ferarum transfere-  
tur.”

An hominis figura.] Nomina-  
tivus.

XXI. 1. *Qui etiam ficerum*

*habere voluit.*] Pompeium si-  
gnificat, qui Cæsar's filiam,  
Juliam, uxorem duxit, Cæ-  
pioni antea promissam.

2. *Alterius invidia.*] Cæsar, in quem omnis Pompeianæ potentiæ invidia redundabat: quoniam illius audacia ad id fastigium evecta videbatur.

Quam turpe, et quam inutile.] Hoc agit Cicero, ut, quod uti-  
le Pompeio sit visum, id in-  
utile, sive noxiū, fuisse ostendat. Quia injustum in patri-  
am, propterea inutile erat.

3. *Ifse autem ficer.*] Cæ-  
sar.

versus de Phœnissis habebat, quos dicam ut potero; incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:

*Nam si violandum est jus, regnandi gratia  
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

4 Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum, quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, qui rex populi Romani domi-

*Versus de Phœnissis.] En ip-*  
*fos:*

*Εἴπερ γὰρ ἀδίκειν χρὴν, τυραν-*  
*νίδος τέρπει*

*Κάλλιστον ἀδίκειν· τὸν ἄλλα δ'*  
*εὐσεβεῖν χρεῶν.*

Sunt autem versus de Phœnissis, versus ex Euripidis tragœdia, quæ Phœnissæ inscripta est. Ita de Or. iii. 35. “ Versumque quandam de Philocteta paullo secus dixit.”

*Pietatem colas.] Patriæ, parentibus et propinquis officium præstes.*

4. *Eteocles, vel potius Euripides.] Magis quidem reprehendens erat Eteocles, qui ita vixerat, ut Euripides non posset non impie loquentem inducere. Quod vero in tragœdia ita disputat Eteocles, ut regnandi gratia violari pietatem licitum, in aliis rebus illicitum esse censeat; id utique Euripidis inventioni potius, quam Eteocli, tribuendum erat. Non serio tamen Euripidem Cicero, sed ita reprehendit, ut ista reprehensio ma-*

gnam laudem pariat tragicō, qui Eteoclem persona tali digna loquentem fecerat. De Capitalis vid. i. 13. 11. ii. 21. 7.

*Sceleratissimum.] Patriam servitute opprimere.*

*Fuerat.] Sæpe veteres dicebant fuerat, ubi nos erat solemus. Nimirum suo vim verbi φύω, unde natum est, in eo quoque retinuit, ut præteritum perfectæ rei fuerat interdum natum erat, factum erat, prodierat, erat sonaret. Supra xx. 5. “ Quod communiter compositum fuerat, solus edidit.” De Or. i. 7. pr. “ Venisse eodem, sacer ejus qui fuerat, Q. Mucius dicebatur.” Sallust. Jug. xxxix. 3. “ Senatus ita, uti par fuerat, decernit.”*

5. *Ecce tibi.] Novum aliquid et majus h. l. ecce ostendit. Eleganter jungitur pronomini tibi. Acad. Qu. iv. 38. “ Ecce tibi a transverso Lampacenus.”*

*Qui rex populi Romani.] Cæsar, qui id ausus est, quod o-*

nusque omnium gentium esse concupierit, idque perfecerit. Hanc cupiditatem si honestam 6 quis esse dicit, amens est. Probat enim legum et libertatis interitum; earumque oppressionem tætram et detestabilem, gloriosam putat. Qui 7 autem fatetur, honestum non esse in ea civitate, quæ libera fuit, quæque esse debeat, regnare; sed, qui facere possit, esse utile; qua hunc objurgatione, aut quo potius convicio a tanto errore coner avellere? Potest enim, dii immorta- 8 les, cuiquam esse utile fœdissimum et tætermum parricidium patriæ: quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus Parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est, et 9 quidem sic, ut hæc duo, verbo inter se discrepare, re unum sonare videantur. Non habeo, 10 ad vulgi opinionem, quæ major utilitas, quam

mniū sceleratissimum Romanis videtur, quorum majores jurejurando se adstrinxerunt, numquam se aliquem regnare passuros.

7. *Sed, qui facere possit.]* Subaudi ei, qui id f. p.

8. *Parens nominetur.]* Ut Cæsar, cui et vivo is honor tributus, et mortuo. Suet. Cæs. 76. et 85.

9. *Honestate igitur dirigenda utilitas.]* Honestas sit regula utilitatis, ut, quidquid ab ea discrepat, inutile habeatur. Vide c. 23. pr.

10. *Unum sonare.]* I. e. idem significare.

11. *Non habeo ad vulgi opinionem.]* Ita Cic. Læl. xxvii.

“ Nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare.” Cat. M. v. 4. “ Nihil habeo, quod incusem senectutem.” In his habere idem est, quod scire. Verba ad vulgi opinionem cohærent cum major esse possit. Est scilicet comparativa præpositio, cujus vis est, si respicias, si referas. Epist. xvi. 1. 10. “ Nos quemadmodum instructos, et quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.” Corn. Epam. ii. 3. “ Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia et potius contempnenda.”

“ Quam regnandi.] Subaudi utilitas, ii. 6.

regnandi, esse possit: nihil contra inutilius ei,  
qui non *juste consecutus* sit, invenio, cum ad  
11 veritatem cœpi revocare rationem. Possunt  
enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudi-  
nes, diurni et nocturni metus, vita insidiarum  
periculorumque plenissima?

12 *Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni,*

inquit Accius. At cui regno? Quod a Tantalo  
13 et a Pelope proditum jure obtinebatur. Nam  
quanto plures ei regi putas, qui exercitu populi  
Romani populum ipsum Romanum oppressisset,  
civitatemque non modo liberam, sed etiam  
gentibus imperantem, servire sibi coëgisset?  
Hunc tu quas conscientiæ labes in animo cen-  
14 ses habuisse? quæ vulnera? Cujus autem vita

12. *Boni.*] Amici, propitii. Virgil. Ecl. v. 65. "Sis bonus O felixque tuis." Cato R. R.  
4. "Vicinis bonus esto."

*Accius.*] Poëta tragicus, an-  
nis 22. Terentio minor, Lucilio  
duodeviginti major. Versus  
Accii ex Atreo tragœdia de-  
sumtus videtur.

*Tantalo.*] Cicero ergo Tan-  
talum non Phrygium, sed Ar-  
givum regem fuisse putavit, a  
quo idem regnum proditum, i.  
e. per manus traditum, obti-  
nuerit Pelops filius.

*Et a Pelope.*] Vide i. 14. 1.

13. *Nam quanto.*] Nam in  
comparatione contrariorum lo-  
cum habet. Cic. Brut. 21. pr.  
"Albinus—disertus fuit: et  
tenuit cum hoc locum quem-  
dam etiam Ser. Fulvius, et

una Ser. Fabius Pictor—anti-  
quitatis bene peritus. Q. que  
Fab. Labeo fuit ornatus iisdem  
fere laudibus. *Nam Q. Metel-  
lus—in primis est habitus elo-  
quens.*"

*Ei regi.*] Cæsar, qui exercitu,  
ad repudiendos Gallos dato,  
usus est ad opprimendam pa-  
triæ.

*Exercitu populi Romani.*] Præpositio *cum* omittitur, ut  
Nep. Dion. v. 5. "Dion. [cum]  
iis ipsis, qui sub adversarii fu-  
erant potestate, regios spiritus  
repreßit."

14. *Cujus autem vita.*] Quid  
euni juvat vivere, quid vita ei  
prodest ipsi, cui eam cripere  
præclarum facinus sit? Nul-  
lam enim horam metu va-  
cat.

ipſi potest utilis eſſe, cum ejus vitæ ea conditio fit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus fit, et gloria? Quod ſi hæc utilia non 15 ſunt, quæ maxime videntur, quia plena ſunt dedecoris ac turpitudinis; ſatis perſuafum eſſe debet, nihil eſſe utile, quod non honestum fit.

XXII. Quamquam id quidem, cum ſæpe 1 alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio, conſule iterum, et a ſenatu noſtro judicatum eſt. Cum 2 enim rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intuliffet, cumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potente; perſuga ab eo venit in caſtra Fabricii, eique eſt pollicitus, ſi præmium ſibi poſuiffet, ſe, ut clam veniſſet, ſic

*In maxima et gratia—et gloria.]* Magnam gratiam ab omnibus initurus, et ſumma laudem ſibi paraturus fit. Sic in laudibus eſſe.

15. *Quodſi hæc.]* Si ne regnare quidem utile eſt, quod maxime utile eſſe videtur: certum eſt nihil, quod non fit honestum, utile eſſe.

*Quod non honestum fit.]* Noſter locus hunc ſenſum requirit, quod non honestum fit, id nec utile eſſe. Infra xxii. 8. “Quousque audehunt dicere, quidquam utile, quod non honestum.”

XXII. 1. *Quamquam id quidem.]* Dixerat, plerisque perſuafum eſſe, nihil eſſe utilius, quam regnare, id eſt, alios opprimere, omnibus ſuperiorem eſſe. Longe aliter vero philoſophiam judicare, paulo poſt oſtendebat. Nunc ſenatus quoque Romanum ſæpe statu-

iffe docet, nihil eſſe utile, quod non fit honestum. Ita quamquam refert ſe ad proxima illa, quæ maxime videntur, quaſi dicat: ea plerisque quidem maxime utilia videntur; ſed tam en et Fabricius et ſenatus ſæpe aliter judicavit.

*Pyrrhi bello.]* In bello a Pyrrho, Epirotarum rege, Romanis ultro illato, quem nulla illi injuria laceſſierant. Vide lib. i. c. 12.

*Ju dicatum eſt.]* Senatus Rom. ſententia declaratum eſt.

2. *Perſuga.]* Medicus, vel amicus Pyrrhi.

*Si præmium ſibi poſuiffet.]* Rechte dicuntur *præmia proponi*, quibus eliciuntur homines vel incitantur ad facinus: offerenti operam ac pretium pacifcenti *ponitur* ſeu conſtituitur magis *præmium*, quam *proponitur*.

clam in Pyrrhi castra rediturum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque ejus factum laudatum a senatu est. Atqui si speciem utilitatis opinionemque querimus, magnum illud bellum perfuga unus, et gravem adversarium imperii sustulisset: sed magnum dedecus et flagitium, qui cum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Utrum igitur utilius vel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel senatu nostro, qui numquam utilitatem a dignitate sejunxit, armis cum

3. *Si speciem utilitatis opinionemque.]* Si utilitatem specie tantum blandientem et vulgi opinione probatam sequimur.

*Sed magnum dedecus et flagitium.]* Subaudi fuisset, eum scelere superatum, cum quo laudis certamen intercessisset, si quidem perfuga unus gravem adversarium imperii sustulisset.

4. *Qui numquam utilitatem a dignitate sejunxit.]* Ne Tullius, qui senatum Romanum utilitatis specie non numquam deceptum esse, alibi (xi. 1. xxii. 7.) fatetur, a se ipse dissentire videatur; meminerimus, duo de utilitate perverse deliberantium genera ab eo constitui. Alterum est eorum, qui quum aliquid, quod utile visum est, arripuerunt, id continuo fecerunt ab honesto, et deliberant, relinquendae sit honestas propter utilitatis magnitudinem; sive utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent. Hæc deliberatio est sicario-

rum, beneficorum, furum, qui non verbis sunt et oratione philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi. Vide viii. 4. x. 1. xviii. 2. xxviii. 1. Ex hoc nefario grege noster populi R. senatum satis constanter eximit. Alterum genus dubitant, positne id, quod utile videotur, fieri non turpiter, et addunt, quod valde utile sit, id fieri honestum. Vide x. 1. xxviii. 9. In hac deliberatione senatum, utilitatis specie malorumque consiliatorum fucum atque fallaciis deceptum, aliquoties peccasse, Cicero non diffitetur. Hos tamen errores facilius excusari posse existimat, quam istam utilitatis a dignitate sejunctionem. Itaque hoc ipso capite graviter reprehendit Curionem, qui utilitatem ab æquitate sejunxerat. Facilius, ait, se auditurum fuisse, si Curio dixisset, caussam Transpadanorum non esse æquam, quia non esset utilis rei publicæ.

hoste certare, an venenis? Si gloriæ cauſſa im- 5  
perium expetendum eſt, ſcelus abſit, in quo  
non potest eſſe gloria: ſin ipſæ opes expetuntur  
quoquo modo, non poterunt utiles eſſe cum  
infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi,<sup>6</sup>  
Q. F. ſententia: quas civitates L. Sulla, pe-  
cunia accepta, ex ſenatus conſulto liberaviffet,  
ut hæ rurſus veſtigiales eſſent: neque his pe-  
cuniā, quam pro libertate dederant, reddere-  
mus. Eſt ei ſenatus affenſus. Turpe imperio.<sup>7</sup>  
Piratarum enim melior fides, quam ſenatus.  
At aucta veſtigalia: utile igitur. Quousque<sup>8</sup>  
audebunt dieere quidquam utile, quod non  
honestum? Potest autem ulli imperio, quod  
gloria fultum eſſe debet, et benivolentia ſocio-  
rum, utile eſſe odium et infamia? Ego etiam<sup>9</sup>  
cum Catone meo ſæpe diſſensi. Nimis mihi  
præfractum videbatur aerarium veſtigaliaque  
defendere, omnia publicanis negare, multa fo-

5. *Quoquo modo.*] Bonis ma-  
liſve artibus, per fas et nefas,  
ut aiunt.

6. *L. Philippi.*] Idem repre-  
henditur ii. 21. 6.

Quas civitates.] Afia, ut vi-  
detur, Mithridati ereptas, et  
belli jure in potestatē populi  
R. redactas, ſed data pecunia  
libertati redditas a Sulla, ipſo  
ſenatu decernente.

*Liberaviffet.*] Immunes fe-  
eiflet. Subintelligitur veſtigia-  
libus. Sic liberare agros Agrar.  
i. 4. pr.

7. *Turpe imperio.*] Hoc fuit.  
*Melior piratarum fides.*] Qui,

persoluta, quæ pro libertate  
paſta eſt pecunia, a ſua po-  
teſtate dimittunt quos aliquam-  
di captivos tenuerunt.

9. *Catone meo.*] Quamvis eſſet  
amicus, ſæpe tamen in republ.  
ab eo diſſensi.

*Præfractum.*] Ita reſle No-  
nius legit et interpretatur du-  
rum, inflexibile.

*Omnia publicanis negare.*] Qui,  
cum ſæpe veſtigalia cu-  
pidius conducerent, poſtea, ca-  
lamitatibus, ut ſolet, interce-  
dentibus, reipubl. perſolvere  
non poſſent, remiſſionem ali-  
quam efflagitabant. Eam cum

ciis: cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum colonis nostris soleremus: eoque magis, quo illa ordinum conjunctio ad 10 salutem rei publicæ pertinebat. Male etiam Curio, cum cauſam Transpadanorum æquam esse dicebat: semper autem addebat, ‘Vincat 11 utilitas.’ Potius diceret, non esse æquam, quia non esset utilis rei publicæ, quam, cum *utilem effe diceret, non esse æquam fateretur.*

1 XXIII. Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis, talium quæſtionum: Sitne boni viri, in maxima caritate annonæ, familiam non alere. In utramque partem disputat; sed tamen ad extrenum utilitate officium dirigit magis, quam

senatus, Catoni obsequens, semper negaret, factum est tandem, ut equeſter ordo, a senatu abalienatus, per Cæſarem impetraret, quæ per Catonem non potuerat: qui debitæ pecuniæ tertiam partem remisit, publicanosque ad suam cauſam adjunxit. Vide pro Mur. 30. pr.

*Cum colonis nostris.]* Quibus aliquid remittimus, quoties gravior aliqua calamitas annum proventum intercepit.

*Eoque magis, quo.]* I. e. eo m. quod.

10. *Male etiam Curio.]* C. Scribonius Curio, pater, cos. a. urb. 677. cum Cn. Octavio, 13. annis ante Tullii consulatum. Vide ii. 17. 6.

*Cauffam Transpadanorum.]* Qui, data Cispadanis civitate, sibi deberi eam putabant, tandemque a Cæſare dictatore ob-

tinuerunt.

*Vincat utilitas.]* Plus valeat, potior sit ejus ratio.

11. *Quam cum utilem effe diceret.]* Mihi vix dubium videatur, quin scriperit Cicero; quam, cum *inutilem effe diceret, effe æquam fateretur.*

XXIII. 1. *Hecatonis.]* Vide cap. xv. 10.

*Familiam non alere.]* Servis viclum negare. *Familia* enim, quæ a *famulis* dicitur, propriæ servos et ancillas significat; deinde eos, qui sunt ejusdem cognationis, de quibus vero hic non est sermo.

*Utilitate officium dirigit magis, quam humanitate.]* *Humanitas* est φιλανθρωπία, alios omnes homines servandi et juvandi studium. Verbum *dirigit* explicat *putat dirigi*. Ita supra xxi. 9. de Fin. ii. 22. “Non igitur potestis voluptate

humanitate. Quærit, si in mari jaætura facienda 2 sit, equine pretiosi potius jaæturam faciat, an servuli vilis. Hic alio res familiaris, alio dicit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus 3 arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? Negat, quia sit injurium. Quid dominus 4 navis, eripietne suum? Minime, non plus, quam navigantem in alto ejicere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim perventum sit eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium. Quid si una tabula sit, duo nau- 5 fragi, iique sapientes? Sibi neuter rapiat. An alter cedat alteri? Cedat vero: sed ei, cuius

omnia dirigentes, aut tueri,  
aut retinere virtutem." Hecaton  
humanitatem postponendam  
esse putat, ubi te aliosque pa-  
riter servare non queas: servos  
tali tempore deferendos, ne  
ipse cum illis pereas. Cicero  
hanc sententiam non probat:  
ipse enim in superioribus ho-  
nestate dirigi officium contendit;  
sed Hecatonem utilitati plus  
tribuere dicit.

2. *In mari jaætura facienda.]*  
Si in gravi tempestate navis  
levandæ caussa supervacua ejus  
onera ejicienda sint.

*Alio res familiaris, alio dicit  
humanitas.]* Aliud, inquit, suadet  
rei familiaris ratio, cui mi-  
nus perit in vili mancípio,  
quam in equo pretioso: aliud  
vero humanitas; quia servus  
homo est, quo cum magna  
nobis communitas intercedit.  
Hæc igitur vincat. Atque hoc  
cum Hecatone Cicero quoque  
voluit.

4. *Quid dominus navis, eri-  
pietne suum?*] Versus pentame-  
ter. An dominus navis tabu-  
lam ideo alteri eripiet, quod  
eam suam esse dicere pot-  
est?

*Non plus quam navigantem.]*  
*Non plus* est, non magis. Epist.  
x. 19. 4. "Non multo plus  
patriæ faveo, quam tuæ glo-  
riæ." Hoc dicit: "Non ma-  
gis illud faciat, quam navi-  
gantem in mare ejiciat, vel  
ejicere velit." Recte igitur il-  
lud si omittitur.

*Quo sumta navis est.]* Con-  
ducta est. Navis tam diu navi-  
gantium est, quoad eo perva-  
tentum sit, quo ut pervenirent,  
illi navem conduxerunt.

5. *An alter cedat alteri?*] In-  
terrogatio ironica, cuius hæc  
fere sententia est. Nec tamen  
crediderim, te dicere, tabu-  
lam alteri ab altero cedendam  
essē.

magis interfit vel sua, vel rei publicæ caussa,  
6 vivere. Quid si hæc paria in utroque? Nullum  
erit certamen, sed quasi sorte aut micando vi-  
7 Ætus, alteri cedat alter. Quid si pater fana  
expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicetne  
id magistratibus filius? Nefas id quidem est.  
Quin etiam defendat patrem, si arguatur. Non  
igitur patria præstat omnibus officiis? Immo  
vero: sed ipsi patriæ conducit, pios cives ha-  
8 bere in parentes. Quid si tyrannidem occu-  
pare, si patriam prodere conabitur pater? file-  
bitne filius? Immo vero obsecrabit patrem, ne  
id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabi-  
tur etiam. Ad extremum si ad perniciem patriæ  
res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti  
9 patris. Quærerit etiam, si sapiens adulterinos  
numos acceperit imprudens pro bonis, cum id  
refscierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro  
bonis. Diogenes ait: Antipater negat, cui

*Vel sua, vel rei publicæ cauf-  
fa.] Ita ad Att. vii. 1. "Si me  
vellet sua, aut rei p. caufsa  
Luceriam venire." Si cum  
Grævio legis: *suæ*, explicari  
queat, *vel suæ rei, vel publicæ  
rei caufsa.* Conf. ii. 1. extr.*

*6. Si hæc paria in utroque.]*  
Sin utrimque pares sint vi-  
vendi caußæ.

*Quasi forte aut micando.] Mi-  
catio est fortis genus. C. xix.  
10. Cedat is, qui casu aliquo,  
quasi forte, inferior vel poste-  
rior fuerit.*

*Alteri cedet alter.] Prægredi-  
tur erit.*

*7. Non igitur patria præstat.]*  
Nonne. C. xix. 10.

*8. Accusabit.] Reprehendet,  
objurgabit, non ad judicem;  
sed domi solus.*

*Patriæ salutem anteponet.]*  
Indicabit magistratibus: quod  
tamen Cicero vix dicere au-  
det, et significat potius, quam  
dicit.

*9. Diogenes ait.]* Adfirmat.  
Philosophos vide xii. 5. Hecato-  
ton utrumque in suo libro dis-  
putantes fecisse, certe eorum  
diffensum testatus esse, videtur.  
Ipse Panætium doctorem ha-  
buit, Panætius illos.

potius assentior. Qui vinum fugiens vendat 10  
sciens, debeatne dicere. Non necesse putat  
Diogenes: Antipater viri boni existimat. [Hæc 11  
sunt quasi controversa jura Stoicorum.] In  
mancipio: vendendo dicendane vitia: non ea,  
quæ nisi dixeris redhibeatur mancipium jure  
civili; sed hæc, mendacem esse, aleatorem, *fura-*  
*racem*, ebriosum. Alteri dicenda videntur, al-  
teri non videntur. Si quis aurum vendens, ori- 12  
chalcum se putet vendere, indicetne ei vir bo-  
nus, aurum illud esse, an emat denario, quod

10. *Vinum fugiens.*] Id est, quod deterius fit, quod non multo post corruptitur, quamvis nondum sit corruptum. Seneca ep. 12. "Gratiissima sunt poma, cum fugiunt;" ubi Lipsius, *jam cedentia ætati et abeuntia*.

11. *Hæc sunt quasi controversa jura Stoicorum.*] Hæc *τετραγωνισμός* ex margine profecta videtur, ne suo quidem loco posita. Certe in fine capituli post verba *mille denarium adjicienda fuissent*.

*Dicendane vitia.*] Subintellige quærit Hecaton, ideoque interrogationis notam tolle.

Non ea quæ.] Non de iis vi-  
tiis se loqui ait, quæ nisi dicta  
suerint, irrita sit venditio, (*red-  
hibeatur mancipium*, sit quasi *re-  
trohabendum*, recipiendum, red-  
dito pretio) rescindaturque  
quidquid intervenditorem em-  
toremque conveneit; sed de  
levioribus morum vitiis.

*Furacem.*] Id est, furtis dedi-  
tum. At, ut dicit xvii. 12. de  
*furtis etiam mancipii*, is qui

vendit, dicere emtori debuit.  
Fortasse scripsit Cicero *voracem*, id est, gulosum: quæ vox  
melius cum *ebriosum* conjungitur. Huic Pearcei conjecturæ  
favent illa quæ Rachelius ex  
Juris consultis protulit, l. iv.  
§. 2. de ædilicio editio: "Ale-  
atores et vinarios non contine-  
ri editio, quosdam respondisse,  
Pomponius ait: quemadmo-  
dum nec *gulosos*, nec *imposto-  
res* aut *mendaces* aut *litigiosos*."

12. *Orichalcum*] Græce ὄρι-  
χαλκος dicitur non ab *auro*, sed  
ἀπὸ τῆς ὕβρεως quasi *æs monta-  
num*.

*Quod sit mille denarium.*] De-  
nariorū. *Esse* est, *æstimari*.  
Apparet ex hoc, *orichalci* et  
*aeris* pretium idem fere fuisset.  
Una enim auri drachma par-  
erat duodecim argenti drach-  
mis, singulæ argenti drach-  
mæ octoginta minimum aeris  
drachmis; ut adeo *æs* et au-  
rum differrent portione circiter  
millaria, æque atque *orichal-  
cum* et *aurum*.

fit mille denarium? Perspicuum jam est, et quid mihi videatur, et quæ sit inter eos philosophos, quos nominavi, controversia.

1. XXIV. Paœta et promissa semperne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo (ut prætores 2 solent) facta sint? Si quis medicamentum cui-piam dederit ad aquam intercutem, pepigerit-que, ne illo medicamento umquam postea ute-retur; si eo medicamento sanus factus fuerit, et annis aliquot post inciderit in eumdem mor-bum, nec ab eo, qui cum pepigerat, impetreret, ut iterum eo liceat uti, quid faciendum sit. Cum sit is inhumanus, qui non concedat, nec ei quidquam fiat injuriæ, vitæ et saluti consu-lendum. Quid? si sapiens rogatus ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei testamento sef-tertium millies relinquatur, ut ante, quam heredi-tatem adeat, luce palam in foro saltet, id se facturum promiserit; quod aliter heredem eum scripturus ille non esset: faciat, quod promise-4 rit, nec ne? Promisisse nolle, et id arbitror fuisse gravitatis. Quoniam promisit, si saltare

XXIV. 1. *Ut prætores so-lent.]* Edicere. Non minus ele-gans est hæc ellipsis, quam illa in Bruto c. 4. *ut agricolæ (dicere) solent.*

2. *Ad aquam intercutem.]* Ad usum significat: *ad hydropem curandum aptum vel idoneum,* quæ sœpe supplet Celsus. Sed sœpius adjectivum omittitur a scriptoribus rei medicæ et ru-sticæ. Cato c. 115. “*Vinum ad alvum movendam.*” Celsus

vi. 6. 22. “*Liquidum quoque medicamentum ad idem com-ponebat.*”

*Vitæ et saluti consulendum.]* Ut vita conservetur, contra fidem datam faciendum est.

3. *Sestertium millies.]* Supple centena millia. Quinquagies centena millia florenorum, sive quinque florenorum millions.

*Luce palam in foro saltet.]* Quasi ebrius vel insanus. Vid. iii. 19. 2.

in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in rei publicæ magnum aliquod tempus contulerit, ut vel saltare, cum patriæ consultrus sit, turpe non sit.

XXV. Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quæ non sunt iis ipsis utilia, quibus illa promiseris.

*Sol Phætoni filio,*

2

ut redeamus ad fabulas,

*Facturum se dixit esse, quidquid obtasset [sibi.]  
Ut curru patri tolleretur, optavit. Sublatus est.  
Atque is ea, qua constituit, ictu deflagravit fulminis.*

4. *In reipublicæ magnum ali-quod tempus.] Nisi forte ad facultatem reipubl. ex magnis periculis et malis servandæ contulerit. De tempore vid. i. 13. et 18. princ.*

XXV. 1. *Ne illa quidem promissa servanda.] i. 10. 3. et 5.*

2. *Sol Phætoni.] Sol, pater, Phæthoni, filio ex Clymene nympha nato, currum suum roganti concessit regendum. Fabula nota ex Ovid. lib. ii. Metam. pr. Tribus syllabis extulit noster Phætoni, quemadmodum apud alios poëtas Phæton δισύλλαβον reperitur. Sic Varro apud Quintilian. Inst. Or. i. 4. 18.*

*Cum te flagranti dejectum fulmine Phæton.*

Cave, scribas ibi Phæton per ih. Ne vocabuli contracti secundæ syllabæ littera h adjiciatur, vetat concursus duarum

adspirationum in syllabis deinceps junctis.

*Quidquid obtasset.] Suspicabar, olim scriptum fuisse quidquid expetisseret. Dum aliquid certius ex libris antiquis afferratur, interposito pronomine sibi, hiatum explevi.*

*Ut curru patris tolleretur.] Ita Horat. Sat. ii. 6. 42.*

— *Quem tollere rheda*

*Vellet.*

Ovid. Fast. ii. 785.

*Tollamur equis.*

Ibid. iv. 462.

— *Aligerō tollitur axe*

*Ceres.*

In vocabulo patris littera s, quod solebant veteres, eliditur. Nec pronunciatione solum, sed scriptura quoque, litteras ejusmodi subtrahebant, teste Quintiliano ix. 4. 39.

*Atque is ea, qua constituit.] Particula atque eleganter peri-*

Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris  
 3 non esse servatum? Quid, quod Theseus exegit  
 promissum a Neptuno? Cui cum tres optatio-  
 nes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii, cum is patri suspectus esset de no-  
 verca: quo [optato] impetrato, Theseus in ma-  
 4 ximis fuit luctibus. Quid? Agamemnon cum  
 devovisset Dianæ, quod in suo regno pulcherri-  
 mum natum esset illo anno, immolavit Iphi-  
 geniam, qua nihil erat eo quidem anno natum

odum orditur, et idem fere si-  
 gnificat, quod *sed, vero.* Cic.  
*Epist. v. 2. 15.* “Egi cum  
 Claudia uxore tua et cum ve-  
 stra sorore Marcia,—ut eum  
 ab illa injuria deterrent. At-  
 que ille,” cet. Verba *ea, qua*  
*constitit explico ibi, ubi consti-*  
*tit, eodem vestigio, sive in eo*  
*ipso curru, quem tam cupide con-*  
*scenderat.* Non raro Latini *qua*  
*pro ubi usurpabant.* Plaut.  
*Men. ii. 1. 12.* “Orasque Italicas omnis, *qua* adgreditur  
 mare.” Curt. vii. 4. 30. “Sed  
*qua* mitior terra est, ingens  
 hominum equorumque multi-  
 tudo gignitur.” Ut i. 12. 6.  
*Eorumdem* pronuntiabatur *O-*  
*rurumdem, sic h. l. ea* poteris ut  
 monosyllabum *a* efferre.

*In hoc.]* In hoc promisso.

*3. Theseus.]* Vide lib. i. 10.

*4.*

*Exegit promissum.]* Non hic  
 exigere sonat *petere, sive posce-*  
*re, sed ferre, impetrare, accipe-*  
*re.* Cic. de Or. ii. 29. “Quo  
 facilius a te exigam, quod pe-  
 to, nihil tibi a me postulanti  
 recusabo.”

*Optationes.]* Alii *optiones.* Sed

verbo *optatio usus* est de Orat.  
 iii. c. 53. extr. et *adoptatio Sal-*  
*lust. Jug. xi. 6.*

*De noverca.]* Phædra, quæ  
 falso crimine Hippolytum in  
 suspicionem patri adduxerat.

*Quo optato impetrato.]* *Quo*  
*impetrato a Cicerone scriptum*  
*puto, cui ex glossa accessit,*  
*optato. i. 10. 4.* “Quo impe-  
 trato in maximos luctus inci-  
 dit.”

*4. Agamemnon.]* Aliter pleri-  
 que fabularum enarratores:  
 Agamemnonem cum ceteris  
 Græcis Aulide tempestate de-  
 tentum, quod Dianæ cervam  
 occidisset, Calchantis responso  
 coactum esse iratae deæ filiam  
 suam, Iphigeniam, immolare.  
 Dianam tamen virginis miser-  
 tam, cervam pro ea substitu-  
 isse, ipsam in Tauris templi  
 fui sacerdotem fecisse. Tamen  
 et Horatius Sat. ii. 3. 199. Aga-  
 memnonem quasi sua sponte  
 filiam immolantem reprehendit:  
 et Clytaemnestra apud  
 Sophoclem in Eleætra ideo se  
 virum occidisse ait, quod is fi-  
 liam suam Dianæ immolan-  
 dam sponte obtulerit.

pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tætrum facinus admittendum fuit. Ergo 5 et promissa non facienda non numquam, neque semper deposita reddenda. Si gladium quis 6 apud te sana mente deposuerit, repeatat insaniens; reddere peccatum sit, officium non reddere. Quid, si is, qui apud te pecuniam de-7 posuerit, bellum inferat patriæ, reddasne depositum? Non, credo. Facias enim contra rem publicam, quæ debet esse carissima. Sic 8 multa, quæ honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate, fiunt non honesta. Ac de iis quidem,<sup>9</sup> quæ videntur esse utilitates contra justitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. Sed 10 quoniam a quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versabimur, cum docebimus, ea, quæ videntur esse utilia, neque sunt, quam sint virtutis inimica. Ac de 11 prudentia quidem, quam vult imitari malitia; itemque de justitia, quæ semper est utilis, disputatum est. Reliquæ sunt duæ partes hone-12

*6. Officium.]* Justum, officio conveniens.

*Reddere peccatum fit, officium non reddere.]* Ita Cicero verborum ordinem variare solet. i. 31. 7. “Quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores.”

*9. Quæ videntur esse utilitates contra justitiam.]* Quæ utilitatis nomen sibi arrogant, cum

justitiæ repugnant, prudentiæ tantum falsam speciem gerant.

*10. Virtutis inimica.]* Ita “Libidinum inimica,” xxxiii.

*10. “Veritatis amici,” i. 19.*

*5. “Inimicissimi mentis.”* Tusc. iv. 15.

*11. Ac de prudentia quidem.]* Egit de justitia c. x. ad xvii. de prudentia a c. xvii.

statis, quarum altera in animi excellentis magnitudine et præstantia cernitur, altera in conformatione et moderatione continentiae et temperantiae.

- 1 XXVI. Utile videbatur Ulixī, ut quidem [poëtæ] tragici prodiderunt: nam apud Homerū, optimum auctorem, talis de Ulike nulla suspicio est, sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse.
- 2 Non honestum consilium. At utile, ut aliquis fortasse dixerit, regnare, et Ithacæ vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. Ullum tu decus in quotidianis laboribus et periculis cum hac tranquillitate conferendum putas?
- 3 Ego vero istam contemnendam et abjiciendam: quoniam, quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas

12. *In conformatione.*] Sic de Fin. v. 6. “Inventa vitæ via est et conformatio omnium officiorum.” *Conformatio et moderatio continentiae* est, continentia et temperantia conformans et moderans animi motus non minus, quam ipsas actiones. Hic enim effectus est continentiae et temperantiae.

XXVI. 1. *Ulixī.*] Vide i. 31.

8. *Ut quidem tragici.*] Nullus ex iis, qui Ulyssēm furentem fecerunt, supereft. Sophoclis ‘Οδυσσεὺς μανίμενος citatur ab Hesychio et scholiaste Pindari.

*Optimum auctorem.*] Virtutis magistrum, fide dignissimum.

Infra xxxii. 2.

*Militiam subterfugere.*] Furorem enim simulabat, ne ad Trojam cum ceteris ire cogeretur. Vid. n. 4.

2. *Ut aliquis fortasse dixerit.*] Vide xxvii. 3. xxviii. 4. Paradox. iii. c. 2. “Nihilne igitur intereft (nam hoc dicet aliquis) patrem quis enecet, servum?”

*Ithacæ.*] Quæ maris Ionii insula est cum oppido ejusdem nominis, in quo natus erat Ulysses.

*Cum parentibus.*] Laerte, Arcessi filio, et Anticlea, Dioclis filia. Cum uxore, Penelope, quam unice amabat; cum filio, Telemacho.

fuisse Ulixem, si in illa simulatione perseverasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen hoc audiat ab Ajace :

*Cujus ipse princeps juris jurandi fuit,  
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.  
Furere assimulavit, ne coiret, institit.  
Quod ni Palamedis perspicax prudentia  
Istius percepset malitiosam audaciam,  
Fide sacramum jus perpetuo falleret.*

Illi vero non modo cum hostibus, verum etiam 5 cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Græciam ad

4. *Hoc audiat.] I. e. cui hæc audienda sunt apud poëtam, Pacuvium fortasse, cuius tragœdia, quam judicium armorum inscripsit, olim extitit.*

*Cujus ipse princeps.] Solus Ulysses juris jurandi fidem neglexit, [jus jurandum non servavit] cuius ipse princeps fuit, id est, quo in primis se cum ceteris in publico Græciæ conventu adstrinxit, cum omnes jurassent, se ad Trojam ituros, nec prius reddituros, quam eam solo æquassent. Litteram s in voce cuius abjici opus non est. Sine discrimine, five vocalis, five consonans sequeretur, cuius una syllaba a priscis enuntiatur.*

*Furere assimulavit.] Se ad infinitivos subauditur.*

*Ne coiret, institit.] Ne cum ceteris iret, operam dedit, et in proposito perseveravit.*

*Palamedis prudentia.] Palamedes prudens, ut ap. Horat. Sapientia, Læli, Nitor Hebri.*

Cum furorem simulans Ulysses, junctis diversi generis animalibus, litus aratro proscinderet, pro frumento salem sereret: aranti parvulum filium, Telemachum, objecit Palamedes, qua sulcus ducendus erat. Quo cum ille pervenisset, et aratum suspendisset, ne filium obtereret, fraudem facile prodidit.

*Istius.] Est disyllabum.*

*Percepset.] Pro percepisset. Syncopen metri ratio exigit, ut i. 12. 6. in acpite.*

*Fide sacramum.] Legas : fide sacramæ, secundo casu, ut ap. Hor. Od. iii. 7. 4. "Constatis juvenem fide." Fidei sacramæ jus est jusjurandum, jus fidei religione sacramæ. Seneca Agam. v. 79.*

—*Jura pudorque,  
Et conjugii Sacra fides,  
Fugiunt aulas.*

5. *Cum fluctibus.] In decennali illo errore undis jaectatus.*

6 bellum barbaris inferendum. Sed omittamus et fabulas, et externa: ad rem factam nostra-  
 7 que veniamus. M. Atilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo Lacedæmonio, imperatore au- tem patre Hannibal Hamilcare, juratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Pœnisi captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthagi-  
 8 nem. Is cum Romam venisset, utilitatis spe- ciem videbat, sed eam, ut res declarat, falsam judicavit: [quæ erat talis] manere in patria, esse domui suæ cum uxore, cum liberis; quam

*Barbaris.] Phrygibus, quos Græci barbaros vocare confuerunt.*

*6. Omittamus.] Hoc verbum, quod in præteritionibus sollempne est non minus commode in transitionibus adhibetur. Cic. de Divinat. i. 20. pr. "Sed omittamus oracula: veniamus ad somnia."*

*Et fabulas et externa.] Exempla a poëtis facta et ab exte- ris gentibus petita.*

*Ad rem factam nostraque.] Lege nostramque. Quemadmo- dum fabulis res facta, ita exteri- nis res nostra singulari numero bene opponitur. Idem Reguli factum, quod rem factam Ci- cero dixerat, etiam rem nostram dicere potuit.*

*7. Consul iterum.] Fuit an- nis 486. et 497.*

*Xanthippo.] Non eadem hu- jus nominis ratio est, quæ ce- terorum ad eamdem formam compositorum, qualia sunt Cratippus, Alcippus (pag. 2.) Κανθίππος est a ξανθός, ut eti-*

amsi Æolico more compona- tur, adspiratio tamen maneatur.

*Imperatore.] Summus tum imperator erat Hamilcar cum Hasdrubale et Bostare. Ab his exercitus ducendus permisus est Xanthippo, quem ducem ideo dicit Cicero.*

*Juratus missus est.] Totam hanc de Regulo historiam fabulosam et commenticiam es- se, sunt qui ex Polybii silentio, et ex Diodori Siculi fragmento libri xxiv. colligunt: quorum princeps est Palmerius. Vide Tollii Appianum p. 4. *Juratus*, qui juravit. xxxii. 1.*

*1. Quæ erat talis.] Hæc tria verba, tamquam ineptum glossema, Facciolatus etiam sustulit.*

*Domui suæ.] Liv. v. 51. 9. Sacra alia terræ celavimus. Quid, si cum Varrone (Gell. iv. 16.) Cic. scripsit: domuis suæ?*

*Cum liberis.] Duos enim ha- bebat filios, unum jam consu- larem.*

calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ judicantem, tenere consularis dignitatis gradum ; quis hæc neget esse utilia ? Quem censes ? Magnitudo animi et fortitudo negat.

XXVII. Num locupletiores quæris aucto-<sup>1</sup>res ? Harum enim est virtutum proprium, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum puto-tare. Itaque quod fecit ? In senatum venit,<sup>2</sup> mandata exposuit : sententiam ne diceret, re-cusavit; quam diu jure jurando hostium tenere-

*Communem fortunæ bellicæ.]*  
Calamitas fortunæ bellicæ est, quam fortuna bellica impor-tat : *communis*, quæ non uni homini peculiariter accidit, sed quam multi etiam alii per-pepsi sunt.

*Consularis dignitatis gradum.]*  
Non *consulis*, sed *consularis viri* dignitatem. Consulatus enim jam alii cesserat.

*Quem censes ?] Explico quem eenses negare ?* Cicero noto schemate, quod communica-tio dicitur, usus est. Hoc a Quintiliano ix. 2. 24. sic ex-plicatur: “ Sed non numquam communicantes aliquid in-exspectatum subjungimus, quod et per se schema est. Ut in Verrem Cicero [v. 5.] ‘ Quid deinde? quid censem? furtum fortasse, aut prædam aliquam?’ Deinde cum diu suspendisset judicum animos, subjecit quod multo esset improbus.” Hæc Quintilianus. Hujusmodi con-formatione Cicero sententias illuminare solet. Pro Cæcina

c. 5. extr. “ Mandat, ut fun-dum sibi emat. Cui tandem? cui putatis? an non in men-tem venit omnibus,” cet.

XXVII. 1. *Locupletiores au-tores.]* Quam hæc virtutes sunt? iii. 2. 14. “ Testis locu-ples Posidonius.” De Div. ii. 58. “ Pythagoras et Plato locu-pletissimi auctores,” id est, viri, quorum sententia pluri-mum valere debet, quibus cre-dere par est.

*Humana.]* Vide i. 4. 6.

2. *Mandata.]* Quæ a Pœnis sibi mandata vel, ut vulgo lo-quuntur, *commissa* essent.

*Ne diceret, recusavit.]* Usita-tius fuisset dicere *recusavit*. Sed illa altera construc-tio, non mi-nus proba est atque elegans. *Recusare* enim proprie est cau-sam s. excusationem contra adferre. Ad Divers. i. 19. 26. “ Mihi videbatur contentio-nem—cum illis viris nolle fi-eri: et, ne fieret, vehementer recusare.”

3 tur, non esse se senatorem. Atque illud etiam  
 (O stultum hominem, dixerit quispiam, et re-  
 pugnantem utilitati suæ !) reddi captivos, ne-  
 gavit esse utile : illos enim adolescentes esse, et  
 4 bonos duces, se jam consecutum senectute. Cu-  
 jus cum valuisse auctoritas, captivi retenti  
 sunt, ipse Carthaginem rediit : neque eum ca-  
 5 ritas patriæ retinuit, nec suorum. Neque vero  
 tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem et  
 ad exquisita supplicia proficisci : sed jus juran-  
 6 dum conservandum putabat. Itaque tum, cum  
 vigilando necabatur, erat in meliore cauffa,  
 quam si domi senex captivus, perjurus consula-  
 7 ris remansisset. At stulte, qui non modo non  
 censuerit captivos remittendos, verum etiam  
 dissuaserit. Quo modo stulte ? etiamne si rei  
 publicæ conducebat ? Poteſt autem, quod in-

3. *Negavit esse utile.*] Etsi ſententiam dicere recuſaverat, et expositis Carthaginienſum mandatis e ſenatu exierat cum ceteris legatis : tamen poſtre- mo in eum ſolus fortaffe revo- catus, reddi captivos utile eſſe, negavit. Appianus clam col- locatum cum proceribus Rom. eſſe narrat. Hæc varietas Pal- merio favere videtur.

4. *Cujus cum valuiſſet aucto- ritas.*] Etsi non ut ſenator, ſed ut privatus et peregrinus, ſen- tentiā dixerat : tamen in eam S. C. factum eſt.

6. *Cum vigilando necabatur.*] Auctore Tuditano apud Gelli- um vi. 4. qui eum ſomno diu prohibi- tum atque ita vita priva-

tum retulit. Alii aliter. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. lib. vi. 539. Morbo vero extinctum ex Diodori Siculi fragmento hoc colligit Palmerius, quo Reguli uxor ſuſpicata fuſſe di- citur, virum in cuſtodia neceſ- faria cura deſtitutum deſeciſſe. (δὶ ἀμέλισσαν αὐτὸν ἐκλεῖοπτερόν τῷ ξῆν.)

7. *In meliore cauffa.*] Cauffa e- jus melior, ipſe meliore condi- tione, minus miser erat.

8. *Etiamne.*] Etiamne stulte fecit, ſi id reipubl. conducebat ?

utile rei publicæ sit, id cuiquam civi utile esse?

XXVIII. Pervertunt homines ea, quæ sunt <sup>1</sup> fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honestate sejungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur, nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est, qui utilia <sup>2</sup> fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? Sed quia nusquam possumus, nisi <sup>3</sup> in laude, decore, honestate utilia reperire, propterea illa prima et summa habemus; utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in jure <sup>4</sup> jurando? Num iratum timemus Jovem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui deum nihil habere ipsum negotii [dicunt], nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid, et moliri volunt, numquam nec irasci

*Id cuiquam civi.] Id eleganter postponitur. xiii. 11.  
“Cum, quod tu scias, id ignorare—velis.” i. 38. 7.*

XXVIII. 3. *Utilitatis nomen.] Utilitatem. Sic philosophiae nomen ii. 1. 3. Utilitas non multum habet dignitatis, sed tamen propter indigentiam naturæ humanæ appetenda est.*

4. *Dixerit quis.] Qui laudem Regulo a me tributam erexit.*

*In jure jurando.] Quam vim habet jusjurandum?*

*At hoc quidem.] Usque ad n. 8. non Ciceronis, sed ejus verba sunt, qui Regulum laudandum*

*negat.*

*Nihil habere ipsum negotii.] Epicureorum hæc opinio erat, deum nihil agere, nihil cuiquam nocere. Non temere Pearcius verbum dicunt abjicit.*

*Deum semper agere.] Stoici maxime intelliguntur, qui deo providentiam et mundi hujus administrationem tribuunt. Non multum ab his discrepabat Academicorum et Peripateticorum sententia.*

*Nec irasci deum nec nocere.] In hoc cum Epicureis consentebant et Stoici ceterique philosophi. *De numquam nec—nec v. i. 20. 1.**

5 deum, nec nocere. Quid autem iratus Jupiter plus nocere potuisset, quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis [fuit] religionis, quæ 6 tantam utilitatem perverteret. An ne turpiter faceret? Primum, minima de malis. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quan- 7 tum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud Accium,

*Fregisti' fidem?*

Neque dedi, neque do infideli cuiquam,  
8 quamquam ab impio rege dicitur, luculente ta-  
men dicitur. Addunt etiam, quem ad modum  
nos dicamus, videri quædam utilia, quæ non  
sint: sic se dicere, videri quædam honesta, quæ  
non sint: ut hoc ipsum videtur honestum, con-  
servandi juris jurandi caussa ad cruciatum re-  
vertisse: sed sit non honestum; quia, quod per  
vim hostium esset actum, ratum esse non debuit.  
9 Addunt etiam, quidquid valde utile sit, id fieri

6. *An, ne turpiter faceret?*] An ideo, ne turpiter faceret,  
servandum fuit jus jurandum?

*Primum.]* Primum hoc con-  
stat, omnium philosophorum  
præceptum esse, *minima de ma-  
lis sumenda.*

7. *Accium.]* In ejus Atreo.  
Vide xxi. 12.

*Fregisti' fidem.]* Ita explico,  
ut Thyestes dicat: An non fre-  
gisti fidem? Ita Liv. ii. 36. 4.

“Satin' magnam spreti numi-  
nis haberet mercedem?” Plura  
exempla particulæ *ne pro non-  
ne usurpatæ habes* xvii. 2.  
Carmen deinde ita sejunxi, ut

appareat, Thyestæ interrogati-  
oni clausulam, responsioni ve-  
ro Atrei quinque pedes primos  
versuum trochaicorum a poëta  
adsignatos esse.

*Ab impio rege.]* Atreo. C.  
xxix. 12. i. 28. 2.

8. *Videtur.]* Oratio obliqua  
posceret conjunctivum *videat-  
tur*, ut deinde *sed fieri*: sed  
veteres in his saepè aliter fo-  
lent, ac nos.

*Conservandi jurisjurandi.]*  
Corn. Hannib. ii. 5. “Id ego  
jus jurandum, patri datum,  
usque ad hanc ætatem ita con-  
servavi.”

honestum, etiamsi ante non videretur. Hæc 10  
fere contra Regulum. Sed prima videamus.

XXIX. Non fuit Jupiter metuendus, ne ira- 1  
tus noceret: qui neque irasci solet, nec nocere. 2  
Hæc quidem ratio non magis contra Reguli, 3  
quam contra omne jus jurandum valet. Sed in  
jure jurando, non qui metus, sed quæ vis sit,  
debet intelligi. Est enim jus jurandum affir- 4  
matio religiosa. Quod autem affirmate, quasi 4  
deo teste, promiseris, id tenendum est. Jam  
enim non ad iram deorum, quæ nulla est, sed  
ad justitiam et ad fidem pertinet. Nam præ- 5  
clare Ennius:

*O Fides alma, apta pinnis, et Jus jurandum  
Jovis.*

10. *Prima.]* Quæ leguntur  
n. 4.

XXIX. 3. *Non qui metus, sed  
quæ vis sit.]* In jure jurando id  
potius considerandum, quæ e-  
jus natura et obligatio, quam  
quid mali in eo violato metu-  
endum sit.

*Affirmatio religiosa.]* Adfir-  
matio præfente quasi ac teste  
deo facta, atque hac religione  
jurantem obstringens.

4. *Affirmate.]* Cum affirma-  
tione, sive asseveranter promit-  
tere. Non igitur assentior iis,  
qui *affirmate* interpretantur *jure  
jurando*.

*Non ad iram deorum.]* Non  
quaeritur, utrum deus vindex  
perjurii sit; sed an is justus,  
an fides in eo sit, qui promissa  
non servaverit. *Jusjurandum  
servandum* non ideo magis,

quia deus perjuris metuendus,  
quam quia justum et fidei con-  
veniens est.

*Quæ nulla est.]* Illud con-  
stat, deum ex Stoicorum et  
Academicorum mente homini-  
bus quidem benefacere, mi-  
nime vero irasci. Ubi ergo  
Cicero *iratos* facit deos, non  
tam ex suo, quam *ex vulgi*  
sensu loquitur. Nec obstat,  
quod ii. 3. 11. dixit: “Deos  
placatos pietas efficiet et san-  
ctitas.” Certum enim est, *pla-  
catos et propitos deos* a Stoicis  
*dictos*, non qui non irasceren-  
tur, sed qui bene facerent.  
Vide Senec. ep. cx. pr.

5. *O Fides alma, apta pin-  
nis.]* Versus Ennii trochaicus.  
*Fides* hic nomen proprium deæ  
est. *Apta* vero, *juncta*. *Apere*  
prijsca lingua significabat *jun-*

Qui Jus igitur jurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi, ut in Catonis oratione est, majores 6 nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi 7 nocuit ipse Regulus. Certe, si nihil malum esset, nisi dolere. Id autem non modo summum, sed ne malum quidem esse, maxima auctoritate philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum, Regulum, nolite, quæso, vituperare. 9 Quem enim locupletiorem quærimus, quam principem populi Romani, qui retinendi officii 10 caussa cruciatum subierit voluntarium? Nam quod aiunt, Minima de malis; id est, ut turpi-

*gere.* Virgilius: *Cælum stellis fulgentibus aptum.* Hinc *aptam pinnis* (pennis) interpretantur *alatum, τερπόσσοντα,* deum ubique præsto esse significantes.

*Et jus jurandum Jovis.]* Fides non est jus jurandum Jovis. Sed in tragœdia per jus jurandum deceptus aliquis, Thyestes fortasse, Fidem et Jus jurandum Jovis, tamquam deos perjurii ultores, invocabat. Jam si contra perjurum Fides, ut perjurii ultrix, recte invocatur; bene habet Ciceronis consularium illud: "Qui jus jurandum violat, is Fidem violat." Appellatur autem jus jurandum Jovis, quia Jupiter qui inde "Oxios est, juris jurandi arbiter existimabatur, ejusque honor proprius erat, quod per ipsum jurabatur.

*In Capitolio vicinam Jovis.]*

Cicero de Nat. D. ii. 23. "Ut Fides ut Mens: quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Æmilio Scauro, ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata."

*7. Certe.]* Concessionis particula. Ep. iv. 2. 5. "Quod existimas meam causam conjunctam esse cum tua: certe similis in utroque nostrum, cum optime sentiremus, error fuit."

*Non modo summum.]* Pro non modo non. C. xix. 9. Ad vocem summum subaudi malum.

*8. Quorum quidem testem.]* Philosophorum testem dici Regulum, quod, quæ illi docent, is vita comprobavit. Nam *fætis verba firmantur*, ut ait Laetant.

*Haud scio an.]* Fortasse. i. 11. 1.

ter potius, quam calamitose: an est ullum magius malum turpitudine? Quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri? Itaque, nervosius qui ista differunt, solum 11 audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem, 12

*Neque dedi, neque do infideli cuiquam,*  
idcirco recte a poëta, quia, cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. Sed si hoc 13 sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, videant, ne queratur latebra perjurio. Est jus etiam bellicum, fidesque juris jurandi 14 saepe cum hoste servanda. Quod enim ita jura- 15 tum est, ut mens conciperet fieri oportere, id

10. *In deformitate corporis.]* In deformati corpore.

11. *Nervosius qui ista.]* Stoicos intelligit, qui sola turpia dicebant esse mala.

*Remissius.]* Peripatetici. Vid. iv. 15. vii. 3. 4.

12. *Neque dedi, neque do fidem.]* Vocabulum fidem omittit; quia in repetendo transflit oratio. Eiusmodi fulcro non magis hic opus est, quam in illis Ennii supra i. 16. 9. “Nihil minus ipsi lucet.”

*Tractaretur Atreus.]* Atrei persona induceretur.

*Personæ serviendum.]* Poëta non ex sua, sed ex Atrei persona locutus est, dixitque non quæ ipse probaret, sed quæ impio rege digna essent.

13. *Si hoc sibi sumunt.]* Si hoc defendendum suscipiunt, si, quod Atreo tribuit poëta, suum faciunt.

*Nullam esse fidem.]* Quæ hosti promissa sint, non obligare.

*Latebra.]* Quo ad impunitatem confugiat.

15. *Ut mens conciperet fieri oportere.]* I. e. ut mens tua comprehendenderet, siue ut intellegeres, et pium esse ac justum, id a te praestari (nam si nefas sit, omnis obligatio dissolvitur) et eum, cui juras, id sibi a te praestari velle. Hoc infra n. 18. *ex animi sententia jurare* dicitur. Non est igitur, quod vereantur non nulli, ne latebram Cicero relinquat perjurio corum, qui dum jurant, quam-

servandum est: quod aliter, id si non feceris,  
 16 nullum est perjurium. Ut, si prædonibus pa-  
 etum pro capite pretium non attuleris, nulla  
 fraus est, ne si juratus quidem id non feceris.  
 17 Nam pirata non est perduellium numero defini-  
 tus, sed communis hostis omnium. Cum hoc  
 nec fides debet, nec jus jurandum esse com-  
 18 mune. Non enim falsum jurare, perjurare est;  
 sed, quod EX ANIMI TUI SENTENTIA juraris,  
 sicut verbis concipitur more nostro, id non fa-  
 19 cere, perjurium est. Scite enim Euripides:

*Juravi lingua, mentem injuratam gero.*

20 Regulus vero non debuit conditiones, paetio-  
 nesque bellicas, et hostiles perturbare perjurio.  
 21 Cum justo enim et legitimo hoste res gereba-

vis intelligent, alia esse, quæ a  
 se præstari oporteret, tamen  
 scelerata fraude, se alia factu-  
 ros esse, cogitatione tacita de-  
 stinant.

16. *Paetum—pretium.]* Pas-  
 sive, ut i. 10. 9.

• *Ne si juratus quidem.]* Non  
 quærit Cicero, an vir bonus  
 planeque sapiens piratis jura-  
 turus sit: sed, si quis piratis  
 pecuniam se daturum esse jure  
 jurando promiserit, eum teneri  
 hoc jure jurando negat. Dis-  
 sentiunt, qui sibi persuadent,  
 jus jurandum esse promissio-  
 nem Deo factam. Horum erro-  
 rem coaguunt Pufendorfius,  
 Barbeyracius, Burlamacius et  
 Dariesius.

17. *Perduellium numero defi-  
 nitus.]* Pirata non continetur  
 numero justorum hostium, ac

legitimorum, adversus quos jus  
 fetiale juraque alia servanda  
 sunt.

18. *Ex animi tui sententia.]*  
 Verba EX ANIMI SUI SENTEN-  
 TIA in jure jurando sollemnia  
 suisse copiose disserit Brissoni  
 de formulis. *Ex animi autem  
 sententia jurat*, qui prudens ac  
 sciens jure jurando promittit,  
 quod et cui promittere fas et  
 iura sinunt. Eamdem rem Ci-  
 cero paullo ante dixerat, *ut mens  
 conciperet fieri oportere*: et i. 13.  
 6. “ Quid senseris, non quid  
 dixeris, cogitandum.”

19. *Euripides.]* in Hippolyto  
 v. 611. ‘Η γλῶσσ’ ὄμωμοχ’, ἡ  
 δὲ φῶν ἀνάμορος.

20. *Perturbare.]* Violare.

21. *Justo et legitimo hoste.]*  
 Qui jure gentium armis cum  
 populo R. deceperat.

tur, adversus quem et totum jus fetiale, et multa sunt jura communia. Quod ni ita esset,<sup>22</sup> numquam claros viros senatus vinc̄tos hostibus deditissem.

XXX. At vero T. Veturius et Sp. Postu-<sup>1</sup>  
mius, cum iterum consules essent, quia, cum  
male pugnatum apud Caudium esset, legioni-  
bus nostris sub jugum missis, pacem cum Sam-  
nitibus fecerant, dediti sunt his. Injussu enim  
populi senatusque fecerant. Eodemque tempore<sup>2</sup>  
Ti. Numicius, Q. Mælius, qui tum tribuni  
plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat  
facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiare-  
tur. Atque hujus deditio[n]is ipse Postumius,<sup>3</sup>  
qui dedebatur, suasor et auctor fuit. Quod  
idem multis annis post C. Mancinus, qui, ut  
Numantinis, quibuscum sine senatus auctorita-  
tate foedus fecerat, dederetur, rogatione in suasit  
eam, quam L. Furius, S. Atilius ex senatus  
consulto ferebant: qua accepta, est hostibus

*Jus fetiale.]* Vide i. 11.  
<sup>9.</sup>

*XXX. i. Apud Caudium.]* Samnitium oppidum inter Ca-  
latiam et Beneventum, non  
Apuliæ vicum. Pugna facta  
est a. 632.

*Dediti sunt his.]* Anno se-  
quente, quum consulatu abiis-  
sent.

*2. Qui tum tribuni plebis e-  
rant.]* Hi inter sponsores pacis  
Caudinæ fuerant, cum essent  
tribuni militum, ni fallor, ac  
tribuni plebis designati. Re-  
versi Romam magistratum ex

more mense Decembri ini-  
erunt. Intercedebant etiam se-  
natus consulto de pace Caudi-  
na rescindenda. Vide Liv. ix.  
8. seq. et Pighium ad annum  
Caudinum.

*3. Multis annis post.]* Supe-  
riores, Veturius et Postumius,  
dediti fuerant a. 433. hic anno  
616. consul fuit.

*C. Mancinus.]* C. Hostilius  
Mancinus.

*L. Furius, Sex. Atilius.]* Qui  
sequentis anni (617) consules  
fuerunt.

*Est hostibus deditus.]* Non

4 deditus. Honestius hic, quam Q. Pompeius,  
 quo, cum in eadem caussa esset, deprecante,  
 5 accepta lex non est. Hic ea, quæ videbatur  
 utilitas, plus valuit, quam honestas: apud su-  
 periores utilitatis species falsa ab honestatis au-  
 6 toritate superata est. At non debuit ratum  
 7 esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti  
 viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum  
 proficiscicebatur, cum præsertim de captivis dis-  
 suasurus esset? Quod maximum in eo est, id  
 8 reprehenditis. Non enim suo judicio stetit, sed  
 suscepit caussam; ut esset judicium senatus: cui  
 nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis  
 redditii essent. Ita incolumis in patria Regulus  
 9 restitisset. Quod quia patriæ non utile putavit,

magis tamen receptus ab ho-  
 stibus, quam superiores.

4. *Q. Pompeius.*] Auli F. Rufus. Ruforum hæc familia di-  
 versæ est ab illa, quæ Cn. Ma-  
 gnus habuit: Quadriennio  
 ante Mancinum consul fuerat,  
 a. 612.

*In eadem caussa.*] Pacem e-  
 nem non minus turpem cum  
 Numantinis fecerat.

*Accepta lex non est.*] Populus  
 rogationem illam non accepit,  
 quam novi consules tulerant,  
 ut Numantinis Pompeius de-  
 deretur.

5. *Hic.*] In Pompeio.

*Apud superiores.*] Veturium,  
 Postumium, Mancinum, quos  
 Cicero paullo ante commemo-  
 raverat.

*Ab honestatis auctoritate supe-  
 rata.*] Honestas plus valuit,  
 quam falsa utilitatis species.

6. *At non debuit.*] Novum  
 argumentum adversus Regu-  
 lum (xxviii. 8.) ad quod ex  
 Stoicorum sententia breviter  
 respondet.

7. *Cur igitur.*] Aliud argu-  
 mentum, quo Regulus stultitiae  
 accusatur.

8. *Non enim suo judicio ste-  
 tit.*] Non suo contentus judi-  
 cio, non eo tantum nixus fuit.

*Sed suscepit caussam.*] Ad se-  
 natum agendam, publici ne-  
 gotii patronus esse voluit.

*Ut esset judicium senatus.*] Ut  
 senatus judex esset, idque de-  
 cerneret, quod reipubl. esset  
 utilissimum.

*Nisi ipse auctor fuisset.*] Nisi  
 prius dixisset, quid sibi optimum  
 videtur, et captivos  
 reddendos dissuasisset.

*Restitisset.*] Resistere potui-  
 set.

idcirco sibi honestum et sentire illa, et pati credidit. Nam quod aiunt, quod valde utile sit, 10 id fieri honestum: immo vero esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec quia utile, honestum est; sed quia honestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius.

XXXI. Sed ex tota hac laude Reguli unum 1 illud est admiratione dignum, quod captivos retinendos censuit. Nam quod rediit, nobis 2 nunc mirabile videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim 3 vinculum ad astringendam fidem jure jurando, majores artius esse voluerunt. Id indicant leges 4 in XII. tabulis, indicant sacratæ, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de jure

10. *Immo vero esse.]* Subaudi aiunt, vel dicere volunt.

11. *Aut laudabilius.]* Subintellige aliud.

XXXI. 1. *Ex tota hac laude.]* Cum multa sint laudanda.

2. *Laus non est hominis.]* ii. 22. 1. "Laus abstinentiae non hominis est solum, sed etiam temporum illorum."

3. *Nullum enim vinculum.]* Nihil sanctius habuerunt et conservarunt, quam jus jurandum; nihil acrius vindicarunt, quam perjurium.

4. *In duodecim tabulis.]* Hanc glossam esse, mihi fit credibile. Vide i. 10. 7. iii. 15. 2.

*Sacratae.]* Leges sacratae dicebantur propterea quod sanctum erat, ut, qui adversus eas fecisset, sacer esset alicui deo. Proprie illæ sunt, quibus libertas civium et potestas tribunicia sanctitatem sunt.

*Notiones.]* Judicia et cognitiones censorum; vel ipsæ notæ. Alii *notationes*. Perjuri a censoribus notabantur.

5 jurando, judicabant. L. Manlio, A. F. cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictatum gerendam addidisset. Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset et ruri habere jussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri: accurrisse Romanum et cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum, qui illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus est, confessim gladium destrinxit, juravitque, se illum statim interfectu-

5. *L. Manlio.*] De hac re lege Liv. vii. 4.

*Dicit dixit.*] Ad populum eum accusavit, a. 391.

6. *Qui postea est Torquatus appellatus.*] An haec verba a glossatore adjecta sunt? Hoc certe facilius adducor, ut credam, quam ut sub finem hujus capitinis omnia illa *Atque hinc Titus Manlius—in filium abjeci patiar.*

*Ruri.*] Villa intelligitur.

7. *Quod cum audivisset.*] Id est, cum audivisset. Nam quod οὐλεονάζει, ut in *quod si, quod ubi, quod nisi*, ita ut abesse possit. Possis tamen interpretari *ob quod.* Ita ii. 8. 17.

*Negotium exhiberi.*] xxviii. 4. “Deum nihil habere ipsum negotii dicunt, nihil exhibere alteri.”

*Et cum prima luce.*] Apud

Nonum, in voc. *Lux*, locus e *M. Tul. de Offic. lib. iii.* quo Nonius ostenderat, veteres *lucem* masculino genere dixisse, librariorum culpa excidit. Suspicantur itaque, hoc Ciceronis loco grammaticum in suis exemplaribus legisse et in antiquissimis codicibus scriptum fuisse et *cum primo luci.*

8. *Qui illum iratum.*] Vid. supra ii. 17. 4. Terent. Eun. iii. 2. 37.

—*Nam, qui huic animum adsentari induxeris,  
E flamma petere te cibum posse arbitror.*

9. *Destinxit.*] ii. 7. 13. Tendum autem pugionem attulerat vel cultrum, ut Livius vocat.

*Se illum statim.*] Pronomen *se* non male omittitur a quibusdam, ut xxxii. 1.

rum, nisi jus jurandum dedisset, se patrem mis-  
sum esse facturum. Juravit hoc coactus terrore 10  
Pomponius; rem ad populum detulit; docuit,  
cur sibi caussa defistere necesse esset; Manlium  
missum fecit. Tantum temporibus illis jus ju-  
randum valebat. Atque hic T. Manlius is est, 11  
qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus  
occiderat, torque detracto, cognomen invenit:  
cujus tertio consulatu Latini ad Veserim fusi  
et fugati. Magnus vir in primis, et qui perin-  
dulgens in patrem, idem acerbe severus in  
filium.

XXXII. Sed ut laudandus Regulus in con- 1  
servando jure jurando, sic deceū illi, quos post  
Cannensem pugnam juratos ad senatum misit  
Hannibal, in castra redituros ea, quorum erant  
potiti Poeni, nisi de redimendis captivis impe-  
travissent, si non redierunt, vituperandi. De 2  
quibus non omnes uno modo. \* [Nam] Poly-

10. *Caussa defistere.]* Sine  
præpositione a dicit etiam su-  
pra 3. extr. defistunt facile sen-  
tentia.

11. *Ad Anienem.]* Fluvium,  
qui Latinos a Sabinis disser-  
nens in Tiberim influit. A. U.  
C. 392.

12. *Cognomen invenit.]* Tor-  
quati.

*Ad Veserim.]* Fluvius, an  
oppidum vicusve Campaniæ  
sit, incertum est. Utrumque  
apud veteres legitur.

*In filium.]* Quem, quod  
contra edictum cum hoste,  
quamvis prospere, pugnasset,

securi percutit, eodem a. 413.  
quo Decius pater, Manlii col-  
lega ad Veserim, se devovit.

XXXII. 1. *Decem illi.]* De  
quibus i. 13. Liv. xxvii. 61.  
Gell. vii. 18. Valer. ii. 9. 8.

*Juratōs.]* Cum jurasseot, se  
redituros in castra. De v. juratōs  
vid. xxvi. 7. de omisiō se  
xxxii. 9.

*Si non redierunt.]* Discrepat  
enim inter auctores.

2. *Polybius.]* Lib. vi. 56. A-  
steriscus appositus monet, hic  
transferendam esse periodum  
9. *Acilius, qui Græce, eet.*  
Vide infra 9.

bius, bonus auctor in primis [scribit] ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata: unum [ex decem] qui paullo post, quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse jure jurando interpretabatur. Non recte, fraus enim astringit, non dissolvit perjurium.

4 Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus, ut ille veterator et callidus vinclitus ad Hannibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum milia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent a Paullo et a Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri posset: ut

*Bonus auctor.]* Fide dignus. Vide c. 26. pr.

3. *Reditu in castra.]* Quod redisset in castra, quod se facturum juraverat, putabat se jure jurando esse solutum.

*Astringit, non dissolvit.]* Metaphora ducta videtur a scopis aut similibus rebus, quæ, quo artius constringuntur, eo magorem vim et firmitatem capiunt, dissolutæ vero dilabuntur. Videtur hoc significari, perjurium fraude non excusati fieri, sed atrocious. Sed locus admodum suspectus est, a verbis non recte usque ad perjurium, et glossæ simillimus. Alii legunt disstringit.

4. *Veterator et callidus.]* Cic.

*Verr. iii. 14.* "In hoc homo luteus etiam callidus ac veterator esse vult."

5. *Tenebat.]* Captos in sua potestate habebat.

*A Paullo et a Varrone.]* Qui, cum ad Cannas infeliciter pugnatum est, consules fuerunt a. 537. De præpos. gemina vide supra i. 4. 4. xiv. 1.

6. *Non censuit redimendos.]* Ut hanc cladem contemnere, nec populus Rom. militibus indigere videretur.

*Parva pecunia.]* Ternis minis, id est, trecentis, denariis singuli redimi potuerant, auctore Polybio lib. vi. extr. qui erant quadragesi circiter imperiales.

esset iusitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibal scribit idem, quod senatus populusque Romanus rebus afflictis tam excuso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea, quae videntur utilia, vincuntur. Acilius autem, qui Græce scriptis historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut jure jurando liberarentur, eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit jam hujus loci finis. Perspicuum est enim, ea, quae timido animo, humili, demisso, fractoque siant (quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod sibi opus esse videretur, non quod rei publicæ cen-

*Aut vincere aut emori.]* Aut vincendum esse, aut moriendum.

*7. Scribit idem.]* Polybius i. vi. extr.

*9. Acilius autem.]* Hæc cum præcedentibus male connexa esse, manifestum est. Proximum vero videtur, Acilii narrationem supra ex n. 2. excidisse, inque suum locum ita reponendam esse: "De quibus non omnes uno modo. Acilius, qui Græce scriptis historiam, plures ait fuisse, qui— omnibus ignominiis notatos. Polybius autem, bonus auctor in primis, ex decem," cet. Neque est, ut vereamur, ne parum commode dicantur *plures fuisse, qui in castra revertissent,* nisi præcesserint illa unum—*Romæ remansisse.* Sæpe Latinis plures sunt multi, et res quæ-

cumque, quarum est aliquis numerus, simpliciter *plures* dicuntur. Supra ii. 14. 6. "Cum sint plura caffarum genera." De Leg. ii. 1. "Cum licet plures dies abesse."

*Acilius.]* Ejus annales, Græce scriptos, Latine convertit Claudius quidam, quem *Quadrigarium* fuisse non nulli putant. Liv. xxv. 39. xxxv. 14. Quis ipse Acilius fuerit, parum convenit inter eruditos. Non errant fortasse, qui *C. Acilium* intelligunt, eum, qui Græcos legatos (vid. iii. 12. 5.) in senatum introduxit, eorumque sermones senatoribus ipse senator interpretatus est; de quo Plutarchus in Cat. Maj. Gellius lib. vii. 14. 9.

*10. Quod sibi opus esse.]* Sibi utile. Vide xi. 10.

fuisset, aut domi remanere voluisset) non esse utilia, quia sunt flagitiosa, fœda, turpia.

1. XXXIII. Restat quarta pars, quæ decorum, moderationem, modestiam, continentiam, temperantiam, continetur. Potest igitur quidquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerii [philosophi nominati], omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus, 4 ejusdem fere adjutor auctorque sententiae. Cum his viris equisque, ut dicitur, si honestatem tu-

*Quia sunt flagitiosi.]* De indicativo in oratione obliqua vide i. 7. 6.

XXXIII. 1. *Quarta pars.]* Quartus officii fons, temperantia.

3. *Ab Aristippo.]* Aristippus Cyrene, Africæ regione et urbe ortus, Socratem quidem audiavit, sed voluptatis patrocinium suscepit. Vide i. 41. 10. Nec vero jungenda sunt *ab Aristippo nominati*: sed *ab Aristippo* est accipendum, quemadmodum *a Platone* in illis pro Muren. c. 30. “Nostrī illi a Platone et Aristotele, moderati homines et temperati aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam.” Exrinsecus adsumere possis *profeti*, quod alibi videmus adjici. Ut, de Leg. iii. 6. “Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone.”

*Annicerii.]* Vel *Anniceri*, utrumque recte. Nam *'Arrixen-*

*ges* vocantur. Hujus sectæ conditor fuit *Anniceris*, *'Arrixen-* *ges*, quintus in schola Cyrénaca ab Aristippo: qui Platonem a Dionysio tyranno venditum redemit. Omnia quidem cum ceteris Cyrenaicis ad voluptatem reserabat, sed relinquebant tamen in vita amicitiam et gratiam, parentum reverentiam, bene de patria merendi studium.

*Philosophi nominati.]* Si codex aliquis addiceret, utrumque, certe posterius, vocabulum ejicerem.

*Quibus obsoletis.]* Nam post Epicurum Cyrenaicorum nomen usurpari desit.

*Ejusdem fere adjutor.]* Diffensit enim in nonnullis. Vide Diog. Laert. ii. 89.

4. *Viris equisque.]* Non *cum his viris equisque* conjuges, illius exemplo, qui *cum his viris equisque* interpretaretur *cum his Centauris*; sed *cum his decer-*

eri ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utilitas, sed vita omnis beata, 5 corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, continetur: certe haec utilitas, et quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiae locus dabitur? An, ut conquirat undique suavitates? Quam miser virtutis famulatus, servientis vo- 7 luptati! Quod autem munus prudentiae? An legere intelligenter voluptates? Fac nihil isto esse jueundius: quid cogitari potest turpius? Jam, qui dolorem summum malum dicat, apud 9 eum quem habet locum fortitudo, quae est dolorum laborumque contemtio? Quamvis enim multis locis dicat Epicurus, sicuti dicit, satis fortiter de dolore: tamen non id spectandum

*tandum est, idque viris equisque,*  
i. e. collectis viribus, summa  
vi: quo proverbio Cicero saepe  
usus est.

5. *Eiusque constitutionis spe explorata.]* Tusc. ii. 6. "Metrodorus quidem perfecte eum beatum putat, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse?"

*A Metrodoro.]* Epicuri discipulo.

*Et quidem summa.]* Quamvis ex eorum opinione summa sit. Summum enim bonum positum putabant in corporis constitutione, quae ab omni doloris sensu ac metu abesset.

6. *Ubi primum prudentiae?]*

Finem prudentiae hic significat, in proximis officiis.

7. *Intelligenter.]* Intelligenter legit voluptates, qui a salutaribus noxiis, a magnis partibus, a diuturnis breves fecerint.

9. *Sicuti dicit.]* Verbum dicere saepius hic iterat Cicero: nec id praeter morem suum.

Non id spectandum est.] Non minus eleganter Cicero dixit non id spectandum est, quid cet. quam si dixisset non illud spectandum est, quid. In Vatin. c. 12. "Atque illud etiam scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris." Plaut. Amph. iv. 2. 5. "Scelesti, at etiam quid velim, id tu me rogas?"

est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore: ut, si illum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis; sed aqua hæret, ut aiunt. Nam qui potest temperantiam laudare is, qui pónat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem conseptatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo possunt, non incallide tergiversantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo expedient, cum tradunt, rationem negligendæ mortis per petiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri.

*Bona voluptate terminaverit.]*

Cic. de Fin. i. 11. "Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem." Idem est *finire* paullo post n. 13. Summum bonum ab Epicuro in voluptate, summum malum in dolore ponit dicit.

*Ut si illum audiam.] Ut* est, veluti, sicut.

*Aqua hæret.] Expedire* se nequit, laborat explicandæ sententiæ suæ difficultate. Translatum vel a clepsydris, vel ab incilibus et aquarum derivatiōnibus, quarum cursus obstruitur.

*10. Libidinum inimica.] Vide*

*cap. xxv. 10.*

*11. In his tribus generibus.]* In his tribus virtutibus, prudētia, fortitudine, temperantia, fatis callide subterfugiunt eluduntque adversarios, dum eas suis decretis utcumque accommodant. Exemplum habes lib. i. de Fin. c. 9. seqq. ubi Torquatus, Epicureus, cum voluptate virtutis præcepta conciliat.

*12. Expediunt.]* Excogitant aliquam fortitudinem cum voluptate copulatam, eique munus suum adsignant.

*13. Illi quidem.]* Vide i. 27. 9.

*Doloris detractione finiri.]* Ubi dolor detractus sit, finiri (ter-

Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesque eæ virtutes, quæ in communitate cernuntur et in societate generis humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia; si hæc non per se expectantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem et Dinomachum judico, qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tamquam cum homine pecudem, copulavissent. Non recipit istam conjunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec vero finis bonorum, [et malorum]

minari, δηλοθαι) voluptatem, neque crescere amplius, sed variari. Vide De Finib. i. 11. ii.

3.

*Vacillat.]* Non tam labat, quam tota jacet.

*Quæ in communitate cernuntur.]* Quæ in conservanda vitæ communitate munus suum præstant, quas paullo post nominat.

15. *Conferamus igitur in pauca.]* Quæ multis verbis dilputavimus, paucis complectemur.

16. *Calliphonem et Dinomachum.]* Qui nec Epicureis nec Stoicis plane adsensi, summum bonum in virtute cum voluptate conjuncta posuerunt. Ex Calliphontis enim sententia voluptatis quidem caussa ac-

cessit virtus: procedente vero tempore, cum suam vidisset (virtus) pulchritudinem, effectit, ut principio, hoc est, voluptati esset honore æqualis: Quemadmodum apud Terentium a rebus *Antipho* et *Cteiphio*, *Antiphonem* et *Cteiphonem* legimus: ita Latini non solum a recto casu *Calliphon*, obliquos *Calliphontis*, *Calliphonti*; sed etiam a *Callipho*, *Calliphonis*, et similiter casus reliquos, formaverunt.

17. *Finis bonorum et malorum.]* Duo verba, *et malorum*, ab homine non satis intelligente accesserunt. Si Cicero de utroque loqueretur, *fines* dixisset, non *finem*. Ita enim semper solet.

qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus  
 18 misceri et temperari potest. Sed de hoc (magna  
 enim res est) alio loco pluribus. Nunc ad pro-  
 19 positum. Quem ad modum igitur, si quando  
 ea, quæ videtur utilitas, honestati repugnat, di-  
 20 judicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin  
 autem speciem utilitatis etiam voluptas habere  
 dicetur, nulla potest esse ei cum honestate con-  
 21 junctio. Nam ut tribuamus aliquid voluptati,  
 condimenti fortasse non nihil, utilitatis certe  
 nihil habebit.

22. Habes a patre munus, Marce fili, mea qui-  
 dem sententia, magnum; sed perinde erit, ut  
 acceperis. Quamquam hi tibi tres. libri inter  
 Cratippi commentarios tamquam hospites erunt  
 23 recipiendi. Sed ut, si ipse venisset Athenas  
 (quod quidem esset factum, nisi me e medio  
 cursu clara voce patria revocasset) aliquando

*22. Perinde erit, ut accep-  
 ris.] Tanti erit, quanti illud  
 facies.*

*Quamquam.] Conjunctionem  
 quamquam absolute positam,  
 plane eleganter particula sed  
 subsequitur. Vide c. 9. n. 7.*

*Tamquam hospites.] Cratippi  
 commentariis primum locum  
 concedit, suis secundum tribui  
 vult. Commentarii sunt, in quibus  
 Cratippus auditores suos  
 de philosophia erudiebat: quibus  
 hypomnemata accedebant,  
 de quibus Cicero Fil. Epist.  
 xvi. 21. extr.*

*23. Patria revocasset.] Cæ-  
 fare idibus Martiis a. 709. in-  
 terfecto Brutus et Cassius metu*

plebis urbe cesserant, et initio  
 Aprilis Cicero, qui circa calen-  
 das Junias Romam redire vole-  
 bat, ut calendis in senatu ades-  
 set. Sed cum cof. Antonius pe-  
 rigratis veteranorum coloniis,  
 Romam stipatus armis redi-  
 set, senatores diffugerunt. Ci-  
 cero igitur a re p. vi prohibi-  
 tus iter in Græciam suscepit,  
 ea tamen mente, ut calendis  
 Januariis, quibus Hirtius et  
 Pansa consulatum erant initu-  
 ri, Romæ adesset. E medio  
 cursu (Syracusis jam profectum  
 venti ad Italicum littus retule-  
 rant) revocatus a Reginis est,  
 summam spem nunciantibus,  
 fore, ut Antonius urbe cede-

me quoque audires : sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox est mea, tribues his temporis quantum poteris: poteris autem, quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc 24 scientiae genere gaudere, tum et praesens tecum prope diem, ut spero, et dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero, tibique persuade, 25 esse te quidem mihi carissimum ; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis praeceptisque latabere.

ret, Cassius et Brutus revertentur. Addebat, Ciceronem desiderari. Tum pridie cal. sept. Romam venit, summa omnium laetitia exceptus. Paucis diebus post in senatu Philippicam primam habuit. Vide Fra. Fabricii histor. Cic. Extremis ejusdem anni mensibus libros de Officiis absol-

visse creditur.

24. *Ut spero.]* Sed non sine magno metu, qui non vanus fuit. Periit enim anno proximo.

25. *Talibus monumentis praeceptisque.]* Monumenta sunt libri, paterni amoris testes, quibus praecepta filio salutaria continentur.

Excursus I. ad lib. i. cap. 22. 9.

QUO facilius Scipiones fratres, qui in Hispania perierunt, nec non Africani major et minor, ac Nasicae, i. 18. 9. et i. 30. 16. commemorati, a tironibus dignosci queant, adjicere vifum est Scipiadarum quasi imagines, stemmatibus revinctas.

L. CORNELIUS SCIPIO, cof. 455. Hetruscos vincit. Liv. x. 11.

CN. CORN. SC. ASINA cum C. Duillio cof. 493. Ex con-fule captivus Poenorum (bello Pun. I.) et ex captivo iterum cof. 499.

P. CORN. SC. ASINA, quo cof. 532. Han-nibal in Hispania imperator fit. Interrex 530. Varonem et Paullum cof. creat.

